

IOANNIS GRAMMATICI COGNOMENTO PHILOPONI ERVDITISsima commentaria in primos quatuor Aristotelis de naturali auscultatione libros. Nunc primum e Græco in Latinum fideliter translata.

GVILELMO DOROTHEO VENETO
Theologo Interprete.









Cart.° Rom.°

Cautum est Priuilegio Senati Veneti, ne quis hunc Librum intra decennium imprimat uendat'ue.


VENETIIS. Cartulari Roma. M D XXXXVI.
1570

NICOLAO RIDVLPHO CARDINALI REVERENDISSIMO ET AMPLISS. GVILELMVS DOROTHEVS VENETVS THEOLOGVS FOELICITATEM.

PROCLVS in eo prsertim opere, quod de anima & dæmone conscripsit sic omnes imprimis hortatur ne magna uel parua rerum studia subire audeant nisi prius cōsuluerint dæmonem, quem cum optimarum artium tum etiam uitæ bene gerende ducem Socrates sapientissimus habuisse creditur. Vtinam uero. Nt. Reuerēdissime & ampliss. Cardinalis id fecissent, qui uel tot malorū librorum copia hodie Christianæ Religioni negotia facessunt uel inutilibus in Philosophia commentarijs bona ingenia obruunt quibusq; impedita à uera optimaq; rerum cognitione per omne uitæ sue tempus abhorrent. Hoc autem commentationis genus quoniam ipse uideo non sine magna & salutis et rei literariæ iactura increbrescere, aboleri extinguique posse haudquaquam existimo, nisi boni authores ac eminentissimi interpretes in publicum usum excudantur, qui & si nuper impressi tamen antiquitatem profitentur, quam pauci uel felices tum hoc aut assequuntur. Porrò his æditis in lucem, si æquos iudices literarum (ut ita dicam) hac prouincia obtinuerit, puto non defuturos, homines optimis studijs initiatos, qui cæteris non persuadeant e prophanis perinde doctrinis ac tenebris uindicari. Habemus equidem non minus in Theologia quam Philosophia hereticos, quippe qui mendis fictitijsq; interpretationibus purum candidum & elegantem Philosophum, aut barbariè nodisq; sophismatum inuoluunt fœdant & contaminent. Sed ne uidear aliquem conuitijs lacessendi studio hec proferre, at potius ad suam dignitatem prouehendi studia cōmonendiq; omnes, qui pro uirili sua Philosophiæ uestibulum adire nituntur, præetereo complures mea sententia ad puluerem merito reuocandos. Quid enim magis impium ac execrabilius esse potest quàm falsa pro ueris admonere docereq; ueræ cognitionis cupidos, quod facile committunt, qui de Aristotelis summi Philosophi doctrina sunt pessime meriti? Verum ne id elegantissimis literis non mediocre impedimentum dumtaxat fedissimis interpretibus tribuere uidear, in causa etiam sunt summi Principes rem literariam adeo parui faciente, perinde ac literæ aliquando bella non excitent & summo sint imperij periculo, ut quoduis opus etiam prophanum pro cuiusq; arbitrio in uulgus prodeat. Sunt preterea illa nota suggillandi, quòd inuisas literatos fere habent, & cæteros alios libentius alunt prouehunt & laudant. His rationibus maxime delitescunt liberales artes et quecunque scientiarum genera, quousque poterunt inter uiros respirare. Quamobrem cum ipsis paulo cæptum sit instaurari quãsique renasci, in sacro Cardinalium conuentu hodie primum sese inuexere, ubi extra omnem controuersiam atq; assentationis uerbum multi (ut cuiq; cernere libet) et doctrina, et religione cum antiquis certare uidentur. Quocirca Ioannis Grāmatici cognomento Philoponi, in quatuor primos libros Aristotelis de naturali auscultatione cōmentarium quū nuper latino sermone scripsissem, quemque in lucem prodire heredes Octauiani Scoti uoluerunt, hunc statui tue Reuerendissime Dominationi dicare, cui perenni seruitute ac tuæ eximiæ græcarum literarum doctrinæ merito meipsum iampridem dicaui, prestesq; (obsecro) ueniam si ausus sim hanc meam trãslationem tuo sub nomine inuulgãdam tradere. Neque enim id feci caussa, ut te mihi promerear aut aliquem fructum iudicij tui sentiam, quòd nihil de me hac tenui fœtura, & pro arbitrio impressorum hunc in modum ad Romanæ linguæ lucem translata, polliceri aueo, sed potius cæteri frugem utilitatemq; suscepturi, huic cōmentario tantum operæ nauent, quantum tui nominis & singularis doctrinæ splendor ipsum illustrare potest. Et enim in hac mea interpretatione ad id studij toto pectore incubui, ut qui facultatem beneficio potiundi non habent saltem rem ipsam consequantur, scilicet qui græcis rudimentis imperiti sunt, ipsam uerborum mutato sermone sententiam intelligant, quod ipse facile assequi confisus, si homini utpote optimo ac erudito illam (qualiscunque esset) nūcuparem. Nā quo illa splendidiore titulo, aut qua grauiore nominis inscribi authoritate potuit quàm eius in quo utriusq; grecæ & latinæ linguæ summa est cognitio? qua in parte etiam puto Ioanni Grammatico sex ferè mensibus hospiti meo ac pene familiari cum satis tum etiam gratissimum fecisse, quippe qui Christianæ religionis tum præcipue studiosus ipsius religionis pietatem nouis indies Porphyrij Procliq;, & aliorum oppugnantium seditionibus agitatam & laborantem quum tueretur opinionibus legentium sub uiri non minus doctrina & eloquentia, quàm domina uirtutum pietate prediti, nomine & gloria comendari uoluit obsecrauit obtinuit. Huius itaque commentarium ad nostram linguam translatum (studiosorum Alumne) tue pietati inscriptum (ut non ignoras) e uulgatis tantum exemplaribus accurate quoad potui ipse uerti, ut qui manu scriptum nullum unquam legerim, si plerique mutilatati loci haberentur, quam pro uirili mea illos absoluerim, id ueniæ emerēdæ caussa testandum putaui. Nam meminisse potes me Romæ mane primo mox uesperi tecum Reuerendissime Domine ac Neapoli cum Magistro Hyeronimo Syripando uiro græcis et hebraicis literis optime erudito de hac interpretatione collocutum quo impulsore mox uertēdi studio addictus sex numero mensium à capite totum cōmentarium trãstuli quem illico e manibus meis impressores adeo eripuere, ut nec tantum ocij ac temporis mihi suppeteret, quo alicui inspiciendum obeliscis ungueq; signandum & emendandum permitterem, qua in parte illis hoc stylo uertendo (quòd locupletius elegantiusq; transferre potui) morem gessi Quo fit, ut ipse neq; grauius iudicium tue presertim doctrinæ ingenue mihique explorate subire non recusem uale Mæcenas Optime.

IOANNIS ALESSANDREI COGNOMENTO PHILOPONI IN QVATVOR PRIMOS ARISTOTELIS DE NATVRALI AVSCVLTATIONE LIBROS,

Annotationes ex colloquiis publiciscꝫ Lectionibus Ammonii Ecmæi, cum quibusdam addubitationibus



CVM DVAE sunt apud Aristotelē Philosophiæ partes, vna spectatiua contemplatiuaqꝫ, altera actiua, contemplatiuæ summum studiū Aristoteles præsertim adhibuit. Hac enim rerum naturam, qua costant cognoscimus. Rursus cum contemplatiua in tres partes secetur in naturalem disciplinam scilicet & rerum diuinarum scientiam, ac mathematicem, circa naturalem disciplinam, tum quia animo naturæqꝫ nostræ cognatior est, tum etiam quod multi ante Aristotelem in theologiā, idest diuinarum rerum cognitionem, mathematicemqꝫ summopere laborarunt, qui non ita scientiæ de natura inuigilarunt, Aristoteles maxime versatus est. Vnde cōplures naturales libros etiam conscripsit, & multitudinem librorum suorum iuxta cerum fere omnium diuisionem diuisit, ac digessit, verum vt hoc indicemus non ab re in nobis factum erit, si eorum quæ res naturales consequuntur, diuisionem & distributionem explicabimus. Nam hoc modo percipiemus Aristotelis libros pro rerum naturalium sectione ac ordine cōdiuisos fuisse. Quocirca aliqua sunt quæ omnia communiter consequuntur, aliqua vero quæ nonnullis rebus peculiaria sunt. Rursus eorum quæ sigillatim aliqua cōsequuntur, alia sempiternis pecularia existūt, alia vero his quæ ortui interituiqꝫ obnoxia sunt, sigillatim tribuuntur. Itē eorum quæ insunt rebus ortui interituiqꝫ subactis alia peculiaria sunt his quæ supra terram oriuntur, alia vero quæ ex terra prodeunt in eaqꝫ nascuntur. Quorum præterea alia in animatis rebus propria sunt alia vero animatis. Rursus corū quæ animatis insunt alia quidem sensibilibus propria sunt, alia autem insensibilibus. Is ergo liber in quo scribuntur explicāturqꝫ ab Aristotele ea quæ rebus naturalibus oībus communiter insunt præsens opus est. Et his in quo declarantur sempiternorum propria est liber de cœlo. Item in libro de generatione & corruptione aguntur quæ oībus reb⁹ ortui interituiqꝫ subditis cōmuniter insunt. Præterea in libro metheororū, scilicet de rebus que videntur in sublime tractantur ea quæ insunt rebus præcipue quæ super terram apparent ac ea quæ metallis propria sunt, in his etiam comprehenditur quartus liber metheororū in quibus omnibus de his quæ assequūtur inanimata differit. Cæterū omnium librorum de animalibus & plantis: in quibusdam de his que cōsequūtur inanimata & insensilia agitur, ceu sunt libri de plātis fructibusqꝫ, in quibusdā autē differitur de his quæ aīatis & sensibilibus tribuūtur, vt sunt omnes de aīalibus libri ac historiæ. Verū eorum que aīalia cōsequūtur alia cōsequūtur animalia velut vniuersa ac tota, alia vero partibus eorū tribuuntur. De iis ergo quæ cōsequuntur aīalia vt tota, differitur in nouem libris de historia animalium, de his autem quæ partes ipsorum consequūtur in libris de partibus animaliū, ac in his qui de incessu animaliū inscribūtur, & alia quæ de somno & vigilia, de vita & morte, & id genus ad contēplationem de aīalibus contendunt & pertinēt. Postremo sunt libri de anima. Huiusmodi ergo est vniuersum Aristotelis de natura negotium. Præsens autē liber (vt diximus) est de his quæ cōmuniter oēs res naturales cōsequunt̄, idcirco proprio noīe ac titulo naturale opus appellauit. Sunt ergo, qnque omnibus potissimum cōmunia, materia, forma, locus, tempus, & motus. Quorum quatuor in primis quatuor voluminibus explicat docetqꝫ, in reliquis vero quatuor de motu agit. Varius enim est sermo de motu, quem etiam multa consequūtur & comitant̄. Vnde sæpe solet vniuersum opus de motu inscribere appellareqꝫ, quoniā dicit in his de motu diximus, idest in libro de naturali auditu partis nomine vniuersum opus nominans. Præterea cū apud quosdam philosophos vacuum & infinitum omnes res naturales consequerentur. Nā Democritus tradidit omnes res naturales athomis. f. qbusdam insectilibus & vacuo cōstare. Anaxagoras præterea infinita similaria in vnoquoqꝫ esse asseruit, quāq̄ & Democritus insectilia infinita esse statuerit. Idcirco Aristoteles in quarto huius operis libro ostendit nullo pacto vacuum esse posse. Si-

Vide consimile i simplicio in ꝓlogo.

Vide simplicium.

militer demonſtrant infinitum actu totumq́; ſimul haberi ſtatuiq́; non poſſe, ſed ſolũ adeſſe poteſtate & partium ſucceſſione. Sunt enim in vniuerſo huiuſmodi nonnulla quæ quo ad ſuam vniuerſitatem conſiſtere nequeunt, ſed partium ope ac ſucceſſione ſubſiſtũt, vt dicimus ſubſiſtere adeſſeq́; diem non quia tota ſimul adſit, ſed quia eius pars aliqua ſemp ſuccedit. Eodẽ etiã modo ludũ adeſſe dicimus, & nõ ſimul totus ſubſiſtit, ſed qa ps verbi gratia pugnæ ceſtuſq́;, aut luctæ vel id genus aliorum ſubſiſtit, quo etiam pacto infinitum eſſe demonſtrat, quod quidem partim ens eſt, partimq́; non ens. Verum quoad vniuerſitatẽ eius illud prorſus reſpuit & confutat, partibus autem adeſſe nihil vetat, quandoquidem res particulares cum continuo ſemperq́; generentur in infinitum abeant. Sed de priuatione non nihil etiam diſputabitur. Quod ipſa quoq́; res naturales (licet non omnes ſed eas ſolum quæ ortui interituiq́; ſubiiciuntur, quandoquidem hæc ſuapte natura partim aliquando forma, partimq́; priuatione participent) conſequi videtur. Totidem itaq́; de his quæ conſequuntur naturalia diſputata tractataq́; habeantur. Reliquum eſt vt ea quæ in omnibus huius ſuſcepti operis voluminibus aguntur breuiter explicantur. In primo itaq́; libro refellit veterum opiniones de principiis & diſſerit de forma & materia. In ſecundo autem de forma diſputat ac de materia. Verum vt in libro primo diſputat de forma ita in ſecundo de materia diſſeritur, quoniam in primo magis diſputat de materia, q̃ de forma, ſic etiam in ſecundo magis de forma quam de materia agit. Deinde in tertio agit de motu & infinito, in quarto autẽ de loco, tempore, & vacuo, in reliquis autem quatuor de motu, ac de omnibus illis quæ conſequuntur motum. Nimirum & ipſæ Ariſ. quando vult hos libros indicare citareq́; ita inquit. Quoniam nobis dictũ eſt in libris de motu.

Idẽ in tertio libro.

In ſecũdo libro idem

CVM circa omnes doctrinas quarum ſunt principia, uel cauſæ, uel elementa ex horum perceptione cognitio fiat atq́; ſcientia.

Conſuetudo Ariſtotelis eſt a cõmunibus quibuſdã dignitatibus librorum initiũ facere, quo pacto ſane & in libro metaphiſices a cõmuni quodam cõceſſo incæpit, quoniã inquit omnes homines natura ſcire deſiderant, cuius rei inditiũ eſt ipſa ſenſuum dilectio. Idem in libro de demonſtratione facit vbi inquit. Omnis doctrina & omnis diſciplina ex præexiſtenti cognitione fit. Idem quoq́; in libris de moribꝰ. Omnis ars diſciplinaq́; ſimiliter actio, & prælectio quoddã bonũ proſequi videtur. Hoc igitur modo etiã in hoc libro a quadam cõmuni dignitate initium facit. Eſt autem dignitas huiuſmodi omnis ſciẽtia quæ habet principia, vel cauſas, vel elementa cõpræhenditur principiis cauſis, & elemẽtis (cognitis) cũ igitur rerum naturalium principia cauſæ, & elemẽta ſint, tunc profecto ipſa cognoſcemus, quum principia ipſorum, cauſas, & elementa perceperimus. Sed talis eſt totus ſyllogiſmus. Scientiæ de natura ſunt principia cauſæ & elementa omnis ſcientia cuius quidem ſunt principia vel cauſæ vel elementa cõpræhenditur principiis cauſis & elementis cognitis, itaq́; ſcientia de natura cõpræhenderur ſuis pſpectis principiis cauſis & elementis. Totus itaq́; ſyllogiſmus talis exiſtit. Verũ ipſe breuitati addictus cum ponat maiorem propoſitionẽ dicentem. Omnis ſcientia cuiuſquidem ſunt principia vel cauſæ vel elementa cõpræhendit̃ principiis cauſis & elementis cognitis, minorẽ omiſit hac videlicet Scientiæ de natura ſunt principia cauſæ & elementa, omittit etiã concluſionẽ, & ponit dũtaxat id quod ex concluſione ſequit̃. Nam concluſio erat. Itaq́; ſciẽtia de natura cõpræhenditur principiis perſpectis. Hoc autem eſt cõſequẽs cũ ſcientia de natura cõpræhenditur principiis cognitis (quod quidem ex ſyllogiſmo cõcludebatur) & ea quæ ad principia ſciẽtiæ naturalis attinẽt enitendum eſt prius determinare. Hunc igitur in modum Ariſt. ſyllogiſmũ efficit. Teophraſtus autem totum ſyllogiſmum in ſuo libro de natura explicauit, ac ſolatio & inſtitutione quadam dignã exiſtimans hanc minorem propoſitionẽ ipſam poſuit. Sciẽtiæ de natura ſunt principia cauſæ & elemẽta. Et qm̃ hæc non pſpicua claraq́; habet̃, eandem igitur hunc in modũ probat. Et inq̃t res naturales vel corpora ſunt, vel in corporibus ſunt cõſtitutæ, vt vires, momenta ſeu inclinationes aptitudineſue & id genus. Sed oĩa corpora & ea quæ in corporibus ſunt cõſtituta, cõpoſita ſunt. Nã vt corpora cõpoſita ſint pſpicuum eſt. Sed quod vires & quæcunq́; alia quæ ſunt in corporibus ſubiectis cõſtituta, cõpoſita ſint, atq́; oẽs formæ ſimpliciter & ſpẽs quæ in ſubiecto ſunt, probat qa conſtãt genere & differentia. Deinde q̃q̃ diffinitione ſimplicia ſint, cũ ipſa definitio nõ exiſtat ſed in ſola animi notitia cogitationeq́; verſet̃ & eſt, verũtamen cum ipſæ res quæ definiuntur ſubſiſtunt, cũ ſubiecto conſpiciuntur. Nã actu viſio aſpectuſq́; nõ eſt ſolum ipſa vis cernendi ſed cum ipſo viſiuo ipſa ſpecies ſenſibilis, multomagis & naturales philoſophi vt naturales ac exiſtentes res eadem contemplantes cũ ſubiecto ipſa ſpeculãtur. Nam earum definito) vt dicebã) in ſola cognitione, & animi appræhenſione cõſiſtit, qua ratione neq́;

corum

eorum ideas eẽ Aristoteles voluit, quod naturales formæ a corporibus abiunctæ separatæq; nõ subsistunt sed illas.s.ideas in tenui animi conceptione esse voluit, alioquin hæc non distarent & differrent a formis corporum. Quẽadmodum igitur & hoc propria ratione simplex est dico scilicet ipsa trina dimẽsio, attamen quoad sui existentiam subiecto æget, quocirca reliquum corpus quod existit non est simplex sed forma & materia cõpositum, sic etiã de cæteris formis quæ suis subiectis hærent, dicendũ est quoniam si propria ratione illas cõtemplabimur sunt profecto simplices, tamen quũ illas speculabimur vt existunt, ac actu sunt, easdẽ cum corpore earũ subiecto cõsiderabimus. Et ita non simplices sunt sed cõpositæ, si ergo res naturales vel corpora sunt, vel in corpore firmant & consistunt quæ sunt naturalia cõposita, igitur omnes res naturales cõpositæ sunt, oĩa autem cõposita habent principia, causas & elementa. Hoc modo itaq; minorẽ propositionem probauit, cui cum addat propositionem maiorẽ.s.omne quod habet principiũ causas & elementa cõpræhenditur cognitis principiis, hunc in modum cõcludit, igit̃ res naturales cognoscuntur pspectis principiis ac cognitis. Sed principia rerum oium sex esse Plato asseruit, materiã, formã, causam effectricem, exẽplarem, instr̃alem & finalẽ. Et vocat materiam pricipium in quo, quippe qui eã appellat matrem receptaculũ & altricem, formã autem appellat pricipium (quod) quoniã ipsa est vniuscuiusq; rei id quod informat & informãdo distinguit, & non est ipsa materia quæ vna & eadem oium rerum est. Causam quoq; effectricẽ vocat principium a quo, instrumentalẽ per quod. Exemplarẽ ad quod, finalem deniq; propter quod. Sed horum sex principiorum tria qdem concausas vocat, tria vero causas. Nã causam effectricẽ finalem & exemplarem causas nũcupat, cum sint seiunctæ & veluti suarũ actionum principes ac dñæ. Materiã vero, formam & instr̃alem causam appellat cõcausas, propterea quod nõ sunt suarũ actionum dñæ. Plato igitur (vt dicebã) sex inqt esse rerum principia, at Arist. quatuor solum statuit, materiã, formã, effectricẽ causam & finalem, qppe qui instr̃ariã & exemplarẽ causam vt naturalis philosophus omisit quãdoquidem, nihil ad exemplar alicuius natura efficiat. Nã cum quædã sit vita & nõ cognitio minimeq; cognoscat veluti mens ipsa, qcqd producit sine cognitionis ope procreat. Itaq; is philosophus naturalis qui naturã ac illius opa effectusq; speculari debet, merito nõ cõmemorat causam instr̃ariã & exemplarem. Veruntñ disputatio de natura potest aliqñ cõmentatione rerum diuinarum tractari vt Plato in timeo facit, vbi de causis quæ a rebus naturalibus alienæ separatæq; sunt differit, pariter cõmentatio de rebus diuinis potest explicari medio opeq; rerum naturaliũ cognitionis, quẽadmodũ Arist. in libris metaphisices naturalium rerum auxilio diuina docet. Talis ergo pñs eum.s.dico qui cum de coordinatis & cõstituentibus causis rerũ naturalium disputat, exẽplari causa ob antedictã rationem nõ indigebit, neq; sibi illa opus erit, Itẽ nec causa instr̃aria huic instituto est necessaria, siqdem cõiter de oibus causis naturalibus ac præstãtissimis sermonem faciat. Nã si de aliquo naturali instr̃o dicere ad philosophum spectaret velut medicis de corporibus humanis tractare accidit, potuisset asserere naturæ instr̃m esse forsitan cõplexionem, vel calorem naturalẽ corporibus inditum, vel aliquid simile. Nã his propria opa natura efficit, sed quoniã ipsaꝝ mixtionum cõplexionũue, & principalium elementoꝝ causas indagat exploratq;, merito causam instr̃ariã prætermisit, quoniã nullius organi instr̃iq; subsidio pricipalia elemẽta cõstituit, sed nullo medio fulta munitaue mox ex materia & forma ipa pcreat, materiã vocat Arist. principiũ ex quo, formã secundũ quod, quoniã p ipsam res formant̃ distinguũtur & nomen suscipiunt. Efficientem cãm vnde motus principiũ, finalem vero ppter quod (vt Plato) nũcupat. Cæterum Arist. in cõtextu vel principia & causas dicit idẽ significando geminatione verboꝝ, vt principia & causas vocet efficientem cãm & finalem, & elemẽta reliqua duo materiã, & formã nuncupet. Vel principium cõiter prædicat̃ de oibus, quãdoquidẽ ipse videat̃ vbiq; vnãquãq; causam appellare principium, quod qdem etiã facit principio narrationis cum dicit. Necesse est vnũ vel plura principia esse, vbi de principiis naturalibus loquit̃. Rursus alias inqt. Quod qdem igit̃ oporteat principia esse cõtraria pspicuũ est, quo in loco de materia & forma loquit̃. Itẽ paulopost cũ de ipsa materia & forma dicat agitq; sic inqt. Vnum igit̃ principiũ.s. materia & alteꝝ cuius ratio forma. Causa autem de finali & efficiente prædicat̃, & reliqua duo materia & forma elementa vocant̃. Adiecit præterea (quoꝝ sunt principia) quoniã nõ quæuis sciẽtia vel disciplina doctrinaq; propriis vtitur principiis, sed quædã sunt, quæ diuersarum scientiarum principia ipsimet accõmodant, qualis est dialectica quæ oẽs scientias ingredit̃ omnesq; sibi vsui eẽ postulat. Nam speculationes mœdecinæ eiusdẽ propriis vtens principiis nititur periclitaturq; ostendere. Et mathematicas mathematicis petitionib9 cõceptionibusq;, ac alias similiter cõtemplationes cuiusq; peculiaribus cõfisa principiis demonstrare cõtendit. Ipsa itaq; disciplina

Principia omniũ Rerũ sex esse Plato asseruit.

instrumen talem

Alexander & eudem9 aliter, vide simpliciũ.

Vide simpliciũ vbi differt cũ Alexandro de hoc.

dialectica cum peculiaribus principiis nō potiatur, sed alienis utatur hunc in modum circa subiectas res agit & uersať. Huiusmodi fere rethorices etiam est, quæ cum aliaꝝ scientiaꝝ utatur principiis suum quoq; institutū, ac propositum probat ꝑsuadetq;. Idcirco rhetorices cōsimilis dialecticæ dici solet quod utreq; eodem modo uersanť circa eadem. Methodus autem est qdam habitus qui uiam præstat cum ratione cuiq;, qui ad aliquas artes scientiasq; capescendas aium adiungit. Cum circa oēs doctrinas, quaꝝ sunt principia uel causæ uel elemēta ex hoꝝ ꝑceptione cognitio fiat atq; scientia. Diximus pauloante illum cū maiorē syllogismi propositionem ponat, minorem & cōclusionē omittere. Statim itaq; in procemio propositio maior elucet. Quocirca ut clarius exploratiusq; intelligamus quid dicitur, oportet demere illā coniunctionē (cum uel quoniā) & hoc modo cōtextum legere. Circa oēs doctrinas quaꝝ sunt pricipia, uel causæ, uel elementa, ex hoꝝ ꝑceptione cognitio fit atq; sciētia. Hoc enim modo propositio uniuersalis apertior clariorq; habeť. Vel hoc modo legamus circa oēs methodos quaꝝ sunt principia uel causæ uel elementa cognoscere scireq; accidit eoꝝ perceptione, & deinde accipientes illam cōiunctionē (cū uel qm̄) extrinsecus addamus minori ꝓpositioni, quoniam igiť & naturalium reꝝ sunt principia & causæ & elementa, igiť res naturales cognoscemus cognitis principiis ipsaꝝ causisq; & elementis, deinde reliquā conclusionē (quæ priorē sequiť) legamus, patet igiť & ea, quæ ad principia naturalis sciētiæ (& cætera) Hæc itaq; de cōstructione contextus. Circa uero uerba cognitio, & sciētia seu cognoscere & scire nolunt idē significare, sed pro cognitione aut cognoscere uolūt intelligi simplicē cognitionē sine demōstratione, & pro scientia vel scire, cognitionē cū demōstratione intelligunt. Alii autē accipiunt hæc idē significare verbis geminatis, cuius rei Plato quoq; testis est qui cognitionē pro exactissima, & scientifica cognitione adducit quādoquidē in phedone sic ait. Nā cognoscere idest acceptā scientiā retinere nec amisisse. Deinde dicit, quaꝝ sunt principia, vel causæ, vel elementa. Si enim hanc disiungēdi particulam, vel acceperimus vt disiungit cōior vniuersaliorq; fiet ac pluribus scientiis ipsa ꝓpositio accōmodabiť. Quoniā nō solum naturales scientiæ sed etiā rationales ac intellectuales principia, & causas habēt, licet elementa nō teneant. At si eā particulā vel pro hac copulādi, & acceperimus sermo ratioq; in solis scientiis naturalibus locū habebit, vt dicamus. Quaꝝ principia, & causæ, & elemēta. Nā elemēta sunt reꝝ earum quæ cōpositæ sunt, idem dico cōpositas, & naturales, quoniā elementū est id quod cōstituit rem, & fit cōpositi pars. Veꝝ non eo modo pars quo sunt propriæ partes similares officiales seu instrumētariæ, quādoqdem hæ propriū in corpore locū propriāq; circūscriptionem, & actionē officiūq; habeant, ac vnaquæq; ipsaꝝ aliquā partem cōpositi certā occupet. Atqui elementa vniuersa totaq; totis cōpositis singulisq; adeo minutissimis partibus sese inuehunt, ac recipiunť, vt nullum sit pars neq; punctum vt ita dixerim, corporis quæ elementū nō capiat. Postremo nomen principii vniuersaliꝰ est, qm̄ dř de materia, forma efficiente fine ac reliqs, causa vero & elemētū magis particularia sunt. Causa nāq; de duobꝰ diciť principiis, quæ ab effectibus separata sunt videlicet de causa finali, & efficiente ac de instrumētaria, & exēplari. Elementū autē tribuitur his pricipiis quæ sunt reꝝ constituētia, & intrinseca, formæ. s. dico & materiæ, quæ etiā sunt ipsius effectus partes. veꝝ nō existimes hæc elemēta eē partes veluti eæ, quæ dissimilares ac similares appellanť sed ptes sunt velut eæ, q̄ cōplēt, & cōficiūt, rei substātiā. Quo aūt differat pars ab elemēto diximꝰ.

Vide simpliciū in calce primi comē. qd methodus.

Textus.

Idē simpli.

Elementa

Idē sentit simpli.

Cōtra Alexandrū & eudemiū.

TVNC enim arbitramur unamquamq; rem cognoscere. Cum causas primas principiaq; prima, & usq; ad elementa cognoscimus.

Prima principia inquit, & causas, vel vt a maxime primis pricipiis incipiamus & ita ꝓcedendo quousq; ad propinqssima ꝑueniamus, quod si hoc fecerimꝰ tūc diligēter exactæq; vnūquodq; cognoscemus, quādoqdē, & illiꝰ maxime prima pricipia, media, ꝓxima, & cōstituētia ꝑcipiemus, quod qdē his verbis oñdit. Et vsq; ad elementa. Etenī causa efficiēs reꝝ naturaliū proxima ipsa dico scilicet natura, rē ipsam cōstituit, & elemētum eiꝰ, est ꝑ totam rē ipsam recepta ac digesta est. Vel cū dicit prima intelligēda sunt prima vniuscuiusq; rei pricipia. Quod qdē significare videtur cū dicat tūc enim vnāquamq; rem cognoscemus. Nā cognoscemus ea quæ fiūt in sublime ac cōstituunť, cum eoꝝ maxime prima pricipia, vt sunt eoꝝ quæ fiūt in sublime principia cognouerimus, quod talē materiam ac talem formā atq; talē causam efficientem talēq; finalem hñt. Nā primā materiā prorsus cognoscere nō est simpliciter vt eaꝝ rerum quæ in sublime cōsistunt principia percipere, sed simpliciter corporum, quum itaq; vniuscuiusq; rei principia hæc efficiens & finale propria peculiariaq; cognoscimus & peruenimus vsq; ad ipsarum elementorum cognitionem, appello equidem propria illarum elementa materiam, & formā, tunc reuera vniuscuiusq; rei exactam certamq; cognitionem consequemur & habebimus.

Vide hāc expositionem etiā Simpliciꝰ affert.

Patet

PATET & ea quæ ad naturalis ſciẽtiæ pricipia attinẽt enitẽdũ eẽ prius determinare. Diximus Ariſtotelem cum omitteret concluſionem ſyllogiſmi quæ ſane erat, igitur res naturales cognoſcuntur cognitis perſpectiſq; principiis, conſequens concluſionem poſuiſſe quod quidem eſt hoc ſi naturales res cognoſcuntur principiis cognitis, patet vt iis enitendum ſit de principiis naturalibus determinare agereq;, qui res ipſas naturales cognoſcere voluerint.

Simplicium.

NATVRA nobis inſita eſt uia, ut ex notioribus nobis magiſq; manifeſtis, ad notiora magiſq; manifeſta naturæ proficiſcamur. Non enim eadem ſunt nobis nota & ſimpliciter. Quapropter hoc modo neceſſe eſt ex hiſce quæ naturæ minus manifeſta ſunt, nobis uero notiora, ad ea quæ apertiora magiſq; nota natura ſunt proficiſci. Sunt autem confuſa nobis primo nota ac magis manifeſta.

Cum dictum ſit in ſuperiore procemii parte ſcientiã de natura nos aliter aſſequi nõ poſſe, quã cognoſcentes illius principia. Nã (inquit) res naturales hñt principia, aut cauſas, aut elementa, & ois ſcientia doctrinaq; hñs cauſas vel principia vel elementa cõprehendit principiis cognitis. In præſentia vult afferre modũ cognoſcendi pricipia. Sciendũ eſt itaq; Ariſto. dixiſſe in libro de demonſtratione, duos eſſe modos cognitionis ſcientificæ, primus qdẽ eſt demõſtratiuus ſecũdus autem præceptorius, quo vti ſolent illi qui aliquẽ inſtituere erudireq; volunt. Hi autẽ cõtrarias inter ſe affectiones hñt, quoniã demõſtratiuus ex primis potioribuſq; natura oſtendit poſteriora, præceptorius autem, cũ ſit & ipſe aliquo modo demõſtratiuus iuxta ſecundas regulas demõſtrationis, ex poſterioribus natura priora demõſtrat, quem etiã a ſigno cõiectura q; demonſtrationẽ appellat, ceu ſiqs cerneret fumũ dicat ignẽ ibi adeſſe. Nã is ex poſteriorꝰ natura prius ꝓbauit, quo etiã docendi modo in quibuſdã vtimur quoties nobis non eſt facultas vtẽdi veriore demonſtratiõe ac potiore, quod ſane fit, quia ſæpe reꝝ natura hoc modo ſe habet cũ vel pricipaliora nõ habet vel ſi ea habet ſunt tñ nobis occultiora & minus manifeſta, quo pacto & ipſe cũ voluiſſet oſtendere in libro de cœlo qualis quæq; eſſet lunæ figura ex luminibus ipſius vario ſolis aſpectu ſuſceptis, & ꝓbauit ipſam eſſe orbicularẽ ac rotundã. Nã ipſa apparet bis cornicularis, bis media, bis vtriq; gibboſa & ſemel plena, at huiuſmodi lumina aliæ figuræ quã rotũdæ tribuiq; ineſſeq; nõ poſſunt, quo igiꝰ in loco cõiectura ſignoq; ex luminibus, quæ ſunt poſteriora naturæ figurã eius demõſtrauit, q̃ natura prior eſt. Sed veriore demſone hoc modo debebat oſtẽdere lunæ figurã, luna eſt quītæ eſſentiæ igiꝰ eſt rotõda, qm̃ non poteſt eſſe aliqd corpus ſempiternũ, quin orbiculare ſit, poſtea vero ex hoc qa lunæ corpus eſt orbiculare & rotundũ oſtendendum eſt oportere oĩno lunã ita illuminari atq; lumẽ a ſole ſuis vicibus recipere. Hoc enim eẽt rectius cõcluſum ac verius cõſequens. Si qdẽ ex prioribus natura probanꝰ poſteriora, ſed qm̃ nobis dilucidiora magiſq; manifeſta ſunt ipſius lunæ lumina quã ſint figura & ſubſtãtia eius, merito ex notioribus ignotiora ꝓbauit. Idẽ etiã facit cũ vniuerſaliora genera docet quoꝝ deſcriptiones, & nõ definitiones tradens ipſa ex poſterioribus natura docet, aut qñ materiã indicat oĩum formarũ negatione, quæ quoniã non hñt ipſimet priora, neceſſe eſt de his doctrinã facere inſtituereq; ex poſterioribus natura. Cũ igiꝰ nunc proponiꝰ nobis principioꝝ rerum naturaliũ cognitio. Neceſſe eſt vt altero hoꝝ modoꝝ ipſa cognoſcamus. Sed prior modus eſſe neqt, quoniã ſi voluerimus ex principiis ſemp principia oñdere ac ꝓbare, hoc modo reꝝ probatio abibit in infinitũ, ſemper ab his pricipiis quæ demõſtranꝰ alia diuerſaq; inqrentes. Reliquũ ergo eſt vt ſecũdo demſonis modo ad capeſcenda docendaq; reꝝ principia vtamur, atq; ex his quæ ſunt naturæ poſteriora ad eoꝝ cognitionẽ veniamus. Nã (inquit) ſemp natura priora & aptiora nobis poſteriora ſunt & minus manifeſta, & ea q̃ apud nos priora & magis manifeſta ſunt naturæ poſteriora, & ignotiora. Quapropter inqt oportet nos ex notioribus nobis prioribusq;, naturæ autẽ poſterioribus, & ignotioribus doctrinæ initiũ facere. Hæc autem inqt confuſa ſunt, nã hæc nobis ſunt notiora, & magis manifeſta, naturæ vero ignotiora. Cõfuſa autem ſunt ipſa vniuerſalia, quãobrẽ ab vniuerſalibus exordiũ doctrinæ ſumendũ eſt (hæc igiꝰ inquit hoc in loco Ariſ.) Quærunt hic quonã pacto Ariſt. inquit vniuerſalia eſſe naturæ poſteriora, & ignotiora nobis vero priora, & notiora & alibi contrarium oſtendat ſcilicet vniuerſalium cognitionem ſuapte natura nobis poſteriorem aduenire ignotioremq;. Nam ſolius ſcientiæ eſt vniuerſalia complecti ſed ſcientia in nobis poſterius naſciꝰ eamq; poſtremo fere cõſeqmur. Itẽ quærunt quæ Ariſ. vocat vniuerſalia hoc in loco. Rñdemus itaq; illũ hic vocaſſe vniuerſale ipſum particulare quod qdem (vt ipſe ait in libro de interpretatione) a ſingulare diſtiuguiꝰ eo qd ſingulare definitũ, eſſe videꝰ ipm

Vide ſimpli. qui negat ſecundũ modũ eſſe demõſtrationẽ.

Primo poſteriorum Ariſtote. & Ioã. gram.

Simplici paucis ſe expedit e vide.

autem est indefinitum indistinctum'q;. Quid enim aliud est particulare quam singulare indefinitum quod pluribus potest competere. Hoc igitur particulare tum quia indefinitum est, tum etiam quia cõfusum merito vocauit vniuersale vocauit illud inquam vniuersale quoniam pluribus cõgruere potest, cum singulare vni soli cõgruat, vocauit etiam confusum quoniam indefinite, & indistincte competit his quibus competit. Quo fit, vt cognoscentes vniuersalia & singularia claram distinctam'q; principiorum ac rerum habeamus cognitionem. Nam quando dicimus Socrates animal est, vel homo est, definitam distinctam'q; hominis & animalis naturam habemus, atqui quum singularia cognoscimus per particulare, ceu quando dicimus aliquod animal est vel aliquis homo, vt cum aliquod animal eminus vel hominem intuemur, indistincte confuse'q; cognoscimus, quoniam quodam animal potest esse homo, equus & cæterorum animalium vnumquodq;. Eodem etiam modo aliquis homo potest esse Plato Alcibiades vel aliquis alter. Prima igitur nobis est confusorum cognitio. Nam Socratem cũ eminus ipse videam illum prius cognosco aliquod animal esse, & hac ratione ipsius cognitio qua animal est, cõfusa habetur, siquidem quodam animal quoduis aliorum animalium esse queat. Deinde cum propius accesserit, quem dicam esse aliquem hominem, hac rursus ratione & si ab aliis animalibus separetur, cõfusam nihil minus habeo illius cognitionem, quippe aliquis homo aliorum hominum quicunq; esse queat. Qua primum tamen huic cognitioni cõfusæ peculiares Socratis proprietates adiunxero, mox eius exactissimam certissimam'q; cognitionem assequar. Hoc modo porro inq̃t & pueri facere solent, qui primũ cũ cognitione parentum patrum'q; cõfusam hẽant, eos non velut patres agnoscunt sed vt hoĩes, quocirca & oẽs patres existimãt, postea vero cũ reliquo ætatis tpe assuescunt patris mores peculiaria'q; aĩduertere, tũc distinctã ei⁹ cognitionẽ hñtes illũ a cæteris hoĩbus discernunt. Veꝝ qdã aliã interpretationẽ adducunt. Nã aiunt, vt propriũ vniuersalis cõceptum seruemus, dicendum est nũc Arist. illud appellasse vniuersale quod est in multis. Quoniam vniuersalium aliud est ante multa nobis notum, sed sero apprehẽditur, aliud est in multis & posterioribus quod nobis aduenit cognosciturq; postquam perfecte intellectu & ratione potimur, quãdo scilicet possumus ex particularibus quãdam naturam ipsis cõmunem abstrahere. Atqui de illo quod est ante multa vniuersale differere ad theologum magis spectat, de illo quod est posterius genus posterius'q; abstrahitur, ad dialecticum spectat agere. Naturali autem philosopho cõgruit de illo agere quod in multis esse dicitur. Hoc igitur aiũt Aristotelem in præsentia dicere nobis esse prius & notius atq; cõfusum dici. Nam cum aliqd eminus veniẽs intuemur primo illum per vniuersalia cõfusa'q; cognoscimus, quoniam illud prius percipimus esse corpus simpliciter, deĩde aĩal, postea hominẽ, atqui quale corpus, quale aĩal, qualis'q; homo sit nõdum perspeximus. Ego tamẽ secundã interpretationem neq; Aristotelis doctrinæ neq; ipsi rerum naturæ cõsonare affirmo. Primum exempla, quæ ipsi proferũt nec generis quod est in multis sunt, sed particularis & indefiniti. Quid enim aliud est genus in multis quam cõgregatio particularium, vide licet p̃dicatum quod cõmuniter de omnibus prædicatur, atqui quum id eminus passim'q; accedit, dixero animal esse vel hominem hoc sane nõ existimo esse cõgregationem particularium vel animal, quod de omnibus particularibus prædicatur, sed opinor illud esse singulare, quod est proxime sub specie ordinatum, qđ quidem est indefinitum quoniã nescio neq; ferre sententiam queo, quale sit eorum singularium quæ sub specie collocatur, propter id etiam particulare dico aliquod animal & nõ singulare, quoniam cum sit indefinitum potest pluribus singularibus competere, & hac ratione illis vniuersalius esse. Nam singulare quum definitum sit, nõ potest cuidam alteri cõgruere, particulare autem, quoniam indefinitũ illimitatum'ue est potest pluribus cõpetere, primo igitur (vt dicebã) exẽpla, quæ illi afferũt nõ indicãt significãt'q; genus qđ est in multis. Deinde genus qđ est in multis & si naturæ inparticulari posterius est & ignoti⁹ qm̃ natura id scit, qđ ipsa efficit, at ipsa nullũ vniuersale efficit, sed solũ singularia, tñ quia ex collectione particulariũ vniuersalia cõsistunt, posterius est nobis cognitione, quapropter & ignotius erit. Nam in primis singularia percipimus, siquidem sensum his prius occurrat, & hæc primum suscipiat, primo nã'q; per sensum operamur & agimus, deinde intellectus ratio'q; colligens, particularia sensu cognita, horum omnium cõgregationem, vel simpliciter, vel omnibus cõmunem genus vocat, quapropter cognitio generis quod est in multis nobis posterior est, & ob id ignotior, facilius nã'q; ac prõptius singularia percipimus, quã vniuersalia. Præterea neq; ipsa interpretatio exẽplis Arist. accõmodari cõuenire'q; potest, quoniã puer quamquã omnem virum velut patrem agnoscat, attamẽ vniuersalis cognitionem nõ habet, sed particularis & indefiniti. Nam cum ipse nõ teneat distinctas singularis figuras, quas principio videt obtinet'q; cuiuis hominum

Q̃ño particulare hic appellauit vniuersale & confusum

Nota

Alia expositio seu sententia.

Tripelx vniuersale

Refutat secundã expositionẽ quæ etiam latinorum est. vide simpliciũ.

Secũdũ argumentũ.

Tertiũ argumentũ.

hominū accōmodat, quod quidem etiam nos præueniendo diximus, quoniam quādo aliquid
passim accedens videbimus, vt animal cognoscimus illud, & nō vt genus. Scimus enim ipsum
vnum aliquid eē sed velut indefinitum singulare, quod quidem est particulare, prorsus itaq; se-
cūda expositio incongrua cōtextui est, quāobrem intelligamus vniuersale secundū primam ex-
positionem ipsum particulare quod sane eo quod est indefinitū, cōfusum & vniuersale merito
dicitur. Nam genus nō est cōfusum, quoniam quādo animal dico iā ipse definiui substātiam,
& si de infinitis vel de vno diceretur nō magis vel minus aīalis substātia cognosceretur, quū au-
tem dico aliquod animal, quoniā animus cognitioq; nō solum nobis fert aīalis cognitionem ve-
rumetiam quādam differentiam exhibet quæ eidem inest & separat idem ab aliis, & si aliqua dif-
ferentia eidem addita nō sit, quoniam hoc proprium est singulari. Quocirca cōfusum est & indi-
stinctū. Item idem est (vt dicebam) naturæ posterius quoniā particulare ex singularibus trahi-
tur atq; cōponitur, quādoquidem est quædā cōmunis vox, quæ potest oībus singularibus pro-
prie cōuenire. Cum igitur hoc modo vniuersalia & cōfusa sint nobis notiora & priora necessariū
est in disputatione sermoneq; de principiis a cōfusis cōmunioribus & indistinctis exordiū sume-
re. At si quis diceret cōmuniora & cōfusa nobis nō solum notiora & priora esse sed etiā naturæ,
quippe quæ opificium opusue ex cōmunioribus semper & indistinctis incipiat, ceu cū vult So-
cratem ꝓducere ipsius corporis simpliciter prius suscipit rationes, quod quidē cōe non modo cō-
uenit animatis sed etiā inanimatis, quapropter cōfusum est. Nā quantū ad corporis opificium,
non cōstat quale sit illud corpus quod ipsa inspicit & procreat, sed deinde procedēs illud magis
distinguit & determinat & ita animal efficit, quod quidem adhuc indefinitum & cōfus est, simili-
ter secundum eandem rationem hunc hoiem producit, & postremo adiungit eas differentias
quæ sunt magis propriæ, & facit singularia ceu Socratem, Alcibiadem, ergo quæ sunt naturæ
priora, hæc cōmuniora & cōfusa sunt, quocirca & notiora eidem tāquam proximiora & propin-
quiora. Atqui si quidam respōdebunt dicētes ipsam naturam intentionem habere producendi
singularia, & hoꝝ causa in primis cōmunes rationes procreare aggredi, absurdum profecto est,
quoniā & cognitio nostra intentionem cognoscēdi singularia habet, cuius rei causa vtitur a prin-
cipio quadā via ex cōmunioribus. Nos igitur hanc dubitationem soluentes dicimus naturā
nūquam cōmuniora & cōfusa sed semper singularia & determinata facere. Nō enī vt nos quod
eminus existens passimq; accedens affirmātes aliqd corpus esse possumus dicere hoc aliquod
corpus esse aiatum, vel inanimatū, aut equinum, vel humanū, cum cuiusdā corporis nullo pa-
cto impediat ipsa phantasia ad aliqd hoꝝ duci, ita etiā natura cum Socratē primo efficit, tale cor-
pus prius procreat quod queat lapidi vel equo conuenire (certe nequāq̄) immo neq; cuiusuis
hominum illud corpus quod procreat potest congruere, sed solum Socrati. Similiter etiam
animal hominemq; natura efficit quæ ad Socratem tantum attinent, vnde natura solum parti-
cularia efficit. Nam & si cum prima procreat quæ materiæ rationem continent, ante illa postq;
illa & secundum illud cum eam conuenimus quatenus etiam nos ab his quæ magis materia-
lia sunt initium capimus, tamen ab ea sumus alieni atq; dissentimus quatenus ea quidem
ab his rebus incipiat quæ sunt magis particulares quæ deinde collectione singularium facit vni-
uersale, nos autem cōtra ab vniuersalioribus incipiētes ad ea quæ magis sunt particularia profi-
ciscimur, & si semper natura efficit determinata, ex his tamē cōfusa fiunt iuxta eum modū quem
diximus, a quibus nos postea faciētes principium ad distincta ꝓcedimus, quapropter & si supe-
rius intentionē prædictorum diximus ac deductionē, repetamus tamen. Proponitur equidem
nobis res naturales cognoscere, naturales videlicet quæ existunt & subsistunt. Hæc autem sunt
singularia, quoniam nullū vniuersale cōmuniusq; per se subsistit neq; enim habet corpus sim-
pliciter quod nō sit hic lapis vel hoc lignū. Item nec simpliciter animal qđ nō sit equus vt flauus,
vel beli9, aut hic homo, præterea natura nō efficit vniuersale, neq; illud cognoscit quoniā quod
scit illud producit, & ecōtra quod ꝓducit illud item cognoscit, at ipsa solum particularia procreat,
hæc itaq; solū comprehendit, quoniam si vniuersale cognosceret profecto illud efficeret. Quo-
niam ergo nobis ꝓpositum est res naturales, quæ subsistunt cognoscere, cognoscit autē quod-
cūq; cognitis principiis ergo res naturales, quæ subsistunt cognoscimus ꝓpria vniuscuiusq; co-
gnoscētes, at quia nō est cuiusuis pricipioꝝ primoꝝ alia inuenire pricipia, oportet ex posteriori-
bus natura nobis autem prioribus, & notioribus recurrere ad principioꝝ cognitionē. Sed poste-
riora naturæ nobis autem priora, & notiora, sunt ipsa cōlora & ea quæ pluribus competūt, quæ
cōfusa sunt respectu magis peculiariū, & distinctorum pricipiorum, quādoquidem cōlores atq;
indistinctæ imaginationes nobis semp primo occurrāt, & aduenīāt, postea vero ex his ad magis

Marginal notes: Vniuersale — Cōtra latinos. Quartū argumentū. — Quintū argumentū. — Dubitatio — Cōtra responsum quod qspiam diceret. Obiectio bona cum sint dissimiles ꝓcessus naturæ, & cognitionis nostræ. — Optima deductio & collectio ꝓdictorū, vt ipso nemo clari9 dixerit. — Themisti9 & simpli. idē dicūt.

proprias atq; determinatas proficiscemur, vt inditio est puerorum cognitio atq; ea idem signi ficent, quæ eminus existentia passimq; accedentia inuenimus. Nam primo inuitu atq; aggressu totius rei cognitionem assequi nobis indiū est. Quocirca Arist. (inqt oportet ex cōfonibus cōfu-

Hæc simplicius opi-tima: cōfusa. sisq; doctrinæ exordiū facere, ob id ergo hic incipit cōiter de principiis quærere. Vtq; vnū sit vel plura. Hæc naq; doctrina sumit initiū a cōfoibus & cōfusis (quoniam qui inuestigare pponit) si vnū vel plura sint reg naturaliū pricipia, nullius ppriū principii naturalis pprietates docet sed ipsa cōia psequit, scilicet quot sint vniuscuiusq; rei principia naturalia, qd quidē posterius est natura ex particularibus collectum & cōfusum. Nam cum nullum vniuersale natura agat, sed vnumquodq; particulare efficit (quēadmodū diximus) cōprehendit tñ in rōne alicuius tot pri cipia numero definita, quē modum etiā seruat in cunctis rebus. Hoc ergo doctrinæ pricipiū cōe & vniuersale posterius est & ex rōne particulariū reg capit & subsistit. Item cōfusum est, quo niā nō distinguit quæ sit pprietas vniuscuiusq; principii, sed deinde ad aliqd magis determinatū seriatim sermo pcedit. Item id doctrinæ principiū respectu propriorū principiog vniuscuiusq; cōfusum & indistinctum est. Nā qñ adiscimus aliqd principium esse materiā, hoc formā, illud vero priuationē, cōem profecto & cōfusum sermonem adiscimus qm alia est materia quæ subii cit cœlestibus sempiternisq; rebus, & alia quæ generādis caducisq; tribuit. Item & horū quæ or tui subdita sunt, alia materia est illa q̄ subiicit reb°, quæ in sublimi regione videnf, alia his quæ ex ipsa terra ortū trahunt videlicet alia est plātarū, alia aīalium. Quāobrē si materiā in hoc libro docet tñ de ita differit q̄ cōmunissima materia appellaf, & de quacūq; materia pdicari pōt. Equi dē nō est vna natura materiæ neq; ipsius primæ quoniā alia est materia q̄ in cœlestibus ponif, & alia quæ gñabilibus tribuif. Itē aliquis potest facilime aiaduertere aliud esse subiectum in re bus qd velut materia ipsis sternif, & aliud eē formā quæ in materia introducif, ceu in ligneis cæ reisq; vasibus ac aliis oībus rebus q̄ ita se hñt. Præterea aliquis pōt inspicere eādē esse in oībus ppositionem si propriū vniuscuiusq; pricipiū cognouerit, ceu si his rebus quæ fiunt in sublimi regione, subiici calidā & humidā exhalationē, & cœlestibus quītam essentiā cognouerit quo fit

Dubitatio optima. vt magna diligentia ac nō exiguo studio opus est si propria rerū principia cōplecti voluerimus. Sed aliqs forsitan ambiget, quoniā si de informi primaq; materia hic differif, quonam pacto ex

Responsio posterioribus natura haberi doctrinā asserimus. Nā materia est oīum rerū primū principium. Atqui ipse rñdeo pricipalissimā materiā primum principiū esse vt corporum, quo fit vt hoc mo do illa sit primū principiū, at vero vt aīaliū, plantarū metallorū, & eorum q̄ in sublime fiunt vel cœlestium aliud peculiare pricipium est. Cum itaq; rerum quæ in sublimi loco fiunt, primum principium inuestigamus illud profecto non possumus affirmare primam materiam informē esse, quippe quæ nō sit magis harum rerum principium q̄ omnium simpliciter corporum, sed oportet inquirere peculiare illorum subiectum ac principalissimum principiū quatenus in sub

Alia rñsio lime fiunt. Item aliter respondeo, quoniam & si docet informem materiam nihilominus do ctrina a communioribus cōfusisq; incipit. Equidem a cōfusis quoniam materia cœlestium ni hil minus informis est quam illa rerum quæ generantur, qua ratione, nihil proprium de pro pria horum, vel illorum materia dixit, sed quēdam communem sermonem de ipsis facit. Et hoc commune profecto est natura posterius, quoniam natura nullum commune pducit sed singu laria ex quibus colligitur commune. Vnde neq; primam materiam vniuersalem natura produ cit. Nam ipsa (vt sæpe dixi) singularia producit, quorum vniuscuiusq; materia proxima habe tur, quam natura cuiusuis rei opifex facit, primam igitur materiam nulla natura efficit, quo niam a primo ipsa proficiscitur & pendet, & non a natura. Nam si quæ prima dicuntur a natu ra ignorantur ergo ipsa materiem informem nō efficit. Itaq; Aristoteles cum docet informem materiam, de primus naturæ & notioribus nō differit, nisi aliquis autumet informem materiam naturæ simpliciter vniuersali, ac ei quæ vniuersa continet, notiorem essem. Sed dubitatione dignum est, quonam pacto quæ hic dicuntur, nō aduersantur his quæ in primo libro de de monstratione aguntur. Nam hoc in loco, cum dicit nobis insitam esse quandam viam ex no tioribus nobis manifestioribusq; ad manifestiora naturæ & notiora procedere, asserit vniuer salia nobis notiora & singularia occultiora, & naturæ notiora quocirca (inquit) ex vniuersali bus ad singularia oportet procedere. Nam inquit notum sensu notius est, at qui vniuersale to tum quodam est. His ergo quæ in hoc libro asserit in primo libro de demonstratione aduer satur, vbi vniuersalium cognitionem nobis posteriorem esse asserens sic inquit. Dico enim

Duæ quæstiones. quoad nos priora & notiora quæ sunt proximiora sensui. Sunt autem longissime posita vni uersalia, propinquissima vero singularia. Quæstiones itaque sunt duæ, vna quomodo

in hoc

in hoc libro asserat vniuersalia esse notiora sensui, qua de causa inquit nos oportere incipiẽtes ab vniuersalibus ad singularia procedere. Et in libro de demonstratione asserit ea quæ proxima sunt sensui singularia esse & lõgissime posita vniuersalia. Altera est quomodo in libro de demõstratione prima naturæ inquit esse vniuersalia. Hic autem singularia. Quãq̃ enim hæc non ita in contextu verborum Aristotelis ponãtur, attamen necesse est, vt hoc modo sequantur, quoniã si naturæ manifestiora sunt singularia & prima, & nos pauloante diximus id cognoscere naturã quod efficit, & efficit singularia, igitur. At vero nos iãpridem quæstionem primã fere dissoluimus, quoniã vniuersale hic non asserit proprie vniuersale, sed particulare & cõfusum eo quod pluribus cõgruit, quapropter hæc illis nõ aduersantur, verũtamen singulare sensui notius est, quoniã sensus vniuersale nõ percepit, sed quoniã omnis naturalis cognitio ex ĩperfecto ad perfectũ proficiscitur, idcirco prius cõfuse & indistincte sensus occurrit singulari & illud apprehendit, qui mox proprias singularis figuras discernere a cæteris non potest. Vnde ob id hanc sensus cognitionem vniuersalem appellauit. At in libro de demonstratione vniuersale proprie accepit. Quãobrem hæc inter se cõsona & nõ contraria sunt. Sed quonam pacto hic singularia determinataq; prima naturæ esse inquit, ibi vero vniuersalia. R̃ndeo itaq; queãdmodum in singulis animalibus non solum vnicuiq; parti eorũ quædam naturalis vis tale officium administrationẽq; cõcessit ac cõmisit, sed etiã quædã alia est, quæ toti prouidet & vitã vnã concentũq; ex oĩbus partibus p̃ficit, siquidẽ partes ad totũ cõparatæ habent rationem materiæ, ita necessario oportet esse in ipso vniuerso naturã, quæ illi prouideat in vnoquoq; particularis quædã natura est vniuscuiusq; opifex & seruatrix. Nã oportet singularia in vnam vniuersitatẽ cõcentu quodã redigi. Vnde nam haberentur cõitates in generibus & speciebus nisi foret huiusce cõitatis causa. Neq; enim ex casu neq; per accidens cõitas fit, ergo illius causa quædam natura est. Et si aliquid eorũ vniuersalium per se nõ subsistat sed in generatione omniũ particularium consistat. Vt ergo in vnoquoq; indiuiduo sine partibus vniuersitas nõ consistit, quæ generatione partium existit. Vnde si dixerimus nullum totũ simpliciter generari atq; vniuersum verũ est, quoniã neq; vniuersum simpliciter idem secundum idem gignitur sed in generatione partiũ simul apparet. Eodem etiã modo neq; aliquod vniuersale secundum se fit, sed cum ipsis indiuiduis quorum est vniuersale simul adest & apparet quoniã ergo natura vnaquæq; id primum cognoscit cuius est causa igitur queãdmodum ipsa singulare producit & illud primo scit cuius postea processum in vniuersalia posterius cognoscit. Ita quod est vniuersalium causa id etiã illa primo comprehendit, quæ etiam illi sunt notiora. In hoc igitur opere de natura, quoniã non solum intentio est vt naturalia solum sciamus sed etiam vt hæc naturalia, hæc aĩalia, hæc metalla, atq; in libro Metheorologicorum, vt tonitruum, corruscationem & cætera huiusmodi cognoscamus. Merito igit̃ posteriorem nobis singularium cognitionem esse asserit, primam autem eorum quæ sunt magis vniuersalia & cõfusa, quem procedendi modum præueniendo diximus. At in libro de demonstratione, quoniã de scientia sermo habetur, quæ vniuersalium est cognitio, prima naturæ & notiora asserit esse vniuersalia & nobis posteriora aduenire, qui causam ibi. s. vniuersalium naturã esse affirmat. Quãobrem hæc inter se non dissentiunt sed ipsimet cohærent cõsonaq; sunt. Cæterum contextum legamus. Inquit itaq; incipientes ex nobis notioribus, naturæ autem occultioribus peruenimus tandem ad ea quæ nobis ĩmanifesta sunt naturæ autem clara & manifesta. Cum igitur inquit ad capescendam rerum cognitionem hoc modo prorsus nobis insitam viã esse, necesse etiam nunc est nos cupientes rerum naturalium cognitionem cõplecti ac cõsequi, hoc modo doctrinæ vti.

Secunda.

Responsio ad secũdã dubitationem.

Vide Platonẽ pro hoc decimo dialogo de legibus.

POSTERIVS autem ex hisce nota fiunt prĩcipia, & elemẽta his qui hæc diuidũt. Iccirco ex uniuersalibus ad singularia procedere nos oportet. Ipsum nãq; totũ sensu notius est. Vniuersale autẽ totũ quodam est quippe uniuersale multa cõplectatur ut partes.

Nam cõmuniora & cõfusa diuidentes occurrimus in magis propria & distincta totum enim sensu notius est. Vniuersale autẽ totum quodã est, quippe multa cõplectatur ut partes. Nã vt in sensibilibus videre licet, si aliquod aĩal eminus aduenit accedatq; oti? profecto aspectus visusq; toto corpori occurrit, ac illud comprehendit q̃ caput, & manum. Vnde ocius aliqs dicet id quod accedit aĩal esse q̃ hominem, hoc etiam modo euenit his rebus quas intellectus ratioq; cõtemplatur, vt vniuersalia & cõia nobis notiora sint, quam proxima, & propria. Nã semper est quædam proportio similitudoq; vniuersalis ad totũ, quoniam quomodo totũ continet suas partes, eodẽ etiã vniuersale cõtinet particularia. Verum inter se differunt, q̃m vniuersale tradit his quæ sub illo ordinata sunt, proprium peculiareq; nomen. Atqui totum id prorsus nõ efficit, quãdoquidem digitus manus non appelletur, neq; unguis digitus. Cum igitur ut totũ sensui notius est, ita uni

uersale rationi & intellectui,& ex notioribus manifestioribusq; initium facere oportet, ex hisce ergo.s.vniuersalibus principium doctrinæ,& hic sumendum est. Porro rethores primum disserunt de cõibus rerum capitibus,ab hisq; sumunt initium deinde hoc modo de propriis vniuscuiusq; speciei disputant aguntq;. Hoc etiã modo facit Arist. in libro de priori resolutione, qui ante ponit priusq; instituit sermonẽ de syllogismo simpliciter quã de syllogismo demõstratiuo dialectico & sophistico. Facile igit̃ ex communibus propria assequimur,& compræhendimus.

Primo poste. & primo priorũ vide Ioan. Gram.

HOC idem quodãmodo sustinent & noĩa ad rationem. Totum enim quoddã indistinctumq; significant,ceu circulus cuius definitio diuidit in singula. Pueri quoq; appellant primum omnes uiros patres, & mulieres matres. Posterius autem horum utrunq; discernere definireq; uidentur.

Nomen enim vniuersaliter,& cõfusæ substãtiã rei significat, vt homo, animal, circulus, atqui ratio idest definitio distincte diuisimq; vnũquodq; eo⁊ quæ rei insunt, significat, ac idem diuidit in proprias partes. Nam quum ipsæ hominem dixero cærte totã,& cõfusam quãdã vocem dixi protuliq; cõplectentẽ in seipsa multas res. Atqui definitio similis est diuisioni in partes quoniã qui ait aial rationale mortale subiectã nobis substantiã distincte significat. Sed pulchre adiecit hoc verbum quodãmodo, quoniã non quẽadmodum totum ipsum diuiditur in partes, ita & ipsum nomen est ab ipsa diffinitione diuisum, sed nois significatum diffinitio diuidit, neq; quo pacto singulare est vniuersalis pars, definitionis partes sunt nominis partes. Non.n. hæc syllaba literaue, a, si acciderit esse syllaba hominis.s. huius nois græci anthropos significabit aial, neq; aial rõnale, definitio igitur nõ diuidit nisi nominis significatũ, quoniã hic a nomine significat̃. Nunc autem sermo est de ipsa voce, atqui vniuersalis aialis partes sunt ipsa singularia aialia.

NECESSE est itaq; aut unum esse principium aut plura et si unum, uel immobile, ut aiunt Parmenides & Melissus, uel mobile ut naturales asserunt, quidã aerem, quidam aquam primũ principium essedicentes. Si uero plura aut finita aut infinita. Et si finita & plura uno, duo, uel, tria, uel quatuor, uel alio quodam numero esse oportet.

Hinc sermonem de principiis aggreditur. Et id, quod quidem facere cõsueuit nunc etiã facit. In primis veterum opiniones falsas cõfutat. Quocirca eas ex diuisione scientifica simul & manifesta accipit. Ex sciẽtifica quidem quoniã hæc fit secũdum cõtradictionẽ. Nã hæ diuisiones quæ scientiam pariunt haberi solent per cõtradictionem, quæ scientificæ appellãtur, quoniã ineuitabiles sunt, quãdoquidem nihil sit quod effugiat cõtradictionem. Ex manifesta quoq; quoniã fit ex his quæ oĩbus perspicua sunt. Nã vnũ & multa oĩbus constant. Iccirco inquit necesse est itaq; principia vel vnum vel plura esse. Et quãq̃ hæc non sit per se cõtradictio, attamen equiualet contradictioni, quoniã non vnum necessario multa est. Necesse est igit̃ (inquit) principiũ vel vnum esse vel plura. Et si vnum vel immobile vel mobile. Si vero plura vel finita vel infinita,& ipsæ hactenus diuisionem ꝑduxit. Et quia in his quæ deinceps explicabit, videt̃ alias diuiosionis partes ipsimet addere, cõsentaneũ nobis est a principio ꝑfectam diuisionẽ afferre. Itaq; necesse est pricipiũ vel vnum eẽ vel plura,& si vnũ vel imobile vel mobile, et si imobile aut finitũ aut infinitũ. Et si mobile vel finitũ vel ifinitũ. Itẽ si plura vel finita vel ifinita, et si finita, aut mobilia aut imobilia, etsi infinita vel mobilia vel imobilia. Et hæc est absoluta pricipio⁊ diuisio. Verum siquis quæreret, quãobrem vnum principium mox diuisimus in id quod imobile atq; in id quod mobile est & deinde in infinitum & finitũ,& plura principia in primis diuisimus infinita & in infinita deinde immobilia & in immobilia? Respondemus, fieri posse vt eodem modo vtranq; diuisionis partem diuidamus, illud tamẽ excipit̃, quoniã vni magis peculiaris est motus quã infinitum, & multitudini magis infinitũ cõgruit, quã motus. Idcirco vnum principiũ mox in mobile,& in imobile diuisimus, plura vero in infinita & finita. Vnũ itaq; principium esse & imobile Parmenides & xenophanes arbitrati sunt, quos cõstat vbiq; de rebus naturalibus minime loquutos fuisse, vt ipsæ Arist. etiã in libris Metaphisices dixerat. At hii viri neq; ita insanire vident̃ vt nullum esse discrimen inter aquam & ignem censerent, sed eisdem Aristotelis verbis perspicuum est hos viros nõ vt naturales de hoc vno principio infinito disseruisse. Quoniã cũ dicit, et si vnum vel imobile quẽadmodũ aiunt Parmenides & Melissus, subiunxit vel mobile (vt naturales tradunt) perinde ac sectatores Parmenidis non sint naturales. Præterea manifestum est ipsos non de naturalibus rebus disseruisse. Quorum Parmenides (vt ipsæ Arist. etiam in libris de generatione asserit atq; assentiũt eius interpretes) in libris quos secundũ opinionẽ cõscripsit, ignẽ & terrã dixit esse oĩum principia. sed in libris quos iuxta veritatẽ edidit, vnũ esse omne finitũ & immobile. Verum

Textus.

Pro hac diuisione vide simplicium idẽ fere & alia dicit

nobis

nobis existimandum non est, vt in libris quos ad opinionem conscripsit, ea quæ sibi videbantur nō dixerit, sed ea quæ multis placebat, & in libris quos scripsit iuxta veritaté ea tractauerit, quæ sibi videbant. Etenim in his libris quos ad opinioné conscripsit, disseruit etiá de his quæ ita sibi sentire videbat. Sed qm̄ de intellectualib⁹ rebus in libris iuxta veritaté sermoné faciebat iure cō gruēq; de veritate librū inscripsit, in libris auté ad opinioné, qm̄ disserit ibi de sensibilibus, quæ quidé Timeus opinabilia vocauit, idcirco librū sic inscripsit. Ná quæ semp sunt, intelligētia vna cú ratione cōplectunt concipiūturq;. Sensibilia auté quæ generabilia interitura dissolubiliaq; vocat, opinio cōprehédit simul cū sensu irrationale. Quapropter de intellectualibus hæc vnū, immobilia, & finita dici asseruit. Ná quum intellectualia ad vnū magis redigantur veluti proxi miora vni rerum oīum pricipio, idcirco illa vnum vocauit. Vnū itaq; finitum & immobile Par menides & xenophanes dixere. Vnum auté immobile, & infinitum Melissus asseruit, qui etiá de eisdem (vt dicebam) disseruit propter id, quoniam ipse illud vnum infinitum eé affirmauit, & sectatores Parmenidis illud finitū tradidere, quod quidem illi fecerant vt cognosceretur vis definita & specifica ipsorum intellectualium esse, at ipse Melissus, vt ad infinitaté virtutis pote statisq; vnius cæteros deduceret, ita illud infinitū esse asseruit. Quicūq; igitur vnum ens esse dixerūt, mox illud immobile esse recte opinati sunt. Quoniam si moueretur, vnum vbiq; non foret, siquidem motus locus tempus, & huiusmodi alia forēt in quibus motus trāsigeret. Sciē dum tamen est hos, cum vnum omne esse dicunt non de principiis sermonem facere. Nam si vnum esse rerum omnium principium affirmassent, tueri profecto nō possent vnum ens dun taxat esse, quoniam cum principium est oportet etiam vt ea sint quæ ex pricipio proficiscunt, siquidem hæc ad aliquid sunt. Nam principium, aliquorū est principiū. Quapropter hii non loquebātur de principiis sed de entibus simpliciter. Atqui si de principiis hii nō disserebant, cur Aristoteles hos refellit tanq̄ vnum esse principium statuerint? Respondeo itaq; quoniá & si de principiis nō disputarunt, attamen Aristoteles sic eorum rationes refellit, cupiens tale dogma de medio tollere perinde ac quispiam vnum esse rerum naturalium principium statuerit, vnū equidem principium dixerūt hii qui illud etiam immobile esse autumarūt. Sed eorū, qui vnū & mobile pricipium affirmauerunt, alii finitum esse alii vero infinitum, posuerūt. Vnum autem mobile finitum Hippasus Eraclitus, Thales, Hippon cognomēto Atheus asseruerūt. Heraclitus namq; & Hippasus ignem esse rerum principium dixere, quoniam inter alia tenuioribus partibus constat, & facile beneq; formabile est. Neq; idcirco nobis censendum est illum rationem formæ obtinere quia, continet alia, siquidé de materiali pricipio modo disseramus Thales autem: & Hippon ob rerum prolem ac quia viderunt fœtum humidum, eé aquam rerum principium dixerunt. Et q̄q̄ spermata sicca essent attamé nisi humecta sint deincepsq; diffluant non producunt. Item eorum qui vnum principium mobile & infinitum dedere, quidam illud aerem esse posuerūt, quidam vero medium inter aerem, & aquam vel inter ignem, & aeré statuere: Diogenes náq; Appoloniates. & Anaximanes aerem supposuerunt esse pricipium, tum quia facile formabilis est, tum etiam quia inter corpora incorporalis magis ac insensibilis est. Item Anaximáder medium inter aquam, & aerem vel inter aerem: & ignem principium esse dixit. Nam cum ea transmutatio: qua in aerem aqua mutatur, nō immediate fiat, siquidem oporteat vt prius aqua euaporet deide vapor attenuat in aeré mutet, ac eodē modo de trásmutatione aeris in igné, dicédum sit, mediū inter⁹ hæc dixit eé pricipiū, quod qdē aere tenui⁹ est, aq̄ vero densius, aut igne densius aere autem rarius. Hic ergo pl'is recti⁹ q̄ alii veritaté attigerat, cum nullum elemētum materiá esse statuerit, sed aliud qppiam pter elementa, attamé nō scire illud posuit, quoniá principiū qualitate formaq; impressum posuit esse, cum dixerit illud esse aere désius aqua vero tenui⁹. Hi præterea autumarunt aeré, vel mediū infinitū eé, qm̄ existimarūt quod si ex eis semper fiunt generabilia, & nō forent infinita necessario generationem defuturá quod quidé non cōuenit regressui neq; rerū vicissitudini. Qui ergo vnū pricipiū statuerūt tot sunt. Nullus náq; eorū q vnū dederūt pricipiū, illud terrá esse posuit qm̄ imobilis est atq; immutabilis. Cæterū eorū qui multa esse principia statuerūt, quidá infinita esse cōtendunt, quidá vero vn.ta. Et vtrorūq; quidá immobilia, quidam vero mobilia. Multa itaq; finita & immobilia Timeus dedit Deum. s. ideam & materiam, plura deinde finita & mobilia Empedocles asseruit, qui quatuor elementa ac litem, & amicitiam statuit rerum initia esse. Hippocrates medicus eodem etiá modo quatuor eleméta principia esse voluit. Verum Empodocles duos mundos esse coniecit: vnum ex quatuor elementis sensibilem, & alterum spherū scilicet intellectualem, quem spherum appellauit, quoniá ad seipsum reuertitur, & vni magis similis est. Hos au

Aduerte.

Dubitatio pulchra.

Vide simplíciū pro hoc qui dicit neminē posuisse plura finita & imobilia eé principia.

tem mundos tulit inuicẽ vicissimq; trãsmutari. Nã quoties amicitia præualet ac dominatur elementa transmutantur in spherum. At lite dominante, spherum econtra in elementa mutatur, quæ ille, profecto aiebat, non ea de causa, vt mundi se se alternatim transmutarent, sed vt significaret transmutationem animi nostri in hos mundos, quoniam in animo nostro est vis & potentia quæ idem & diuersum facit. Cum igitur secundum eam vim idem facientẽ animis operabitur, & aget, quam animi circulum Plato vocauit, cũ intellectualibus cõuenit, ad hæc etiam intendit, & conuertitur. Hanc itaq; vim Empedocles amicitiam appellauit, quoniam amicitia vnitatem efficit. Cum vero aget animus secundum vim & potestate diuersum efficientẽ, quam alterius animi partis circulũ Plato appellauit, & Empedocles litem, ad sensibilia cõuertitur, & his similis fit, transmutationem igitur animi secũdum sensibilem, & intellectualem mundum, transmutationem mundorũ Empedocles appellauit. Vnde & illud vulgatissimum de animo dixit. (Vt ipse etiam hic sum diuinitus exul errabundusq;) qui liti insanienti fidem adhibui, idest qui credidi ei potentiæ que diuersum efficit. Præterea qui plura principia infinita, & mobilia dixerunt, Anaxagoras, Democritus, Epicurus, & Leucippus fuere. Anaxagoras nãq; similaria rerum prĩcipia posuit. Similaria vero sunt, quorum partes sunt toti similes. Hæc igitur similaria inuicem commisceri dixit, ceu in ligno, quod cum similare sit carnẽ, ossa, aquam, ignẽ, aurum, & cuncta simpliciter esse voluit, ita etiam in vnoquoq;, & quouis infinita similaria esse statuit. Hæc igitur supposuit, quoniã viderat cuncta mutuo vicissimq; fieri, etsi nõ per primam mediatamq; generationem, attamen per multa media. Cum materiã itaq; oportunã aptamq; in omnia ab omnibusq; transmutari imaginatione conciperet atq; ipsam perfecte contemplari cognoscereq; non posset omnes simul esse statuit & ita mutuo generari secũdum separationẽ segregationemq;, & non secundum mutationẽ substantiæ. Sed cum ita sentiat, similaria simul misceri inter se, & minime dissimilaria recte posuit, quandoquidem nullus statueret in faciem manum vel in manu pedem esse. Democritus autem Leucippus & Epicurus athomos scilicet insectilia, & vacuum principia posuerunt, atq; senserunt vacuum, & insectilia que in eo sunt, infinita esse. Vocarũt autem athomos quædam corpora quæ propter paruitatẽ perspici viderique non possunt, & ob duritiem indiuisibilia sunt, qualia sunt ea ramenta pulueruléta quæ p foramina ostium in radiis apparent, quæ sane non elucente radio non vidẽtur neq; apparẽt, quod quidem fit non eo quod ibi non sint, sed quia sunt adeo paruissima, vt cerni nequeant. Postremo plura principia infinita & immobilia nemo posuit.

ET si infinita aut ita genere quidem unum: figura autem & specie diuersa: ut Democritus sensit.

Genus inquit subiectũ, & substantiam athomorum scilicet insectilium, Democritus enim fatebatur vnius substantiæ omnia insectilia esse, ea tamen differre inter se figura, quoniã quædam rotunda sunt, quædã cubica, quædam pyramidalia, vel quadã alia figura formata. Vt autem hoc in loco ipsum genus subiectum vocat, ita etiam in libro de demonstratione sæpe vocauit. Item per figuram, & speciem idem geminatis vocabulis dicit, si quidem Democritus figuram in athomis habere rationem speciei, & formæ asseruerit.

Quo ad verba, Textua.

AVT & contraria sunt.

Huiusmodi, Aut, inquit, quoniam Democritus vnum genus athomorum esse supposuit, & eas figuris differre, & non solum differre sed etiam contraria esse. Nam quum neq; caliditatem, & frigiditatem, neq; albedinem, & nigredinem in athomis esse Democritus dixerit, ex figuris autem, & habitu põneq; athomorum in nobis diuersas fieri assentit. Nam rotunda insectilia tanq̃ facile mobilia caliditatis, & ignis causas eẽ dixit, quoniã facile mobiles athomi sunt, ocius diuidunt, & disgregant, peculiare nãq; igni est diuidere posse, & facile moueri. Cubicas vero athomos tanquã ea vt ita dixerim, quæ magis expellunt, & coagulant, frigiditatem efficere dixit, frigus enim vim coagulandi obtinet. Eodem etiam modo in coloribus fieri asseruit, quandoquidem pyramidem vertices cum feriunt oculos talem coloris imaginationem, vt albi efficiant. Nam album disgregandi visum vim obtinet. Item diuisum est, & acutum, qualis est pyramidis vertex. Sed quum bases eius nigræ, fuerint, congregant, quoniam nigrũ cõgregatiuum est, & obtusum, congregat enim, & quæ distant in idem cogulando constringendoq; redigit. Cum itaq; athomi seu insectilia corpora differentibus figuris contrarias affectiones efficiant, eas non modo figuris differre, sed etiam cõtrarias esse asseruit. Aut sermo Aristotelis hic spectat ad Anaxagoram, qui etiam contraria similaria esse, vt ignem, & aquã assentit, quod quidem

Alia expositio.

dem magis verum esse fateor, vt etiam seruetur cõtraria diuisio, quoniã qu um dicat. Et si infinita, aut ita genere quidem vnum, figura autem & specie diuersa, vt Democritus sensit, affert deinde alteram diuisionis partem dicens aut contraria, quasi dicat, vel vt Anaxagoras cõtraria dixit.

EODEM modo quærunt & hi qui quæ quot sint ea quæ sunt. Nam ea primo quærunt ex quibus constant ea quæ sunt, utrum unum aut plura. Et si sint plura utrum finita uel infinita sint, quapropter quærunt principium, & elementum utrum sit unum uel plura. Considerare igitur si unum sit & immobile, nõ ad naturalem scientiã spectat. Nam ut geometræ non est ratio ad eum qui geometriæ pricipia tollit, sed aut ad aliã scientiam attinet aut ad cõmunem omnium facultatem, sic & illi nulla est cõtra eum ratio qui principia naturalis scientiæ tollit. Non enim est amplius principium, si unum duntaxat est, atq; unum hoc modo. Nam principium alicuius aut aliquorum est.

Cum posuisset diuisionem, nũc ostẽdere vult ipsum nec curiose nec cõiter hac diuisione principiorum vsum fuisse, sed cunctos ante ipsum de principiis differẽtes eadem principiorum diuisione vsos fuisse, cum hi q̃rerent, nũquid vnum esset elementum ex quo res fiunt, vel plura, & vtrum mobilia vel imobilia. Cõsiderare igitur si vnũ sit ens, & imobile ad naturalem scientiam nõ spectat. Cum posuerit opiniones de principiis naturalibus ex diuisione, & dixerit, cui parti diuisionis veterum aliq̃s præsit, & faueat. Cõsiderat etiã contra quas opiniones ad naturalem philosophum spectet differere, & cõtra quas non spectat. Etenim sciẽtis opus est ac munus naturã rerum quæ subiiciunt cõsiderare, & discernere quæ sibi cõueniunt, & quæ sibi nõ consonãt, quẽadmodum, & ipse faber lignarius multis sibi obiectis appositisq; lignis quædã profecto elegit secernitq; veluti arti sue apta & idonea, quædã autem abiicit. Quocirca, & nunc Aristoteles secernẽs vnã aliquã diuisionis partem eam. s. quæ dicit vnũ eẽ principium, & imobile, quam Parmenidis, & Melissi imitatores tuent, inquit nõ esse naturalis philosophi munus cõtra hos disputare, quãdoquidem aptissime principia naturalia negãt aboleantq;. Nã scientiæ nullius particularis est contra illos differere qui sua propria principia inficiant & tollunt, quocirca neq; demõstrare sua ꝓpria principia possunt, sed solũ id munus est primæ, & superioris philosophiæ. Nã ipsa oĩum principia demõstrat. Particulares autẽ scientiæ petunt postulantq; sua peculiaria principia, idcirco contra destruentẽ pricipia cuiusuis sciæ, non est illius eiusdem differere sed vel illius potius est quæ supra illã proxime ordinata est, vel illius quæ oĩbus cõmunis est. Cõmunem autem oĩbus sciẽtiam appellat, vel primã, & nulli subiectã philosophiã, vel dialecticem. Etenim ipsa oĩum scientiarum pricipia demõstrat. Hoc enim modo Aristoteles definiuit ipsam in libro Topicorum (cum inquit) huius operis intẽtio est methodũ viam scilicet inuenire qua possimus ratiocinari de omni problemate scilicet quæstione ex opinabilibus, qua rõne dialectices a prima philosophia differt, quoniam hæc ex pricipiis quæ p se credenda sunt, & ex cõmunibus cõceptionibus efficit demonstrationes. At dialectices ex opinabilibus. Nã contra eum qui tollit punctum esse indiuisibile vel lineam esse lõgitudidinem sine latitudine geometer nõ disputabit, sed primo philosopho delegabit mitteq; hæc demõstrãdi mun⁹. Accersit enim pro mædici cura mædicus ac vnus mædicus præstãtior alio est, sic etiã scientia alteri succurrit, & præstat pro confirmandis illius pricipiis opẽ. Rursus pricipia ꝑspectiuæ geometria demõstrabit, & pricipia grãmatices musica, & huius arithmeticæ. Sumit enim grãmaticus hæc elementa q̃dem lõga esse hæc vero breuia atq; eadem nũc quidẽ breuia interdum longa. Causam autẽ huius rei ipse ꝑfecto ignorat, sed musicus eã demõstrat. Rursus musicus sumit huius corde ad illã esse ꝓportionem sexquialteram vel duplã, vel epitriton scilicet sexquitertiã. Vnde in cordis solũ numerorum rationem proportionẽq; accipit. At qui arithmeticus vniuersaliter quæ sit dupli ꝓportio ac reliquorum inuestigat siue in cordis hæ proportiones fuerint siue vbicũq;. Item geometriæ arithmetica succurrit. Constat enim arithmeticã omnes scientias mathematicas (vt aiunt) præcedere. Nã geometer sumit latus lateri duplum esse vel triplum, aut sexquitertium, ac duplum tantæ magnitudinis, vel quãtæcũq; sumit. Atqui arithmeticus vniuersaliter hoc accipit, & quæ sit dupli, & aliarum proportionũ ratio demõstrat. Sed primus philosophus harum ac oĩum scientiarum principia demõstrat. Propterea nõ attinet ad naturalem virum cõtra Parmenidẽ, & Mellissum differere qui tollunt principia naturalia. Nã cum asserant vnũ ens esse atq; imobile, eo q̃d statuunt vnum ens esse, principia destruunt, eo autem quod illud immobile esse assentiunt, principia vt naturalia dirimunt. Cum enim dicunt vnũ ens esse, eos prorsus necesse est idem, vel principium statuere, vel fateri id esse quod orit ex pricipio, sed siquidem illud esse principiũ posuerint eos oportebit oĩno asserere illud etiã esse quod oritur

ex pricipio, qm̃ hæc numerãtur inter ea, quæ ad aliqd sunt quippe pricipiũ alicuius, vel aliquorum sit principium, vt ipse inqt, quare nõ erit vnũ ens sed multa id principiũ scilicet, & ea quæ ex principio pficiuntur, igit meri neque unt vnũ ens esse. Rursus si idem vnum posuerint eẽ qd orit ex principio, eos oportebit etiã fateri illius esse principiũ, quapropter neq; hoc modo vnum ens amplius erit, sed nunc statuunt vnũ ens esse, igit vtroq; modo. s. siue pricipiũ siue id qd orit ex principio illud vnum esse dixerit, demunt abolentq; principiũ. Nam cũ illud principiũ fuerit nõ poterit vnum ens esse, hac igit ratione principium tollunt, sed etiã principium, vt naturale dirimunt eo quod ponunt idem imobile esse. Nam motus plane rebus naturalibus inest. Generatio enim, & corruptio, auctio, diminutio, alteratio, & secundũ locum mutatio rebus naturalibus insunt, item ipse naturã diffiniens eam esse principium motus, & quietis inquit. Quaobrem qui motum dirimunt res naturales interimunt. Ob id igitur ait naturalis munus nõ esse cõtra eos disceptare, vt tãquã naturales hoc negotium exerceamus. Verũtamen inquit, qm̃ hæc cõsideratio ad aliquã philosophiã spectat, quippe hii de rebus questiones cõcitent. Et si nõ vt naturales, attamen vt philosophi illis obiiciemus occuremusq;. Præterea cũ videãtur nonnullas dubitationes naturales afferre, sic cõtra eos obiectio cõgressioq; consentanea erit. Eo nãq; naturã tollũt quod vnum esse ens atq; imobile statuunt. Sed aliqs naturalis ambiget, quoniã nõ amplius principiũ erit si vnum dumtaxat, & hoc modo vnum est. Nã pricipiũ alicuiꝰ, vel aliquoꝶ est principium. Quod vero qui ens vnum esse statuunt, principia tollant in secunda figura hoc modo pbat. Si vnum est ens, nõ est multitudo, sed si principium est, multitudo habet, ergo si vnum ens est nõ erit principium, qm̃ cum principiũ fuerit oportebit etiã ea esse quæ ex illo pricipio pdeunt, quo fit vt multitudinem esse oporteat. Veꝶ si vnum intelligunt hoc modo videlicet p imobile, ad hue sequit incõmodũ. Nã cum fuerit imobile neq; aliquid ex ipso emergeret neq; ipm ex alio, sed cũ pricipiũ est, oportet motũ eẽ, qm̃ si prsus imutabile ac imobile erit, neq; aliqd ex ipo fieri poterit.

Vide simplicium pulchre in hoc loco.

SIMILE est itaq; cõsiderare si hoc modo sit unũ, pinde ac de quauis alia positiõe differere q̃ sermonis causa dicit, qualis est Heracliti, uel siqs id qd est unũ hoiem eẽ dixerit.

Positio est (vt ipse dixit in libro de locis dialecticis, opinio) extranea alicuius notoꝶ in philosophia. Ceu Heraclitus, qui cõtraria idẽ esse dixit, similiter & hii, qui oẽ vnum eẽ, & immobile autumant, vel vt Zeno, qui motũ esse negauit, vel vt Anaxagoras, qui oĩa moueri assensit. Itaq; considerare si ens vnũ sit, & imobile inquit, simile est pinde ac de quauis alia positione differere. Ceu de illa Heracliti, qui asseruit cõtraria eadẽ esse. Nã veluti stultum est huic positioni contradicere eum oĩ demõstratione lõge manifestior sit, aut illi obiicere, qui vniuersum vnum indiuiduum hoiem esse cõtenderet ita stultum est cõtradicere rationi Parmenidis & Melissi. Dicit autẽ (sermonis causa) pro hoc scilicet gratia alicuius quod simpliciter eẽ, vel non eẽ enunciando dicimus, & nõ concludendo syllogismo aliquid, vt siquis proferat hominem tripedem esse.

Textus. Vide simplicium pulchre. Et p opinione auti quorũ lege Platonẽ in libro pſertim de recta nõium ratione.

AVT contentiosam soluere rationem.

Hæc particula superioris cõtextus. Simile est itaq; cõsiderare &c. cõiter verbis superioribus, & his seruit scilicet aut contentiosam soluere rationem. Differt autem cõtentiosa ratio a sophistica hac ratione, quoniã sophistica quo ad materiam v titur veritate sed figuram cõcludẽdi syllogisticam non habet. At cõtentiosa secũdum vtrãq; partẽ decipit, & secũdũ materiã, & secundũ formã.

QVOD quidẽ utræq; rõnes habent Parmenidis & Melissi. Nam falsa assumunt, & praua forma nõ concludunt. Inepta autem magis est ipsius Mellissi ratio, nec dubitationem affert, sed uno absurdo dato cætera accidunt, hoc autem non est difficile.

Inquit Parmenidis & Melissi ratio cõtentiosa est. Nã vterq; ipsoꝶ falsis ppositionibus v susus est, & sine forma syllogistica pcedit. Veꝶ quas propositiones falsas accipiãt, & quonã pacto eas praua forma cõplicant, & cõnectant, cũ aggrediemur ipsas rationes demõstrabimus. Et quãuis ambæ rõnes cõtentiosæ sint, attñ magis inepta importunaq; est Mellissi ratio, & nullã affert dubitationẽ. Nã illa Parmenidis quãq; falsa sumit, & vitiosa forma cõcludendi vtat, attamen non nihil difficultatis, & ingenii acuminisq; habet. Sed ea Mellissi cũ superficialis sit, stulta ineptaq; est, & nullam auditoribus mouet dubitationẽ. Veꝶ vno absurdo dato sic cætera cõcludit. Hoc autẽ (inquit) neq; difficile est, id est cõcedenti vnum absurdum reliqua probare quæ sequunt. Nã si hoc detur scilicet terrã volare, accidet nos in sublime collocatos eẽ. Item grauia extra medium stare atq; alia infinita, vel dicit. Nõ est difficile scilicet soluere & refellere hæc sic in supficie dicta.

Textus. Duplex vltimæ particulæ interpretatio.

NOBIS subiiciatur eorum quæ natura constant aut omnia aut quædam moueri. Quod quidem inductione perspicuum est.

Res naturales aut omnes aut quasdã moueri loco principiorum huius sciæ habemus. Præterea huius rei fidem a sensu accipimus scilicet aut oia, aut qdã moueri. Adiecit autẽ (aut quædã) ꝑpter vires & potentias quæ sunt in subiecto, ac propter animas irrationales quæ cum naturales res sint tũ sunt immobiles quoniã non alterantur neq; augentur neq; mouentur secundum locum.

INSVPER nec omnia soluenda sunt. Sed ea solum quæ aliquis ex pricipiis demõstrãs mentit᷑. Quæcũq; autem nõ ex principiis ostendũtur minime soluenda sunt.

Cur priusquã refellat ea quæ ab illis dicunt᷑, supposuit res naturales moueri, pro hoc rñdens adiecit, nec oia soluenda sunt, sed illa q̃ seruatis pricipiis, ex eisdẽ aliqs falsa oñdit & ꝓbat. Cõtra eum vero qui tollit pricipia, & eas affert dubitationes q̃ principia demunt, differẽdũ nõ est, neq; eiꝰ qsita ac dubitata soluẽda sunt. Dixit autẽ insup nec oia soluẽda sunt ꝓ hoc nec. n. oia soluẽda.

VELVTI circuli quadraturã, quæ ꝑ sectiones fit ad geometrã dissoluere ptinet, at illud. Antiphõtis nõ ad geometrã diluere spectat. Verũ cũ nõ de natura qdẽ nõ naturales dubitationes ipsos dicere accidat, res forsitã bene se hẽbit si parũ de ipsis disseruerimus.

Hippocrates chius mercator cum in piratarum nauem incidisset oiaq; amisisset, Athenas venerat latrones accusaturus, & cum diu athenis accusandi criminis causa moraret᷑, accessit ad philosophos, qui adeo geometriã calluit, vt circulum quadrare contenderet cuius qdem quadraturã non inuenit, sed cum quadraret lunulã, falso ratus est ex hac circulum quadrare. Nã ex lunula quadrata circulum quadratum cõcludere arbitrabat᷑. Sed etiã Antiphon circulum quadrare conatus est qui cum nõ seruet principia geometriæ hoc modo idem ostendere nitebatur inquiẽs, si fecero circulum, & inter eius ambitum descripsero quadratum, ac sectiones circuli quæ fiunt in quolibet quadrati latere secauero in duas partes, deinde deduxero ex sectione vtrinq; rectas lineas ad terminos sectionum, certe ipse cõstituã efficiamq; octangulã figurã scilicet octo angulorum. Rursus si eas sectiones, quæ cõtinent angulos in duas partes incidero & iterum deduxero a sectionibus vtrinq; rectas ad terminos sectionum, faciã equidem figurã multorum angulorum si autem idem per multum fecero figura fiet maiore angulorum numero cõstituta, q̃ paruissimos angulos habebit, quos lineæ rectæ cõtinentes ob paruissimã earum molem adequant᷑ circulo. Cum igit᷑ datur cõcedaturq; oẽm datã figurã rectilineã quadrari posse, si quadrauero hãc figurã multorum angulorum, quæ cum adequet᷑ circulo quadrabo etiam circulum. Is itaq; destruit principia geometriæ. Nam principium geometriæ est, nunq̃ circunferentiam adequari lineæ rectæ. Hippocrates itaq; cum ex principiis geometriæ cæpisset & quadrasset lunulã quandã circuli sectionem male deinde cõclusit, inquit igit᷑ quadraturam circuli, quã falsis dictis Hippocrates ꝓbabat ad geometram attinet dissoluere. Cũ ipse Hippocrates seruet principia geometriæ. At illã formã quadrandi circulum, quã Antiphõ adducebat nõ spectat ad geometram dissoluere & cõfutare, quoniã negatis principiis geometriæ sublatisq; ita Antiphõ procedebat. Verum cũ de natura quidem nõ naturales dubitationes ipsos dicere accidat. Nam eo qd vnum esse ens, & ĩmobile statuerunt, naturam dirimunt, eo autem quod naturam tollunt eos accidit dicere nõ naturales dubitationes, inquit necessarium esse, vt nos parum cõtra illos disseramus, non quia dogma eorumq; sententia quadam ratione, & certamine ægeat sed propter dignitatem psonarum, atq; ea de causa quia manifesta, multis ambigua videri solent.

PRAETEREA ipsa per se de his cõsideratio quãdã philosophiã nimirum habet.

Idest hæc inquisitio de entibus ac de his quæ sunt. Vtum vnum sit vel plura quatenus ipsa ac secundum se conuenit primæ, & nulli subiectæ philosophiæ.

PRINCIPIVM oium nobis accõmodatissimam est, ab illis pcunctari cũ ens atq; id quod est multis modis dicat᷑, quonam pacto dicant asserentes omnia esse unum.

Cum dictitauerint superioribus dictis cõtra quos naturalis interest disputare, & cõtra quos minime interest. Et dixerit cõtra Parmenidem ac Mellissum nõ esse naturalis philosophi munus disserere propterea qd hii tollunt naturalia principia dicentes vnum esse ens, & imobile. Et deinde dixerit, quanq̃ cõtra eos disserere ad naturalem nõ spectet attñ hæc consideratio habet quãdam dubitationem, & philosophiã, absurdum nõ esse si parum cõtra ipsos disputauerimus ac deide dixerit. Et si non de natura aliqd dicunt, verũtamen qa naturales ambiguitates moliunt᷑ quod destruunt principia naturalia. Hæc igit᷑ cum dixerit superioribus verbis, cæterum hic aggredit᷑ rationes contra illos. Et priusquam rñdeat ad ea quæ ipsi dixerunt, cõiter ipsam quæstionẽ ꝑ se exercet examinatq;. Nam ꝓprie illis contradicemus si eorum rationibus occurentes ac rñdebimus, quibus illi suam sententiam suumq; institutum probare nituntur. Cõis autem de ꝓblemate consi-

deratio est,idem problema cōiter exercere,& demōstrare si hoc modo esse queat,an aliter. Deinde cum demōstrabit hoc magis proprie,vel vt aiunt specialiter occurret ac rñdebit rationibus eorum.Nā oportet in primis ipsa ꝓblemata,& quæstiones secūdum se exercere, & dubitationes cōtra ipsa refellere,vt ne isolutæ manētes ingenio hebetiores simplicioresq; cōtaminent ac confundant.Quocirca diuisione vtiť,cum dicat quot modis vnum dicať. Deinde ostendit iuxta nullū significatum vnius vnum ens esse.Inquit ergo vnum vel noīe vnum est,vel re. Dico autem nomine vnū quemadmodū si quis diceret hoīem lapideum & depictum vnum esse,ꝓpterea quod vnum hominis nomen hñt.Vel siquis assereret oīa prædicamenta vnum esse,quoniā vnum nomen entis habent.Vnū ergo,vel noīe,vel re vnum est.Et si re,vel re vniuersali,vel re particulari. Item si vniuersali,re,vel genere,queadmodū si quis diceret oēs particulares substātias vnū esse, quoniā eōe genus substātiā habent,vel species vnum vt si qs assérat albedinē & nigredinem vnū esse,quoniā cōe habent alterationis nomen,vel potius si quis affirmat albedinem in tunica & albedinē in pallio vnū esse ꝓpterea quod cōem speciem hñt ipsam.s.albedinē,vel de albatione, uel si quis dixerit oīa rationalia vnū esse propterea qđ species aīalis est ipsum rōnale.Si autem particulari re vnū fuerint ens,vel erit vt cōtinuum,ecu dicimus lignū vnum esse,vel erit vnum ut indiuisibile ut punctum & unitas,uel rōne unum ceu si noīa ut tunica & indumētum atq; ensis & gladius.Hæc enim rōne unum sunt.Accipit ergo alterā diuisionis partem .s. unum re & eā qua unum re uniuersali dicimus.Et inqt ea q̄ uniuersali re unum dicunť,uel ꝑfecto substātia sunt, uel aliqđ accñs. Et si accñsa ut quātum,aut q̄le,aut aliqđ alioꝝ prædicamentoꝝ accñs sed ōnde re oīa non esse unā substātiam nunc supsedet & prorogat dicendū esse in sequentibus quoniam demōstrabit neq; id qđ est unū ens esse substātiam,alioqn tolleremus naturā accidētium.Nunc autē exercet probatq; nūq̄ posse affirmari id quod est unum ens esse aliqđ uniuersale accñs ceu quātitatē.Nam eo qđ oīa essent quātitates ita ens diceref ̄m aliquod unum uniuersale quātitas. Sed anteq̄ hæc refellat interserit interponitq; argumētum quo ꝓbat dici nō posse ut sit ens unū noīe,ecu substantia & accidētia quæ & si sint multa dr̃ia attñ unum dici ꝑ̄it,quia appellant entia & hoc mō unum ens dici pōt.At(inqt)si hoc foret,ꝑspicuum est multa entia esse & nō unū.Neq; eni inqt si qs assereret eaq; re multa sunt,ꝑticipare cōi noīe,idcirco hæc unū erūt. Hoc itaq; q̄rit, si oīa queant esse quātitates ac rōne gñis oīa unū dici,inqt.n.huic quātitati uel coexistit substātia vel non,si autē nō coexistit q̄titati substātia,ergo quātitas merito ꝑ se subsistet,qđ fieri nō potest, quoniā accñtia in substantia eē hñt,si uero coexistit uel erit idē cōceptus substātiæ,& quantitatis q̄ significent aliq̄ unā rēdiuersis noībus,uel alter est substantiæ cōceptus & alter quātitatis,si ergo idem est cōceptus substantiæ & quantitatis ergo q̄ coniungi nequeunt ipsi cōiungunt & cōnectunt ac in unum redigunt substantiam & accidens. Si autē aliud qđpiam est substantia ꝑter quantitatem,iteꝝ multa entia erunt.Cū igiť hæc explicat,cæteꝝ demōstrabit non temere supposuisse quātitatem aliqđ ens dici ꝑsertim illud vnum,quoniā Mellissus hoc ens vnū posuit esse infinitum,infinitū autem,vel species quātitatis,vel pars aut potius passio eius est,quæ ꝑ se illi competat.Veꝝ aliquis posset asserere infinitum esse velut aliquā spēm quantitatis dicēdo,quantitatis alia infinita alia vero finita,meo tñ iudicio infinitū passio potius est de numero eaꝝ passionum, quæ alicui ꝑ se cōpetere solēt.nōn.n.simpliciter infinitū est quātitas,sed inest quātitati. Veꝝ dupliciter diciť per se(vt Arist.fateť in libro de demrōne)vel in cuius definitione subiectū assumitur, ceu in definitione simitatis nasus claudiť,quippe simitudo sit nasi cauitas & hæc est passio ꝑ se nasi,eodē etiā modo in definitionē numeri paris,vel īparis subiectū sumiť.Nā dicimus numerū parem esse numeꝝ in duas partes diuidēdum,similiter hinnibile ꝑ se equo inest,quoniā sumiť in definitiōe subiecti.Nā dicimus equus est aīal irrōnale hīnibile.Itē circuli passio est,lineas eq̄les esse q̄ a centro ducunť si quidem in definitiōe circuli cōprehendať.Circulus n.est figura plana vna linea cōtenta ad quā oēs lineæ rectæ incidētes a cētro ꝑductæ ad circunferētia v sq; sunt eq̄les. Infinitū itaq; ꝑ se quātitati inest,quoniā indefinitione eius subiectum capiť dico.s.ipsa quātitas. Nā dicimus infinitum esse quātitatem q̄ percurri nō pōt.Si ergo ens infinitū Mellissus asseruit & infinitum ꝑ se quantitati inest,igiť ens aliquam quantitatē esse affirmauit. Nam si infinitum quidpiam aliud esse,dicēdum foret ipm quātitate ꝑ accidēs participare,ꝑinde ac album vel nigrū magnum seu multum diceret nō per se sed ꝑ accñs,quoniam magnum vel multum est quia superficies in qua color est(vt ipse in ꝑdicamentis inquit)multa,vel magna est,eodem igiť modo si substantia affirmareť esse infinita cum nō per se infinita sit quippe in nullo dicendi mō per se incidat,neq; in definitione infiniti substantia cōprehendať, & ecōtra neq; infinitū sumať,quāobrē substantia non ꝑ se infinita sed ꝑ accidens erit,cum participet quantitate cui ꝑ se inest infinitum. Si ergo Mellissus ens infinitū esse dixit.Et infinitum ꝑ se & nō per accidens est alioquin unum

non

non esset si alicui accideret, cõstat igit̃ Melissum illud infinitũ quãtitatẽ esse constituisse, quapropter nõ incassum supposuimus illos dixisse ens esse quãtitatẽ. Principium oium nobis accõmodatissimũ est. Qm̃ inquit eñ multifariã dicit̃ principiũ, oium nobis accõmodatissimũ erit si posuerimus significatus entis ac pcunctari ab iis q̃ li quoque significatu entis asserãt vnũ esse. Deinde etiam cum vnũ multis modis dicat̃ quonã pacto hoc ens esse vnũ assentiãt. Nã reuera principiũ accõmodatissimũ cuiuslis pblematis & qõnis est pprias significatoq; significationes inuenire & ppositũ significatũ distinguere ab aliis q̃ cum illo equoce dñr, qñquidẽ causa maximi erroris hoium fit ipsa nois ambiguitas, vel equocatio. Cõplectetur itaq; Aris. vtrãq; diuisionẽ, & illã vnius & illã entis. Nã diuidẽs ens in substãtiã & accñs statim diuidit ipm in species genera & indiuidua. Deinceps qm̃ & ipsum vnũ multifariã dicit̃, quãq̃ non fit diuisio vni? vniuersalis sed potius particularis. i. illud vnius qd indiuiduũ dr̃, diuidet hoc vnũ in cõtinuũ & in vnũ idiuisibile ac ĩ vnũ rõne.

VTRVM uelut substantiam omnia, an ut quantitatẽ an qualitatẽ. Et rursus nũquid omnia unam substantiam, uelut hominem unum, aut equum unum, aut animã unã. Vel qualitatem & hanc identidem unam, ut albedinem aut caliditatẽ, aut aliquid tale dicunt.

Q uidã opinant̃ Aris. his afferre eã diuisionis partẽ, in qua dr̃. Et si re vnũ vel vniuersali. Et ob id dicere. Vtr̃ oia vt substãtiam an vt quãtitatẽ, an qualitatẽ, qd sane dictũ est vtr̃ oia vnũ genere sint, Quocirca & rursus ait. Vtr̃ oia substãtiam vnã esse, vt hoiem vnũ vel equũ vnum qd est dictu vtr̃ oia sint specie vnum. Nã particulare paulopost adiiciet vbi inqt, dicit̃ autẽ vnum, vel continuum vel indiuisibile vel cuius rõ eadẽ est. Vẽ nos dicimus qm̃ cũ audiuerimus vnũ hoiem, vel vnum equũ mox intellectus trãsfert ad particulare. Quocirca dicimus p hæc. Vtr̃ velut substãtiam oia, vel aliq̃ quãtitatẽ, vel qualitatẽ, ipsum Aris. ponere cõiter, vtrãq; diuisionis partem. s. vel vnum genere vel vnum specie. Et p illa velut hoiem vnum, aut equum vnum ponere aliam diuisionis partẽ, scilicet vel particulari re vnum. Deinceps vero (vt iã dixi) ipm particulare diuidit.

Duplex expositio.

Sua expõ.

HAEC enim oia nimium inter se differunt, & dici nequeũt. Nã si erit substantia, & qualitas atq; quantitas siue separata abiunctaq; inter se fuerint, non unum sed plura profecto sunt. Sin uero omnia qualitas uel quantitas siue substantia sit, siue non sit, absurdũ est sane si liceat appellari id quod non potest esse absurdum.

Ea quæ numerauit. s. accñs & substãtiam siue vl'e̅m siue particularẽ eodem etiã modo q̃ntitatẽ qualitatem, & reliq̃ accidẽtia inqt inter se multũ differre, & si qs eoɽ qui sectãtur Parme. qduis hoɽ quæ supposuimus dederit, pfecto, ĩpossibilia prius eoɽ põni accident. Nã si ens erit substãtia & q̃litas atq; quãtitas. Hic (vt iã dixi) interserit suppõnem dicẽtẽ ens vnum noie esse, queãdmodum decẽ prædicamenta fm ipsum ens vnũ sunt, quia vno potiunt̃ noie entis. Inquit igit̃, quod si ens qd quidẽ vnũ esse statuunt, dicunt ipm esse substantiã q̃ntitatẽ qualitatem, & alia pdicamẽta, siue hæc abiuncta separataq; inter se posuerint siue in vnum inter se collecta, & cõiuncta dixerint, vt etiã veɽ est quoniã oia accñtia hñt esse in substãtia atq; in ea sunt collocata. Vtroq; modo accidet multa esse ea q̃ sunt. Et solo nõie inter se conuenient, q̃tenus oĩa entia appellant̃, quapropter noie solo vnũ erunt & nõ re. Sin vero oĩa qualitas aut q̃tas, Recurrit ad aliã diuisionis partẽ, quæ ponebãt oia esse vnum vel vt accñs vnum vel vt substãtiã vnã. Sed nunc vt dicebã, sermoni & rõni de substantia supsedet, & exercet tractatũq; illã partẽ qua dicit̃ si oia sunt vnũ velut accidens. Et inquit si igit̃ ens erit vnum aliqd accidẽtium, ceu hoc ens sit q̃tas, siue eidẽ ponãt coexistere substãtiã siue nõ, sermo eoɽ absurdus est, quoniã si coexistit nõ ampli? vnum ens erit sed multa, si autẽ nõ coexistit sed p se q̃tas existit, erit accñs separabile a substãtia, qd quidem nõ solum absurdum est, sed etiã id qd fieri nequit qd aiunt impoẽ, idcirco & ipse dicẽs absurdum subiunxit mox dicendo si oportet absurdum appellare id qd fieri nequit & ĩpoẽ. Nã impoẽ augei & intendit ipm absurdũ. Absurdo. n. opponit̃ cõsentaneum, quoniã illud est absurdum qd quis nõ coniiceret affirmaretq; ppea qd non habet rõnẽ neq; vere sequit̃ Absurdo igit̃ opponit̃ cõsentaneum, ĩpossibili autem opponit̃ necessarium. Et auget ampliatq; ĩpoẽ ipsum absurdum quoniã ipm absurdum aliqñ põt eẽ ac forsitã erit, ceu hoc absurdum nemo putat oẽm hoiem lauari hoc quidem existimare sentireq; falsum est sed nõ impossibile, At impossibile & falsum est & fieri nequit, ceu si quis dicat hoiem habeñ alas. Hoc n. appositum est falsum & vltra falsum ĩpossibile est.

Textus.

Textus.

NIHIL enĩ aliorũ præter substãtiã separatũ ẽ. Nã oĩa dicunt̃ de subiecta substantia.

Absurdum supius adduxit tanq̃ secundã suppositionem cõsequens in q̃ supponebat̃ id qd est vnã esse q̃titatem seiuncta substantia, cõsequens autẽ aliã suppõnem. s. eam in qua supponit̃ substantiam coexistere q̃titati nõdum adduxit, inquit igit̃ hoc consequens deinceps qd iam ipse

proxime dixit. Nā si erit illud vnū ens substantia q̄titas & q̄litas, siue hæc separata seiuncta q̄ fuerint inter se, siue nō, multa sunt entia & ea q̄ sunt. Et.n. hoc in loco inquit, si coexistit substantia quantitati multa sunt ea quæ sunt & nō vnum, & suas tollunt suppositiones si hoc asseruerint. Nam oīa dicunt de subiecto substantia. Verū in p̄ntia dicit de subiecto pro eo q̄d est in subiecto.

AT qui Mellissus id q̄d est infinitū esse asserit, ergo id quod est quātitas aliqua erit. Nā infinitū in quantitate est. Substantia autē infinita, uel qualitas aut affectio infinita esse nō potest nisi per accidens. Si ergo substantia est cū quātitate. Et qualitas & quantitas quædam essent. Nā infiniti ratio quantitate utitur sed non substantia neq̄ qualitate.

Qm̄ nondū quid senserint opiniones subiecit. Equidē oīa esse substātiā non affirmāt, sed forsitā quātitatē vel q̄litatē. Hisce igit̄ vult ostēdere illos id ens q̄d quidā dicebāt, quātitatē esse posuisse. N. illud infinitū appellabāt, infinitū autē q̄titati p se inest. Substātia vero, vel q̄litas, aut q̄dpiā aliud infinitū esse p se nō potest, nisi p accidēs eo q̄d quātitate participāt, queadmodū albū multū esse dicimus nō p se sed p accñs quoniā in multa supficie est. Verū inq̄sitione opus est q̄uo ipse in

Dubitatio pulchra

qt nō inesse substātiæ infinitū nisi p accidēs, quatenus q̄titate ipsa participat, cui⁹ affectio p se est infinitū si.n. corpus substātia est, & definitio terminusq̄ ei⁹ est trina dimēsio igit̄ corpus aliq̄ magnitudo & q̄titas erit. Si autē hoc cōcedit̄, infinitū igit̄ & finitū eidē p se inerunt. Itē si tres sunt species magnitudinis, sola, bina, ternaq̄ dimēsio. s. linea, supficies, & corp⁹ substātia est, ergo magnitudo substātia est. Nā vt in q̄litatibus quædā aliq̄ sunt substātiales q̄les sunt ille q̄ insunt elementis, aliq̄ autē nō substantiales sed p accñs insunt suis subiectis, vt sunt ille quæ nr̄is corporibus insunt albedo, s. nigredo, caliditas q̄ extrinsecus aduenit & frigiditas, ita etiā aliq̄ & substātialis quātitas esse debet q̄ primo corpus formet deinde designet designādoq̄ distīguat. Verū ad p̄priā speculationē de his attinet diligētius disserere, an reuera trina corporis dimēsio substātialis sit, & ip̄m corpus q̄dā substātia hēat quæ nō sit nec magnitudine nec dimēsione impressa & formata, an nō.

Solutio.

Soluētes tm̄ primo dicimus apud Arist. nō esse aliq̄d corpus simplex sed cōpositū ex materia p̄ria & q̄titate. s. trina dimēsione quocirca p̄spicuū est corpus nō esse simpliciter q̄titatē. Præterea substātia nō est vox equoca q̄m genus est, sed potius vt aīal significat q̄dā naturā cōem, q̄ vnicuiq̄ p̄ticulari aīali inest videlicet significat substātiā aīatā sensibilē, ita etiā substātia significat p se subsistētiā. Nā p se subsistūt substātiæ corpeæ atq̄ icorpeæ. Quapp si substātia est, p se subsistēs erit, sed q̄d p se subsistit nō est q̄titas, infinitū autē aliq̄d q̄titatis est, igit̄ p se substans. s. substantia nō est ifinitū, itē & si de sola substātia corpea rō hēret cui trina dimēsio aduenit veluti d̄ria, neq̄ hoc mō substātiæ corpali inerit p se infinitū vel finitū, q̄m est id q̄d finit̄ & nō ip̄a q̄titas finita vel infinita, at cōtinuo inest infinitū q̄d q̄dē dicit̄ infinitū p intēsionē & nō p dimensionē, neq̄ q̄a trina dimēsione dimēsum sit, sed hæc q̄titas p extēsionē accidit corpibus & nō conficit substātiā corporū, nō.n. aq̄ lignū ē triū cubitorū, vel digitale, vel mille cubitorū, facit vt idip̄m lignum sit. Nā si foret definita cubiti q̄titas, v.g. cubitalis, q̄ ad substātiā ligni vel cōferret quāq̄ cōficeret, p̄fecto nullū lignū eē posset q̄d excederet lignū vni⁹ cubiti, vel min⁹ eo lōge eēt, igit̄ & si aliqs cogitaret extēsionē ligni i ifinitū p̄cedi abireq̄, hæc q̄titas nō p se sed p accñs iesset ligno, q̄re si finitū & ifinitū i cōtinuis q̄titati s̄m extēsionē iest hæc p̄fecto corpib⁹ accidet, finitū igr̄ & ifinitū p accñs iest corpibus.

tibus dictis explicauimus. Est autem ratio talis (vt inquit) qđ est præter ens, ē nō ens, qđ est non ens nihil est, igif vnum est ens vel ecōtra ergo ens est vnum. Huiusmodi ratio igitur peccat secundum propositiones, & secundum conuersionē. Nam conclusio male conuertitur ex antecedente. Nam hæc est conclusio, quod est præter ens, ergo nihil, cum igitur conuersio cū contra positione fit omnino cōmuniterq; vera, quū acceperimus oppositū consequentis, & deduxerimus oppositum antecedentis, ipse male faciebat conuersionem ex antecedente accipiens oppositum antecedentis & inferens concludensq; oppositū consequentis. Est autem antecedens conclusioni, quod est præter ens, consequens autem, hoc nihil est, opponitur aūt huic (q; præter ens est) hoc, si ens, huic aūt nihil opponitur vnum. Si ergo recte voluisset facere cōuersionē, ex consequente deduxisset, igitur vnū est ens: & vera esset hæc conclusio, tale igitur est peccatum secundum conuersionem conclusionis. Item Aristo. obiicit propositionibus primū minori in qua dicitur q; præter ens est, non est ens. Nam (inquit) cum multa plane sint ea quæ sunt ac entia, hæc nāq; sumuntur ex euidentia, idcirco adduci rationē seorsum non oportet. Item neq; opus est accipere hanc vocē equiuocam. s. vnū in propositione, sed dicere quæ sunt præter ea quæ sunt, ipsa non sunt. Verum & si illi concederemus id quod est vnū aliquid significare, & veram esse propositionē minorē, maior tñ erit falsa. Nam sit verū hoc quod est præter ens est non ens, vnum aliquid ente significante. verbi gratia significāte substantiam, attamen non amplius erit verumq; non est, nihil est, etenim accidentia non sunt, quoniā nō sunt substantiæ, quæ tamen nihil dici non possunt. Item Plato in dialogo qui inscribif sophista eidem propositioni occurrit. Nam cum encomia & laudes Parmenidis multas prius dicere contendisset ac latius explicasset, quē præterea patrē appellauit, profecto inquit, si verum foret, vt id quod est præter ens sit non ens. Nam scimus ipsum ens appellasse intellectuale, si ergo aliquid est præter intellectuale, quod quidem reuera est ens, hoc non ens erit, non amplius ergo verū erit, non ens nihil est. Nā omnia sensibilia, cum sint ea quæ non sunt entia, propterea quod duntaxat intellectualia sunt entia ac ea quæ sunt, nihil tamen non sunt. Sunt enim aliquid ipsa sensibilia, quare & si minorem propositionē supponeremus verā esse, maior tamē falsa erit. At ex vna propositione nihil concluditur. Præterea qūo dicit id quod est vnū esse, vel enim nomine vnum erit, vel re, & si re vel genere, vel specie, vel numero. Et si numero vel vt continuū, vel vt definitione vnū. Nunc vero omittit vnum vt indiuisibile, quoniā neq; hæc petitio habet locū apud hos viros, siquidē alter ens & id quod est dixerit infinitū esse, & alter finitum. At finitum & infinitū magnitudini competunt, indiuisibile autē neq; infinitū neq; finitū est. Si ergo nomine duntaxat vnum est rebus ipsis differētibus, multa igitur entia p se erūt. Si aūt re vnū siue gñe siue spetie, rursus multa sunt ea q̄ sunt, quippe genus multa cōtineat quæ speciebus differunt, & species cōtineat multa quæ sunt indiuidua. Si autem numero vnū erit id quod est, si quidem erit definitione vnū & idem velut multiuocū in Heracliti errorē sermonēq; incident, quem ipse iam dixit, quare contraria eadem erunt & contradictio tota simul vera, quare non magis ens erit, q̄ non erit. Si autem velut continuum vnum erit, inquit necesse est hoc vel solā substantiā esse, vel accidens solum, vel compositum ex substantia & accidente. Si ergo compositū erit ex substantia & accidēte, plane multa erūt entia ac ea quæ sunt. Neq; enim quia substantia & accidens sunt coniuncta inter se, idcirco sunt vna aliqua & eadem res. Nam hoc (inquit (fuit causa erroris. Parmenidis, quippe qui hoc nō vidit neq; cognouit aliud equidē est id quod recipit accidentia, & aliud sunt ipsa accidentia non solum comparata ad subiectum, sed etiam inter se. Nam hæc omnia & si vnū aliquid perficiunt, attamen ratio vniuscuiusq; diuersa est, quippe aliter assignabis subiecti dico. s. substantiæ definitionem, & aliter quantitatis, qualitatis, & reliquorū, quare si statuere vnum esse continuum velut compositum ex substantia & accidentibus plane multa rursus entia erunt & non vnum. Si autem substantiam solā, quod quidē cōsentaneū est suspicari cogitareq; eos dixisse, quippe ii nō dicebant id quod est accidens esse. Deinde cum cōmemoret substantiam, & dicat non esse consentaneum dicere illos supposuisse, id quod est accidens esse, prius ipsum membrum diuisionis confutat, deinde recurrit ad suppositionem quæ supponit illud ens esse substantiā. Nam (inquit) si diceremus id q; est accidēs esse q̄m accidēs alicui accidit dico. s. substātiæ, necesse igif ē id cui accidit aliquid eē, igif substātia ē, sed q̄m id qđ ē solū accidens esse dicebaf, pspicuū ergo ē substantiam quæ ē non ens esse, & non aliquid esse, alioquin multa essent quæ sunt, ergo prorsus ē id quod nō est. Atqui supponebaf esse vt accideret ei id quod ē, idest accidens, igif aliquod nō ens erit, qđ quidem absurdū ē, nō ens inquā, q̄m solū accidēs ē ac rursus aliqđ ens erit, qua ipsi dicif accidere id quod est igif substantia aliquid erit dico. s. substantia erit ens & nō ens, Item non ens

erit

erit quoniam sic supponebatur, erit quoq; ens. quoniã ente participat dico. s. accidente, quæ autẽ aliquo participant denominantur ab illo. nam id quod albo participat album dicitur & quod participat musica musicus est, nam duplex musica, altera sciẽtia ẽ, altera vero naturalis & animo cognata, quare si non ens, idest substantia participat accidente idest ente ac eo quod est, ipsa quoque erit ens, quare idẽ erit ens & non ens. Rursus quoniam accidens est id quod est, & hoc ens alteri accidit, & hoc non est, igitur erit idem id quod est, & id quod non est, quoniã est in id quod non est. Eo namque quod est in eo quod non est, non esse videtur, quare non potest id quod est accidens esse, quod cum demonstrasset, recurrit ad id quod a principio proposuit, quoniã non possunt supponere illud vnũ esse substantiã solã, ceu hominẽ vnum, vel simpliciter aliquod corpus, alioqui (inquit) quoniã accidentia insunt substantiis, idcirco verũ est dicere Socratem album vel hominẽ albũ, vel corpus, rursus idẽ erit ens non ens. nam si verum est & dicere substantiã albã esse, & albũ non ens est, igitur substantia dicetur esse non ens. Atqui est ens igitur idẽ erit ens, & non ens. Rursus si albũ nõ ens est, & hoc ẽ in substãtia, & substantia ẽ ens, igitur non entia ac ea quæ nõ sunt collocabuntur & erũt in his quæ sunt, sed id quod ẽ in eo quod ẽ ac in ente illud ẽ, igitur id quod nõ ẽ id quod ẽ ac ens erit, igitur nõ possunt id quod est supponere substantiã solam esse. Sed dices nullo pacto supponunt accidentia esse, sed ipsam solã substãtiam per se, quocirca nullũ absurdũ eorũ quæ diximus, sequetur. Verũ hanc suppositionẽ deinceps exercebit ac tractabit. Cæterum nos oportet æquo animo ac bona fide audientes rationes Parmenidis ex eius dictis sententia eius trahere ac consequi. Quid ergo verbis suis ipse de ente sensit? Profecto asserit, totũ vniuersumq; esse vnius generis immobile, & ingenitũ, quod præterea non fuit, neq; erit simul totũ & vniuersum, sed ẽ simul iam totũ ac id quod ẽ ei, quod est connectũ & appropinquat. Si aũt inqt vniuersum simul esse & simile præsensq; ei quod ẽ appropinquare ac cõnectere, igitur sciuit multitudinẽ rerũ. Sed quoniã ei sermo nõ erat de rebus naturalibus, sed de intellectualibus, ob id cõtẽplans vnitatẽ in illis ac immutabilitatẽ, sic ipsa appellabat. Et idem modus rationũ contra Parmenidẽ, & si quidã alii proprii sint, idest eodẽ modo rationũ Parmenidem confutabimus dicentẽ id quod ẽ vnũ esse, & immobile. nam & ipse simpliciter falsas accepit propositiones & vitiose ratiocinatus ẽ. Si ergo idẽ modus rationũ nobis ẽ cõtra ipsum, perspicuũ est q; nos soluemus & illius rationes, partim eas confutãtes quia falsæ sunt, partim quia vitiosam formã concludẽdi habẽt. Eisdẽ ẽt modis cõfutauit rationes Mellissi & aliis propriis. Vnde insequiunt Arist. cõscripsisse librum proprium ac peculiarem contra Parmenidis opinionem, quod nunc clare insinuat propter hæc verba, & si quidam alii proprii sint.

Quæ fuerit sententia Parm.

Plato fecit librũ quẽ in scripsit Parme.

ET solutio est eo quia partim falsa sumit: partim eo quia non concludit: falsa inquã quatenus sumit id quod est simpliciter dici.

Inquit persoluemus rationẽ parmenidis dupliciter, tum quia falsas accepit propositiões, tum quia neq; ita concludit ex tis quod volebat cõcludere. Et .n. a principio dixit vtrunq; Mellissum & Parmenidem falsa accepisse ac vitiosa forma concludere, nam falsas propositiones assumpsit, quoniã ens quod multa significat, accepit perinde ac vnũ aliquid significaret in minori propositione. Hic .n. inquit simpliciter pro vno modo, & constat ex hoc illud verbũ multipliciter diuidi contra ipsum. Inquit ergo simpliciter dici id quod ẽ. quod multipliciter dicit, diximus ẽt maiorẽ propositionem falsam esse. Equidem in propositionibus falsum tale est, illud autem non concludit videtur Arist. accipere propter malam conuersionem.

NON concludit aũt: quia si sola alba sumantur ipso albo unum significante nihil minus plura alba erunt. & non unũ. Neq; .n. album continuatione: neq; ratione unum erit.

idest si cõcesserimus ipsi ꝓpositionẽ minorẽ verã accepisse, & id quod ẽ vnũ significare, ceu album, vere quidẽ diceret quod id quod ẽ præter ens ẽ nõ ens. idest q; ẽ præter albũ ẽ nõ albũ. Verũ maior ꝓpositio nõ amplius habebit locũ, quæ dicit q; nõ ẽ ens nihil ẽ, idest nõ albũ nihil ẽ. Nam non ens ẽ nõ albũ. neq; eo quod ens vnũ solũ significat albũ, iã nihil erit, quoniã ẽt nos materiã dicentes eẽ diuersam ab oĩbus aliis rebus idest ab oĩbus quæ ipsam informãt qm̃ oĩbus substernitur, tñ nõ dicimus ipsam nihil esse, quare destructa maiore ꝓpositione nihil amplius cõcluditur, qppe ex vna ꝓpositione nihil sequat. Itẽ si dabimus ei id qd ẽ vnũ eẽ, qd sane albũ sit & hoc nõ multa erunt quæ sunt, qm̃ multa alba sunt. Nã albũ vel vnũ gñe vel vnũ spẽ dũtaxat esse põt. Si aũt hoc nõ albũ est vnũ, multa pfecto alba erũt & nõ vnũ, quippe genus & species multa cõtineant. nõ .n. albũ velut vnũ al. qd indiuiduũ accipiemus. Nam (inquit) hoc fieri nõ põt, necesse

enim si vnũ esset indiuiduum, vel vt continuum esse vnũ, vel vt definitione idem. At vtroq; modo fieri non pōt. neq;.n. albũ est veluti vnũ continuum. Nam plane sunt separata inter se, neq; ratione sunt eadẽ, quippe alia sit definitio albi, & alia sit definitio subiecti recipientis ipsum. Sed videamus in ipsis verbis quomodo inquit.

ALIA namq; erit ratio albi: & illius quod recipit album.

Cum dixerit, quod & si vnũ significat albũ, nihil minus multa alba forent, ꝓpterea quod vel vnum genere erit albũ, vel vnũ specie induxit, neq;.n. continuatione albũ erit vnũ, neq; definitione, quod quidẽ dictu est, neq;.n. vt singulare albũ vnũ erit. Singulare nãq; dicebatur vnũ esse vel vt continuũ, vel vt indiuisibile, vel vt ratione definitione uel idẽ. Cum igitur neq; ipsi cõgruat indiuisibile esse nunc illud omittit. Cum ergo diuisisset dupliciter singulare ostẽdit neutro modo dici posse id quod est vnũ esse. idest albũ, hoc.n. mō supponitur petiturq; significare id quod est. Quod vero nequeat esse velut rōne idẽ inquit. Alia nãq; erit rō albi, & illius quod recipit, idest vnam definitionẽ albi assignare nequimus. nam albũ est corpus taliter coloratũ, & alia definitio traditur ipsius subiecti, & alia ipsius albedinis, qm̃ albũ nō est de numero illorũ quæ per se subsistunt, sed de numero illorũ, quæ sunt in subiecto, si ergo non potest adduci afferriq; vna definitio subiecti & albedinis, non ergo album erit vnum velut definitione idem.

ATq; nō erit separabile quicquam præter album. Nō enim qua separabile est habet rationem propriam: sed albi ratio altera diuersaq; est a ratione illius in quo est. At Parmenides hoc nondum uidit.

Quoniã dixit albũ esse diuersum a subiecto, ne qs suspicet̃ aliquam ideam albi separabilẽ eẽ, & non in subiecto quodã, qm̃ hac ratione diuersa esset albi definitio a subiecto, propter hoc inqt non esse aliquã formã speciẽq; separabilẽ diuersam ab albo quod est in corpore subiecto, quẽadmodũ forte Plato posuit. Non.n. quia est aliquod albũ separabile, ipsum ẽ diuersum a subiecto, sed eo quod habet diuersam substantiã, & si infinities suapte natura separari nequeat, hac ratiõe alterã diffinitionẽ recipit, quare si non pōt esse albũ rōne vnũ, quod est dictu ens, igitur neq; hoc modo ens vnũ erit. Si vero aliquis supponeret illud vnũ esse substantiã neq; hoc mō poterit eẽ substantia rōne vna. Nam ipsa est capax accidentiũ quæ rursus alterã diffinitionẽ a substãtia habent, quare nullo pacto ens vnũ velut rōne idẽ eẽ pōt, sed hoc Parmenides nondũ vidit, qm̃ & si simul sint, ac in eodẽ res differẽtes quæ diuersas definitiões suscipiunt, non magis erunt vnum propter subiectum, q̃ plura propter definitiones. Et hoc fuit causa erroris eius, quia videbat omnia prædicamenta simul esse. Nam ob id etiam existimauit id quod est vnum esse.

NEcesse est igitur eos accipere: qui id quod est unum esse inquiunt: nō solũ unum significare id quod est de quo prædicabitur: sed etiam ꝙ proprie est ens, & ꝙ proprie unum est. Nam accidens de subiecto aliquo dicitur. Quare id cui accidit ens non erit: quippe aliud sit ab eo quod est. ergo non ens erit aliquid.

Cum ostẽdisset id qđ est nō esse vnũ velut idẽ rōne, nunc vult ostẽdere ꝙ neq; sit vnũ velut continuũ, qm̃ si diceret̃ vt cõtinuũ vnũ eẽ, vel erit vnũ vt substantia solũ, vel vt accidens solũ, vel mixtũ ex ambobus, deniq; ꝙ nequeat substantia solũ eẽ demõstrat. & inquit. necesse est igitur audientes rōnes artẽtius exactiusq; nō solũ accipere id qđ est vnũ significare (vt ipsi aiunt) sed ẽt id qđ vere vnũ est, idest qđ ꝓprie vnũ est, qđ quidem est vnũ numero. Non.n. (inquit) id quod ẽ accidens diceret̃ hoc aũt significauit dicẽs. nã accidens de subiecto aliquo dicit̃, & in alio esse habet, quare magis ꝓprie id qđ est substãtiã diceret̃. qđ cũ dicat, vertit̃ ad demõstrandũ eos non potuisse supponere id ꝙ ẽ accidẽs eẽ. Nam (inquit si hoc eẽt id ꝙ ẽ, id cui accidit ens & id ꝙ ẽ non foret, sed accidit substãtiæ igitur aliquod ens non erit ens neq; id ꝙ est. nã substãtia accidenti subiicitur, quare substantia aliquid erit. sed solum accidens est id quod est, quare substantia non est, id quod est, idem igitur erit id ꝙ est & quod non est, quod sane fieri non potest.

NON ergo id qđ proprie est ens alii inerit. Non enim rationẽ entis subibit: nisi id ꝙ ẽ multa significet hoc pacto: ut quodq; quippiã sit. At id qđ ẽ unũ significare supponitur.

Inquit si nō pōt idẽ id qđ est simul ens eẽ & nō ens, & hoc sequit̃ eo qđ supposuimus id qđ est accidẽs eẽ, igit̃ id ꝙ ẽ alii accidere nequit, nō pōt igit̃ ens eẽ accidẽs (inquit) nisi ens vel id ꝙ ẽ mul

ta significet,qm̄ oportet dicere id qd ē substantiā eē & accidēs.Nā si vnū aliqd significat id qd est accidens dicta absurda.Atqui id qd ē supponit vnū significare,ergo id q est non potest accidens esse.

SI ergo id quod proprie ē ens nulli accidit:sed illi aliquid aliud:cur id q est ens significat potius proprie ens q̄ non ens.

Cū ostēdit eos nō potuisse supponere qd ē accidēs eē,recurrit ad id q ex principio dixit(uidelicet)qd neq possint asserere illud eē vnā substātiā solā,dupliciter aūt punctū fieri debet, vel hoc mō.Si ergo id q ppriē est ens nulli accidit,sed magis illi aliqd aliud accidit,deinde ppe punctum sic subiungere cur id q ē ens signat ppriē ens potius q̄ nō ens,vel potius punctū faciūdū ē ibi,sed illi & deinde adiungere,cur id q ē ens signat potius pprie ens & cetera.Snīa aūt ē,si ergo non potest id q proprie est ens alicui accidere,sed illi quod vere ens est aliquod alterū accidit idest substantiæ accidens,cur id q vere est ens idest substantia potius significat ens,q̄ non ens, idest nihil magis erit ens,q̄ non ens substantia,quomodo autem hoc accidat subiungit.

NAM si id erit q proprie est ens:erit ēt albū.Ratio aūt albi nō est id q proprie ē ens. Neq.n.id q est ipsi accidere pōt:nihil.n.est ens q nō proprie est.Albū igitur nō est ens. Verū non hoc quidē modo:ut quippiam non sit:sed ut omnino non sit.

Quod aūt dicit tale ē,qm̄ pprie ens idest substantia ē alba.nā dicimus Socratē esse albū.Et album nō ē qd pprie est ens,quippe sola substantia sit id qd pprie ē ens,qd qdē fieri nō pōt. Nam si verū ē dicere substantiā albā esse,& albū non est ens,substantia igit erit nō ens, quoniā ipsi albū accidere non pōt quippe nihil ens sit q non pprie ens est,igit albū non est ens. Albū (inquit)nō est ens,quoniā ipsi non cōpetit ēs.nā omne q est statim est illud q vere est,sed q vere est dūtaxat est substantia,igit substantia solū est ens,si aūt hoc,igit albū nō erit ens. Verū non hoc qdē mō, vt aliqd nō proprie ens sit,sed vt oīno nō sit.Quoniā demonstrauit albū non esse ens,qa duntaxat substantia ē ens.Et non ens dupliciter est.non ens inq̄ simpliciter,& non ens aliqd, vt Socrates aliqd non ens est,quippe q non sit Plato vel Alcibiades,ob id inquit albū non est ens,nō vt qppiam non ens sit,sed vt oīno non ens,ppterea quod substantia cū solū sit ens nō est aliqd ens sed simpliciter ens.Quare si simpliciter ens substantia,& solū ens,igitur accidēs est simpliciter nō ens. Textus

ERGO q proprie est ens non est ens.Nam uere dicimus id q est proprie ens esse, quoniam album est.At hoc non ens significabat.

Hoc est conclusio totius rōnis.nā si qd vere ē,substātia ē,& substātia ē alba, & albū non ē ens, ergo qd pprie ē ens non est ens,p hæc aūt quæ sequunt idipsum repetēs pbauit. Nam vere dicimus qd pprie est ens quoniā albū.Inquit vere dicimus qd pprie est ens quoniā album,nam si quod proprie est ens substantia est,& vere dicimus substantiā albā,nam dicimus corpus esse album,igitur q proprie est ens vere dicimus esse album. At album non ens significabat,quippe substantia solum sit ens,quare etiam id quod vere est ens non ens erit. Textus

QVARE si album significat ens,plura ergo ens significat.

Inquit si absurdū est quod vere est ens idipsum non ens esse,ppterea quod id qd pprie ens est ēt albū est,& albū non ens est,falsum ergo erit albū non ens esse,igit albū erit ens, sed qd est ens mox illud est q pprie est ens iuxta suppositionē,quare albū etiā erit id q proprie est ens.Si autem hoc admittit,& substantia quoq est id quod pprie ens est,igitur ens plura significat & non vnū.

NEq magnitudinem habebit id quod est,siquidē quod uere est id sit quod est. Vtrique enim alterum esse partium esse.

Ad alterā rōnem deuenit.Inquit si duntaxat qd vere est substātia ē,necesse erit,vt nullā magnitudinē hēat id q vere ē.Nā magnitudo q̄titas est,& q̄titas est accīs & accīs non ens est. Si ergo qd vere est non hēbit magnitudinē,igit neq finitū neq infinitū erit,quare suas positiones tollunt, cū vnū ens supponāt significare substantiā.Vtriq.n.alterq est esse partiū substantiæ habētis magnitudinem.Et hic vocat corporis partes substantiam ipsam & quantitatem.Hæc itaq inqt quoniam si subiecto vnum & idem sint,attamen ratio esseq ipsorum vtriq diuersa sunt.Nā alia est ratio substantiæ & alia magnitudinis,quare si quod vere est solum substantia sit,igitur magnitudo non ens erit,quare substantia non habebit magnitudinem,ne idem simul sit ens,& non ens. Si aūt non habebit magnitudinem,neq infinita neq finita erit,quoniā hæc cōpetunt quātitati.

QVOD aūt diuidatur id q proprie est ens in aliquid aliud proprie ens, ex rōne etiā

patet ceu homo ſi ens proprie quippiam eſt: neceſſe eſt & animal proprie aliquid eſſe: & itidem bipes.

Cum propriæ vnũ dico ſcilicet vnum numero diuiſiſſet, in continuũ, & id q̃ ẽ ratione idẽ, & dixerit q̃d ſi ens vnũ eẽt velut continuũ, vel ipſum eẽt, vt ſubſtãtia, vel vt accidẽs. Nã ſi compoſitũ eſſet ex vtriſq;, plane multa forẽt ea quæ ſunt, ac deinde demõſtrauerit nõ eſſe ſubſtãtiã ſoiũ, qa ipſa eſt capax accidentiũ, atq; qa ve℞ ẽ dicere ſubſtãtia ẽ alba, & albũ non ẽ, igitur neq; ſubſtãtia erit. At ſupponebatur eẽ ens, igitur idẽ erit ens. & nõ ens, qm̃ itaq; concludebatur abſurdũ ex eo qa ſupponebatur ſubſtãtiã eſſe capacẽ accidẽtiũ. At quiſpiã diceret nõ oportere omnino ſupponere accidẽtia eẽ, ſed ſolũ ſubſtantiã eẽ, idcirco nũc hoc ꝑponit oſtẽdere, qm̃ ſi ſtatuerimus ens ſubſtantiã eſſe & hãc vnã numero, neq; ipſi penitus accidẽtia ineſſe, nihil minus & hoc mõ demõſtrabitur multa eẽ ea quæ ſunt & nõ vnũ. Hæc aũt in virtute dicit. num vos qui ita dicitis docetis nos aliquid de ſubſtãtia hac, vel nõ, ſiquidẽ nos nihil docetis, ſed putatis nos veſtris propoſitionibus debere fidẽ adhibere ac eas ſequi, non credemus neq; quicq̃ vobis aſſentiemus, ſi aũt docetis quicq̃, vel p̃ noĩa nos penitus docetis, vel p̃ rõnem, ſi ergo p̃ noĩa nos docetis, & noĩa ſuapte natura nequeunt nobis re℞ naturã exhibere ac oſtẽdere. nam ſi quis voluerit diſcere hoĩs naturã nihil plus ſciet p̃ vocẽ hãc (homo) itẽ ſi noĩa re℞ ſufficerẽt ad declarãdã demonſtrandãq; rerum ſubſtantiã, oẽs hoĩes ſimiliter eſſent ſciẽtes, cũ ſcirent id q̃ ab vnoquoq; noĩe ſignatur, ſi aũt per rõnem docetis vel oĩno p̃ definitionẽ, vel p̃ deſcriptionẽ. E quidẽ oĩs doctrina atq; oĩs diſciplina

Tres modi doctrinæ.

vniuerſaliter fit ſecũdũ tres modos, vel. n. p̃ negationẽ vt Plato inquit doctrinã de deo & materia fieri q̃d neq; hoc neq; illud eſt deus, ſed quod ipſe eſt id, q̃d ſup̃ oĩa ponitur, quemadmodũ etiam de materia dicitur q̃d ipſa ſit omniũ re℞ infima, vel p̃ analogiã & ꝓportionẽ ac reſpectũ, quo mõ iterũ vſus ẽ de ipſo deo ac de materia quippiã docẽdo, cũ dicat quã rõnẽ habet ſol ad oĩa quæ intra mundũ hunc exiſtunt, hãc quoq; rõnẽ habet deus ſimpliciter ad oĩa quæ ſunt, & quã rõnem habet æs ad vaſa ærea, eandẽ ẽt habet materia ad omnia materialia. Tertio vel p̃ definitiones, oĩs aũt dfinitio & deſcriptio pluribus cõſtat noĩbus, vel verbis & nominibus, itaq; hæc plura nomina vel vnũ, & idẽ ſignificant, vel plura & differentia, ſi aũt vnũ & idem ſignificarent, & per nomẽ doctrina fit, quid ergo intereſt ſi ſubiectũ & rem ipſam docuerimus per hæc nomina enſis gladius, vel ſpatha, quippe iuxta vnũquodq; nomẽ idẽ ſubiectũ ſignificemus ac eundẽ ſignificatũ eandẽque rem, ſi vero voces quæ ſumũtur cõplectũturq; in definitiõe plura ſignificãt et differẽtia, vel plures ſubſtãtias, vel plura accidẽtia ſignificãt, ſi quidẽ plures ſubſtãtias ſignificãt, ergo multa p̃ ſe erũt ea quæ ſunt. Nam plures multæq; ſubſtãtiæ ſunt, & ſubſtantiæ entia ſunt, ſi vero ſignificant accidentia, vel hæc eidẽ rei accidũt, vel diuerſis, atq; vel ſeparabilia ſunt, vel inſeparabilia, oſtẽdit igitur nullo mõ ſuppoſitionẽ verã eſſe poſſe. Ve℞ ad demonſtrandũ hoc quatuor quaſdam dignitates prius accipit. Vnã quidẽ vt accidẽs ſeparabile quoddã eẽ poſſit, & adeſſe abeſſeq; a ſubiecto. Secundũ vt accidentiũ inſeparabiliũ nõnulla alicui definitæ ſubſtãtiæ inſint, vt par

Quatuor dignitates vide ſimpliciũ.

& impar numero inſunt, & lineæ rectitudo & curuitas nõnulla vero multis ſubiectis inhereant. Nam nigredo ab ethiope ſeparari non p̃õt, tñ coruo ebanoq; ac multis aliis ineſt. in definitiõe igitur accidentis inſeparabilis, q̃d vni definitæ ſubſtantiæ ineſt, ſubiectũ aſſumitur. Et hic eſt vnus modus, vel ſignificatus eo℞ quæ ſunt per ſe, ceu in definitione ſimitatis collocatur naſus. nam dicimus ſimitatẽ eſſe cauitatẽ in naſo, & par dicimus eſſe numerũ, qui in duas partes diuidẽdus eſt. Tertiam dignitatẽ accipit, vt in definitione totius cõplectantur partes, & in definitione partiũ totũ minime cõprehendatur, vt ſi definiẽtes hoĩem cõprehenderimus animal rationale mortale quæ ſane ſunt hominis p̃tes & ſi animal definiuerimus, vel rõnale non amplius in alicuius ho℞ definitione hominẽ aſſumemus. Quartã aũt dignitatẽ, quã mõ non ponit, deinceps illã cõmemorabit, & hæc eſt quibus p̃tes inſunt, eiſdẽ neceſſario & totũ inerit, & econtra quibus totũ ineſt etiã & partes inerunt. He igitur ſunt dignitates oſtẽdit. ergo quæ aſſumuntur in definitione nõ poſſe ſic eidem rei accidere, vt queant ab ipſa ſeparari. Si itaq; exempli cauſa vnus homo id quod eſt, cuius definitio ſit animal rationale bipes, ſi ergo animal rationale bipes accidentia ſeparabilia hominis ſunt, quum accidens ſeparabile id ſit quod poteſt a ſubiecto auelli ſeiungiq; ac in eodem non ſemper eſſe, conſtat ergo, vt aliquando homo neque animal, neque bipes, neque rationale ſit, quapropter hæc accidentia non erunt definientia hominem. Nam quæ illum definiũt, etiam illum diſtingui a cæteris faciunt ac eidem ſemper inſunt, impoſſibile ergo eſt, vt accidentia a re, & eo quod eſt ſeparentur in cuius definitione ſumuntur, ad quod oſtẽdendum iuuabit etiã prius poſtulatum in quo aſſeritur accidentia ſeparabilia non ſemper adeſſe ſubiecto, ſi ergo animal & bipes fuerint accidentia homini inſeparabilia, vel eidẽ ſoli accidũt, ceu ſoli numero par

& impar, vel aliis vt ingredo, quæ nō mō ethiopi, sed ē ebano inest, si ergo eidē soli accidūt quæ
in definitiōe entis & illius qđ ē cōprehendunt, opus ē in definitiōe vniuiusq; illoꝝ accipi subie-
ctum.i.hoiem, qppe q sit id qđ eis subiicit iuxta suppositionē in qua dicit q̄dā accidētia insepara
bilia esse, & impossibile ē in definitione aialis bipedisq; hoiem assumi. Nunq.n.in definitiōe par
tis totū cōprehēdit partes aūt sunt aial & bipes, totū vero ē hō, qđ qdē patet ex euidētia, ac ēt, qa
vt definitio vniuersam rē significat, ita & ptes eius ptes rei declarāt, si ergo subiectū non pōt assu
mi in definitiōe earū, neq; igit aliqua taliū accidentiū cōprehendi poterunt in definitione entis.
Nam si in definitione vniuscuiusq; subiectū cōprehendit, qm̄ q̄ assumunt in definitione alicu
ius ptes eiusdē sunt, erit, ergo totū pars ptis, siqdē cōprehēdit in definitione ptis, fieri ergo nō pōt
vt ea q̄ cōprehendunt in definitione entis ac illius qđ est, sint accidentia inseparabilia entis, vti
ea quæ eidē soli insint, hoc itaq; ostensum est p secundū & tertiū postulatū atq; assumptū, quo
rum alterū est, vt in definitione accidentiū p se cōprehendat subiectū, alteꝝ vero, vt in definitio
ne ptis nō cōprehendat totū. Sed quū duplex sit id q̄ p se dicit, vnū in cuius definitione assumit
subiectū, & alteꝝ quo aliquid dicit assumi in definitione subiecti & definiti, ceu aial bipes, & sim
pliciter ptes substantiaꝝ, merito priorē modū meminit, hic.n.solū accidentiū ē reliquū vero sub
stantiis ēt cōuenit, quippe pars substantiæ sit pars definitionis eius. Et si quippiā supponeret id
qđ volumus facile ēt dabit substantiā diuisibilē esse in substantias. Quod vero ea q̄ cōplectunt
in definitione entis & illius q̄ ē neq; velut accidentia separabilia, neq; velut inseparabilia eidem
accidant ex dictis pspicuū ē, Sed neq; cuidā alteri accidūt, qđ si hoc aliquis affirmare cōtenderit,
totū ēt eidē accidet. Nā cui ptes in sunt, totū ēt inest, & ecōtra, sed nō pōt ens & id qđ ē alterius ac
cidens eē, quare neq; ea q̄ assumūtur in definitiōe alterius accidētia eē poterūt. Hoc aūt demon
stratū est p quartū assumptū videlicet p hoc cui in sunt ptes, eidem ēt totū inest. At siqs diceret,
q̄ siqdē singulæ partes ac oēs vni acciderint, recte eidē totū accideret, sed si singulæ singulis ac
alia alii accideret, nō amplius aliqđ incōmodi seqtur, verbi cā si aial alii accideret & alii bipes,
quū nō statim posito bipede cōstituat homo. Dico igit cū accepero indiuiduū hoiem.s. ēt hu- Obiectio.
ius propriū aial propriū q; bipes accipiā, si aūt hoc admittit totus homo diuidet in ptes, quare
cui bipes inerit, & pars totius inerit, cui vero ptes in sunt ēt totū inest, quare ea q̄ sumunt in de-
finitione poterūt alii accidere, igit nequeūt prorsus accidētia eē, si aūt substātiæ, multa igit sunt
ea quæ sunt, & non vnū, qppe id qđ ē dicatur in ea q̄ sunt diuersa spetie. Quod aūt diuidat id q̄ Rñsio.
ꝑprie ē ens in aliqđ aliud proprie ens ex rōne ēt patet. Cū dixerit ꝓxime, igit neq; habebit magni
tudinē, id qđ ē nā si id qđ est vnū ē, qđ qdē substantia sit, ꝑfecto nō habebit aliquā magnitudinē,
qppe hæc q̄ntitati conueniat. nam & si habebit, qm̄ alia est definitio q̄ntitatis, & alia substantiæ, plu Textu
ra erunt ea quæ sunt. Si qs enim statueret q̄ntitatē quæ inest substantiæ nō ens esse, iam dixit hoc
incōmodū seq, vt idē sit, & nō sit. Necesse igitur est siqdem substātia ē id qđ est nullā hēre magni
tudinē, neq; penitus aliquod alteꝝ accidens. Itē seqtur ex hac rōne ipsos aduersariis suis supposi-
tionibus: qm̄ hoc mō neq; idq; est finitū, neq; infinitū erit, quocirca nunc item ostendit, qm̄ & si
eos supposuerimus dicere id qđ ē solā ipsam substātiā p se sine accidētibus eē, nihil minus & hoc
modo demōstrat multa esse ea quæ sunt. Nā ipsa substantia diuidit in substātias rōne diuersas,
licet subiecto eedem sint. Nam homo & si vnus sit huic eidē, cui hoīs eē cōpetit, attamē diuidit in
animal rationale & mortale, quæ etiā diuersa sunt inter se definitione. Cæterū vel punctū ibi po
nēdū ē ex rōne ēt, vt hoc mō textus intelligat. Quod aūt diuidatur id qđ ē ꝑprie ens.s.substātia
in diuersas substantias, quæ definitione differāt ac diuisæ sint, & si subiecto non differāt. Vel pun
ctū ponendū est ibi in aliqđ aliud q̄ ꝑprie ē ens, & deinde addendū hoc (ex rōne ēt patet) p hoc &
rōne potest demonstrari, quod substantia diuidatur in diuersas substantias tanquam hoc cum
manifestum sit ex euidentia, etiam ratione demonstrari possit.

NAM si nō sunt id q̄ proprie est ens: accidentia erūt: vel igitur homini vel alicui alii
subiecto accidunt. At neutrum esse potest.

Si.n.ea in quæ diuiditur homo ab ipsa definitione non sunt substantiæ necesse est illa igitur
accidentia esse, si aūt hoc conceditur, vel necesse est eidem illi hæc accidere, vel alteri. Item vel se-
parabilia esse, vel inseparabilia, vtraq; autem fieri non possunt.

ACCIDENS enim aut dicitur id quod inesse potest: ac non inesse.

Hæc est prima dignitas, vt accidens separabile non semper insit subiecto, sed aliquando in-
est, aliquando vero minime inest.

AVT id cuius in ratione sumitur id cui accidit.

Secunda dignitas, quod in deffinitione accidendis inseparabilis sumatur subiectum, verũ nõ omnis accident is inseparabilis, sed illius quod per se inest. Nam per se naso inest simitas.

CEV sessio quidem est uelut illud q̃ separatur. Simitas autẽ id cuius in ratione sumitur nasus: cui simitatem dicimus accidisse.

Exemplum prioris dignitatis. Nam homini inest sessio non semper sed aliquãdo inest, aliquñ autem non. Exemplum secundæ cum dicit. Simitas autem id in cuius ratione sumitur nasus.

PRAE terea in eorũ rationes q̃cunq; in definitione sunt: aut eorũ ex quibus quippiã constat: nunq̃ ipsius totius ratio est: ceu in bipede ratio hois: aut in albo ratio hois albi.

Tertia dignitas quod in definitione totius pars cõplectitur, sed econtra totũ in definitiõe partis non ponitur. Verum cum dixit quæcunq; in definitione sunt, addidit, vel eorũ ex quibus quippiam constat. Nam vt ipse inquit in libro de demonstratione, non cuiusuis est difinitionem tradere ac assignare. quoniam generum generalissimorum, neq; indiuiduorum est definitio. Nam si definitio constat generibus differentijsq; constituentibus, certe non possumus accipere genus generalissimorũ neq; indiuiduorũ. Et.n. genera quæ in definitione collocari solent, sunt profecto genera specierũ & non indiuiduorũ, constat etiã, vt neq; quispiam queat horũ definitionẽ assignare. Nam Socratis, Platonis, & Alcibiadis nullũ cõmune genus esset, neq; species, siquidẽ vnumquodq; aliquis aceruus cumulusq; accidẽtiũ proprius informet & distinguat. At de his cumulis aggregationibusq; nihil est quod vniuoce predicetur, cum.n. dixero Socra. animal est, vel homo, de nulla aggregatione accidentiũ, quæ informant & designant Socra. prædicatur animal, nisi præter naturam. Ea.n. predicãtur preter naturã quando substantiæ prædicantur de accidentibus, vt cum dixero hoc album est homo. At secundum naturam prædicantur accidentia de substantia, cum igitur dico homini particulari animal inesse, profecto non quoduis animal dico, sed particulare, quod eidem illi inest, quippe Socra. non fit illud animal, quod cum sit genus cõmuniter de omnibus prædicatur. Eodem etiã modo cum hominem de eodem prædicari dicimus, eidem inesse asserimus illum qui constituitur ex hoc animali, atq; ex hoc rationali. Cũ igitur (vt dicebam) non omnia definitione declarantur, sed quedã descriptione, propter hoc dixit ex quibus quippiam constat. Neq; enim quæ assumuntur in definitione in vnaquãq; definitionem sui ipsius totum accipiunt, vt animal hominem vel equum in cuius definitione animal collocatur. Neq; quatuor elementa, quibus corpus cõpositũ constat, in vnaquaq; definitiõe sua propria corpus cõpositum assumunt. Preterea neque in definitione pedis lecti ponitur lectus, neque in definitione manus ponitur Socrates, cæterum obseruat ac tacet modo quartam dignitatem, quam deinceps addet & explicabit.

Quæ p̃dicantẽ p̃ter naturam.

SI ergo hæc ita sunt: atque homini bipes accidit: separabile ipsum esse necesse ẽ. Quare fieri potest ut homo bipes non sit: uel in ratione bipedis inerit ipsius hominis ratio. At hoc fieri nequit: quippe illud in ratione hominis insit.

Inquit si dignitates quas sumpsimus ita se habent vt diximus. Et sunt partes definitionis hominis accidentia homini, vel ergo illi separabilia sunt, & ita contingit hominem interdum bipedem non esse, aut non animal, vel rationale. Vel sunt inseparabilia, & ita in definitione bipedis, vel animalis, aut rationalis complectemur hominem, sed hæc vtraque fieri nequeũt quippe homo sit semper bipes, & minime in definitione partium tota comprehenduntur, sed ecõtra in definitione totius partes collocãtur. Vnde ait necesse est, vt ipsum sit accidens separabile, vel in definitione bipedis inerit ipsius hominis. ratio, idest necesse est, vel idem accidens separabile hominis esse, vel inseparabile.

QVOD si bipes & animal alii cuipiam accidunt: & neutrum est id q̃ proprie est ens: homo quoque ex his erit profecto quæ alii accidunt.

Cum ostendisset fieri non posse, vt partes definitionis eidem illi accidat cuius est definitio, vult nunc ostendere eas neque alii accidere posse. Inquit, si enim partes definitiões nõ sunt substantiæ, (hoc quidẽ significant ea verba cũ dicit & neutrũ est id q̃ proprie est ens) sed accidũt alii cuipiã, cũ cui partes insunt & totũ inest, igit̃ totũ esse accidẽs alteri, quare hõ & simpliciter sub

stantia

stantia erit de numero accidẽtiũ, quod q̃dẽ absurdũ est & impossibile, s. substãtiã accidẽs esse.

AT quod proprie est nulli sit accidens.

Quoniã dixit & homo erit alter accidens, & ad hoc tanquã ad absurdum rationẽ deduxit. Idcirco ait supponat̃ tanq̃ nobis concessum, quoniam euidentia testatur substãtiam nõ esse de numero eorum quæ alicui alteri accidunt, sed de numero illorum quæ per se subsistunt.

ET de quo ambo dicuntur, atq; utrũq;, & id quod constat ex utrisq; dicatur.

Quoniam accepit cui partes insunt eidem totum accidere oportere, & ipsum non præsupponẽs, idcirco nunc ipsum ponit, & inquit, hæc dignitas sit nobis posita ex euidẽtiaq; cõcessa & approbata, de quo partes oẽs prædicant̃ur, totum etiam cõpositum ex omnibus illis prædicari. Nã si totum a partibus alteq; diuersumq; nõ est, prorsus oportet cui partes insunt, eidem inesse totũ. Si vero scriptura habuerit hoc (atq; vtrũq;) sic exponẽdum interpretãdumq; est. Et de quo ambæ simul partes prædicabunt̃ & vtraq; sigillati diuisimq; prædicabitur, totũ etiã ex his cõpositum prædicabitur. Sed si hoc modo fuerit scriptura, (& vniuersaliter) sic intelligẽdũ est, & vniuersali rõne ambo de eodẽ prædicari oportet, de quo partes prædicant̃ de eodẽ totũ ecõtra p̃dicabit̃.

IPSVM igitur uniuersum ex indiuisibilibus constat.

Hoc dupliciter exponẽdũ est, vel enim ex indiuisibilibus scilicet ex pũctis, quoniã proprie vnũ idest vnũ numero trifariã dicebat̃, vel vt cõtinuum, vel vt indiuisibile, vel vt idẽ ratione. Cũ ergo destruxerit neq; fieri posse vt idẽ ratione sit, neq; vt cõtinuum iuxta nullũ cõtinui modum, vide licet neq; vt substãtia cõtinui, neq; vt accidẽs, itẽ neq; vt cõpositũ ex his, p̃terea neq; vt substantia siue sit capax accidẽtium, siue nõ, merito relictum modũ introducit. Nã si p̄prie vnũ neq; vt continuum fuerit, neq; vt ratione idẽ relinquit̃ vt ipsum pũctum sit, vel ex pũctis, pũctum inquã eo quod neq; cõtinuum est, neq; ratione idẽ, ex pũctis autem, q̃m definitio ei necessario multa nomina assumit, quæ significãt nõnulla quæ sunt eidẽ indiuisibilia. Vel igit̃ hæc verba (ipsum igit̃ vniuersum ex indiuisibilibus cõstat) hoc modo intelligẽda sunt, vel ex indiuisibilibus dicit p hoc vel ex substantiis. Nã quum ostẽderit non posse hoĩs, vel entis definitionẽ diuidi in accidẽtia, sequit̃ ergo illud vt in substãtias diuidat̃ eiuldẽ, cũ multa necessario definitio significat, q̃propter cõponeret̃ solum ens ex entibus, idest ex substãtiis tñ, quo igitur pacto multa erunt entia, & si actu totum in partes nõ diuidat̃, si vero ex solis substãtiis cõponeret̃, nequaq̃ ergo quãtitatis erit particeps, si autẽ hoc dabit̃, igitur neq; finitũ neq; infinitũ erit. Et de industra dixit, in textu (vniuersum) & nõ dixit (ens) q̃m plus cõplectitur vniuersum, & omne. Nãde quantitatibus discretis dicitur. Vniuersum & omne intelligit id quod dixit vnum esse, & hoc modo ex pluribus substantiis erit, & nõ amplius vnum erit sed multa.

QVIDAM autem utrisq; rationibus concesserunt.

Cum retutasset Parmenidis rationem, nũc inquit nos illi nõ modo contradixisse sed etiã illos qui ante nos extitere, & si minus cõgrue recteq; obiicerẽt, deinde cum velit refellere eosdem, qui nõ recte p̃soluebãt rationẽ Parmenidis, prius rationẽ eius in medio adducit, nõ eam tamẽ, quã prius attulit, sed secũdã quæ huiusmodi est, si ens vnum significat & cõtradictio nõ est simul vera, igit̃ ens vnũ erit. Sunt autem duæ suppositiones, quæ pro vna in antecedẽtis ratione assumũtur, videlicet si ens vnum significat, & contradictio nõ est simul vera, consequẽs igit̃ erit vnũ ens esse. Sed nimiꝝ non est, q̃m sæpe ex vna suppositione nõ sequit̃ cõsequẽs, sed ex duabus, vt si dixero si animus immortalis est, sub terra loca, iudicãdi erũt, hic nẽpe cõsequẽs necessario non sequit̃ antecedẽs, quomodo enim sequeretur & si animus foret immortalis, & p̃uidẽtia nõ esset. Atqui si vtrãq; suppositionẽ cõplectat̃, videlicet si animus est immortalis, & prouidentia est, tũc necessario sequet̃ loca iudicãdi esse, attamen alterã solã nõ seq̃tur. Nã & si p̃uidentia foret, & animus imortalis nõ esset, nõ sequit̃ vt sub terra sint loca iudicãdi, vbi nõ interesset id de quo sit sententia. Vt igitur hic ex duabus suppositionibus sequitur cõsequẽs & ex altera sola nõ concludit̃, sic etiam dicendum est in ratione Parmenidis. Nam & si vera est cõtradictio, & vnũ ens sit, nõ amplius sequit̃ vnũ ens esse. Nã si vera est cõtradictio, etiã veꝝ erit nõ ens esse, quod si hoc cõcederetur, igit̃ non erit vnum ens. Rursus & si vera simul nõ est cõtradictio, & ens nõ vnum significat, sed plura, cõstat etiã nõ sequi, vt vnum sit ens. At si vtrãq; nectemur suppositionẽ eam. s. in qua dicit̃ ens vnũ significare, & eã in qua asserit̃ cõtradictio non simul vera esse, cõsentaneũ est ac nõ abre, vt ex vtrisq; suppositionibus cõcludat̃ vnum esse. Ratio itaq; Parmenidis quæ vnũ ens esse p̄bat hmõi est. Zeno autẽ Parme. discipulus alludẽs assentiẽsq; p̄ceptori, p̄bauit necessariũ esse, vt vnũ ens sit & imobile, q̄d q̃dẽ p̄bauit ẽ diuisione cõtinui in æq̄les p̄tes in infinitũ. Si, n, nõ eẽt Vide lPar menidis li brum Platonis.

vnũ ens & indiuisibile,ſed diuideret̃ in plura,nihil ꝑfecto erit proprie vnũ. Nam ſi partiat̃ continuum in infinitũ erit diuiſibile. At ſi nihil eſt ꝓprie vnũ,neq; multa erunt,ſi quidẽ multa multis vnitatibus cõſtent,ergo ens nõ poterit diuidi in multa,ergo duntaxat vnũ eſt,vel potius hoc modo,ſi ens nõ erit vnũ & indiuiſibile,neq; multa erunt,qppe multa ex multis vnitatibus cõſtituantur,vnaquæq; igitur vnitas,vel vna eſt & indiuidua, vel ipſa etiã in multa diuidit̃,ſi ergo vnaquæq; eſt vna & indiuiſibilis,ex athomis ergo ac indiuiſibilibus magnitudinibus totũ cõpoſitũ erit,ſed ſi etiã ipſe diuidunt̃ rurſus pcunctabimur eadẽ de vnaquaq; vnitate diuiſa,& hoc abibit in infinitum,quapropter totũ & omne infinities infinitũ erit,ſi multa forent entia,quod ſi hoc abſurdũ eſſe exiſtimabit̃,igit̃ dũtaxat erit vnũ ens,& multa entia eſſe nõ poterũt. Nã oporteret vnã quãq; vnitatẽ diuidi in infinita,quod quidẽ abſurdũ eſt quod vero hoc vnũ etiam immobile ſit, hac vtebatur ratio ſi quippiã mouetur ſuper hãc lineã finitam,oportet omnino,vt prius meditatẽ pertranſeat,q̃ totam,Item priuſquã medietatem totius ſuo motu abſoluit neceſſe eſt,vt quartam partẽ abſoluat, & hoc in infinitũ.ergo neceſſe eſt,vt ſi moueatur aliquid ſuper lineã finitã quaſdam magnitudines infinitas prius ptranſiſſe,quod ſi hoc cõceditur,& omnis motus in tẽpore finito fit. Nihil enim in tpe infinito moueat̃,ergo quippiã infinitas magnitudines ptranſibit in tempore finito,quod qdem fieri nõ poteſt,quippe infinitum prorſus percurri abſoluiq; non poſſit. Inquit itaq; Ariſ.eos qui ante nos extitere, hiſce rationibus conceſſiſſe illis ſcilicet Parmenidis & Zenonis. Veꝝ hos aſſenſiſſe his rationibus aſſerit,qm̃ imbecille ægreq; cõtra rationes inſtitere, imbecillius autem inſtitere quia cõceſſerunt ꝓpoſitiones,& cõcluſioni repugnarunt. Equidem cum rationes ſoluere nõ poſſent cõtra cõcluſionem obnixe inuecti ſunt. Nã quod ens vnum ſignificet,& contradictio ſimul vera nõ ſit,ipſi cõceſſerunt,ſed cõſequẽs amplius cõcedere noluerunt,hoc videlicet ens vnũ eſſe,cũ itaq; rationes ſoluere ignoraſſent,& cõtra eã quippiam probaſſent,rationem ad alteram dubitationẽ deduxerunt. Hæc autem aiunt Alexander & Themiſtius

Quid Alexander vide ſimplicium.

Ariſt.clam inuehi in Platonẽ. Nam cũ Plato ſupponeret(vt aiunt)in libro qui inſcribitur ſophiſta,eſſe vniuerſale nõ ens quippe fugiat naturã entis,deſtruxit hoc modo omnia eſſe vnũ. Si omne ens vnum eſt,ergo nõ ens nõ erit,ſed eſt ipſum nõ ens,igitur omne ens nõ erit vnum. Vnde Plato etiam cum cõceſſerit ens vnum ſignificare,attamẽ non aſſentit oĩa eſſe vnum,quocirca ratus eſt eos dixiſſe illud ens quod vere ens eſt videlicet ideã & intellectuale,quod ſolũ eſſe veræ ens etiam ipſe aſſeruit,ac præter hoc vniuerſum & omne nõ ens eſſe,itẽ cõceſſit hoc vere ens eẽ vnum. Veꝝ & ſi hoc vnũ & ſolũ ens eẽ aſſeruit,attamen nõ dixit extra hoc vniuerſum & omne, non ens eſſe. Nam ipſum nõ ens ideſt informis materia & ſi prorſus eſt diuerſa ab ente,attamen ipſa quoq; eſt. Aſſeruit ergo omne totũq; cõponi ex ente quod etiam vnum eſſe cõcedebat,& ex nõ ente,quodquidem materiã eſſe opinatus eſt. Hinc cũ propoſitionem cõceſſit in qua dicit̃ ens vnũ ſignificare,nõ amplius aſſentit hoc ſcilicet omne quod eſt ens vnum eſſe,quod ſane ſyllogiſmi cõcluſionẽ eſſe voluit. Ariſ.itaq; reprehẽdit ipſum tãq̃ ægre reſpõdiſſe ad ſyllogiſmũ Parmenidis,quod quidem accidit propterea quod cõcedẽs ens vnũ ſignificare nõ amplius aſſentit omne ens vnũ eſſe,vt quãdam aliam naturam introducere poſſet, quã & ſi alteram diuerſamq; ab ente prorſus eſſe dixerit,tamen hanc quoq; eſſe aſſeruit. Veꝝ hoc nihil aliud eſt q̃ in cõtradictionem incidere.

Cõtra Platonem.

Nã quum ipſe cõcedit vnum ens eſſe,etiã affirmat multa entia eẽ, propterea quod aſſerebat etiam nõ ens eẽ,quod qdem ab ente prorſus alienũ diuerſumq; eſt. Sed qd intereſt inter hæc,& fateri vnũ ens & nõ vnũ ens eſſe? Neq; enim qa aliquod ens ꝓprie dicit̃ & quoddã nõ proprie,fugit cõtradictionem,immo magis in eã incidit,quippe qui cum multas reꝝ differẽtias efficiat,plane eiſdem numeꝝ multitudinẽq; tribuat,ob id itaq; Ariſt.reprehendi ipſum & ait eũ potuiſſe,qui cõcedit vnã eſſe naturã entis hoc modo oſtẽdere multa entia eſſe,& nõ quia ſupponitur ſimpliciter eſſe nõ ens quod qdẽ prorſus eſt ab ente diuerſum. Hoc enim (vt dicebã) nihil eſt aliud q̃ in cõtradictionẽ incidere,quia ſuppoſuit nõ ens eſſe hoc aliqd, quod ſane ab ente nõ eſt diuerſum,ſed in eodẽ ente cõplectit̃,videlicet illud nõ ens ſecũdum diuerſitatẽ,quod qdem Plato nõ minus eſſe neq; inferius ente dixit. Nã & ſi inducit̃ ex ratione Parmenidis vnũ ens eſſe, attamẽ non oportet vnũ numero inferi & cõcludi, qm̃ neq; hoc ex propoſitionibus ſequit̃. Nã ens vnũ ſignificare nõ eſt repreſentare indicareq; vnũ numero,neq; hoc cõcederem? ſed potius vnũ genere,quare in cõcluſione cõcludetur etiam vnũ genere,quod ſi ens vnũ genere eſt, ceu ſi cõtingerit eſſe aĩal vel ſubſtantia,erit etiã in hoc plane nõ ens, veꝝ nõ ſimpliciter nõ ens,ſed hoc aliqd non ens,quod quidẽ etiã aliquod ens eſt. Nã homo ens eſt & nõ ens eſt,quippe qui nõ ſit equus vel aſinus,ſi vero eſt etiã non ens,multa itaq; erit ens & hoc nõ eſt in cõtradictionẽ incidere. Neq; enim qui dicũt vnum eſſe ens, propter hoc alteꝝ non eſſe ſcilicet non ens introducunt

quod

quod prorsus ab ente excidat ac diuersum sit. Hoc.n.nihil aliud est, q̃ ipsum ens & non ens dicere, sed secundũ diuersitatẽ non ens quod quidẽ etiam ens est, quare idẽ diuersis modis erit ens & nõ ens, licet idem secundum idem non possit esse ens & non ens. Nõ enim qua homo est ipse nõ ens, ẽ sed qua equus nõ est. Verum cum asserant aliquid esse quod omnino diuersum est ab ente, ac idem adnumerent inter entia, & multa entia esse dicant, plane idem secundũ idẽ esse ens & non ens efficiunt. Aliter ergo & per se oportet propositioni dicenti ens significare vnũ repugnare & contradicere, ac diuidere quod modis vnũ dicit, qm̃ vnũ, vel re, vel nomine est, & si vnum re, vel specie, vel genere, vel numero, & si numero, vel vt continuũ, vel vt indiuisibile, vel vt rõne idem, deinceps ostendendũ est iuxta nullã suppositionẽ valere Parmenidis rõnem vt Arist. fecit. Ad rõnes Parmenidis ita q; sic respõdendũ est. Ad rõnẽ vero Zenonis aiunt Xenocratẽ respondisse qui negat sectionẽ magnitudinis fieri in infinitũ, nam dixit lineã diuidendã dissolui in lineas indiuisibiles. Sed etiã is ignorauit cũ in cõtradictionẽ incidat quãuis illã fugere sibi videretur. Idem.n. vnũ esse & multa nõ ẽ impossibile, neq; huiusmodi est cõtradictio, siquidẽ actu fuerint vnũ & plura potentia. Nam asserere lineã indiuisibilẽ plane est efficere lineã non eẽ lineã, & magnitudinẽ non esse magnitudinẽ, siquidẽ in infinitũ sit diuisibilis magnitudo. Cæterũ ad textum. Quidã aũt vtrisq; rationibus cõcesserunt, dixit autẽ, vtrisq; scilicet rõnibus Parmenidis, & rationibus Zenonis eiusdẽ discipuli, illis Parmenidis præceptoris Plato magister alludit cõcedit q;, illis vero Zenonis discipuli Xenocrates Platonis discipulus videt assentire ac cedere.

HVIC quidem qui omnia unum esse concludit, si id quod est unum significat, id q; non est dicentes esse.

Rationi quidẽ Parmenidis probanti omnia esse vnũ eo quod accipit propositionẽ dicentem ens vnũ significare assentiunt ceduntq; nõnulli, quibus mox decebat repugnare propositiõi & percunctari ab eo, qũo ens accipiebat vnũ significare. Præterea diuidere quot modis vnũ dicat. item ostẽdere quod iuxta nullũ vnius significatũ ratio ipsis faueat, quod quidẽ nos fecimus, cõcedentes aũt hi hãc conclusionẽ quæ necessario concludebaẽ, pugnabunt, qa supponit etiã nõ ens esse. Verum nos iam aperuimus Platonis sniam, qm̃ ipsos opinatus est dixisse ac vocasse illud quod est intellectuale. Materiã quoq; quã nõ ens appellauit, esse dixit, imo oĩa ipsa sensibilia ẽt nõ entia vocauit, propterea quod ens vnũ eẽ cõcedit, tñ oĩa eẽ vnũ negauit, qa ẽt nõ ens est.

HVIC uero quæ ex partitione procedit indiuiduas magnitudines facientes.

Quoniã & Zenonis dubitationi qua probauit vnum esse ens & immobile ex sectiõe magnitudinis in infinitũ nonnulli praue temereq; cedunt & assentiunt, cũ falso supponant magnitudines non esse diuidendas in infinitũ. Nam concesserunt quod si magnitudines in infinitũ diuisibiles forent, neq; motũ, neq; proprie aliquod ens esse, ac ob id neq; multa entia esse, quoniã multitudo multis vnitatibus cõstat. Hinc Xenocrates impulsus tollit de medio sectionẽ magnitudinum in infinitũ. Idcirco Arist. cum multipliciter concedat hoc verũ esse, dubitationẽ vno modo soluebat in his quibus dicit sectionẽ magnitudinũ esse potentia in infinitũ, sed actu minime quoniã non põt esse actu infinitũ. Quapropter motus infinita potentia transibit, actu aũt finita. Neq;.n. supra punctũ fit motus, sed supra magnitudinẽ definitã. Cæterũ vocauit argumentum Zenonis sectionem in duas partes, & perspicua est causa quia cum accepisset magnitudinẽ semper in duas partes diuidendam esse ita probationem & argumentum faciebat.

CONSTAT autem & uerum non esse, si id quod est unum significat, & fieri non potest ut simul sit contradictio, non fore quicquam non ens. Nihil enim uetat ut id quod non est absolute non sit non ens, sed non ens quippiam.

Inquit Plato non verũ cogitauit, vt ex syllogismo Parmenidis concluderetur destruit tolliq; absolute non ens, & iuxta nullũ modũ fieri posse, vt non ens sit. Nam ex tota deductione syllogismi proficiscitur vnũ esse ens, non tamen non ens nequaquã esse. nam cum Plato, materiam non ens appellet, & illam putet seiungi a natura entis, ex rationibus Parmenidis cõcludi inquit, id nullo pacto esse quod est expers naturæ entis. Hinc Plato induxit ex ratione Parmenidis cõcludi non ens nequaquam esse, inquit ergo Arist. hoc non esse verum, quoniã nihil vetat, vt ex eodẽ syllogismo qui.s. probat vnum ens esse etiam non ens sit, verum hoc qđ non ens asseritio, non ens simpliciter non dico quod prorsus diuersum est ab ente, sed illud q; ẽ aliquod non ens quod etiã complectitur ab ente, idest solum secundũ diuersitatem est non ens. Inquit ergo illud verũ non esse, quod si id quod est vnum significat, & contradictio simul vera esse non pos Textus

sit, perinde dicat non est verum, vt ex toto syllogismo Parmenidis concludatur nõ ens eẽ prorsus nihil. Nam propositiones hic pro toto syllogismo posuit, sed deinceps addit nihil.n.vetat vt id q̃ non est non simpliciter non ens esse, sed quippiam non ens.

DICere quoque si non quippiam aliud erit præter idipsum quod est: unum omnia fore absurdum est.

Quod ex syllogismo Parmenidis nõ necessario habeatur concludaturq; nõ ens nõ esse, his quidẽ probat. Hanc itaq; cõiunctionẽ quoq;, pro hac (enim) intelligere debemus. Inquit dicere enim quod nisi fuerit aliud præter ipsum ens quod prorsus diuersum est a substantia entis, necesse est omnia esse vnum perinde Plato ex hoc consequente vrgeatur non ens supponere non esse simpliciter, vt sic ostendat multa entia esse absurdum est.

QVIS enim aliud esse id quod est intelligit. quam id quod proprie est. Quod si ita est nihil tamen prohibet id quod est multa esse ut diximus.

Idest quis cũ audierit ab ipsis ens non putabit eos dicere vere ens, idest proprie ens.s.substantiam, q̃d si hoc est id q̃ proprie est ens. nihil vetat vt idẽ multa sit (vt diximus.) Nã hoc pacto intelligemus ens esse vnu genere, nõ aũt vnũ numero. Quod si ita est in hoc ẽt cõplectetur non ens aliquod. Nam vnaqueq; species sub genere, & vnũquoq; indiuiduũ sub specie, non est id quod prorsus diuersum est ab ente. igitur non vere opinat̃ ex syllogismo Parmenidis concludi non ens prorsus dirimendũ esse. Verũ põt hoc ẽt peculiare argumentũ esse, quoniã neq; oportet per suppositionẽ qua dicit̃ esse nõ ens refellere Parmenidis rõnẽ. Nam si põt intelligi vnũ genere, & non vnũ numero, vanũ & impar est p suppositionẽ nõ enus velle multa entia demonstrare, cũ liceat hoc in loco ostendere per diuisionẽ multa entia esse, quippe multa sint vnũ genere, & non vnũ numero. Vnde iuxta hãc interpretationẽ nõ mutabimus neq; transferremus eam coniunctionem (quoq;) in hanc enim, est enim ipsa inchoatiua particula.

PERSPICVVM est igitur impossibile esse: ut id quod est hoc modo unum sit Vt naturales autem dicunt duo sunt modi.

Cum refutasset opinionẽ Parmenidis & Melissi sectatorũ, quæ dicit ens vnũ esse, accedit ad confutandas opiniones naturaliũ, & inquit, & perspicuũ est nõ posse (vt illi aiunt) vnũ ens esse. Vt autẽ naturales aiunt vnũ ens esse sic sentiunt non eo q̃d oĩa sint vnũ, sed quia supponũt vnũ eẽ rerũ principiũ. Vnũ quidẽ principiũ Heraclitus statuit ignẽ esse. Anaximenes aũt aerẽ, Thales aquã, Anaximander intermediũ aeris & aquæ. Sed horũ naturaliũ sunt duo modi. Nã quidam eorũ ex densitate & raritate elementi cætera alia generari aiunt, vt Thales qui cũ supponat aerẽ elementũ, huius raritate dixit fieri ignẽ & cũ illud sensim densatur, fieri ventũ ex eo. itẽ cũ magis ac magis densaret̃ fieri aquã, & si multo maxime dẽsaret̃ oĩa terrena fieri autumauit, ij ergo sic dicebant ex vno generationẽ fieri, Anaximander aũt mediũ inter ignẽ & aerẽ, vel inter aerem & aquã elemẽtũ esse cũ dixisset, ex hoc alia separari asseruit, cui profecto cũ infinitum sit in esse cõtrarietates dixit, ex quo cũ reliqua separarentur, fieri dixit. Hi ergo qui densitatẽ & raritatẽ asserunt, alia fieri alteratione elementi iuxta suã opinionẽ positi asserunt, quare his contingit generationẽ alterationẽ appellare, sic ergo aiunt id tale q̃d generat̃ alterari Anaximander aũt non alteratione intermedii elementi alia produci dicit, sed separatione eorũ quæ in eo sunt. Præterea Ari. cũ vult apertius ostẽdere q̃õ Anaximãder segregatione vnius fieri alia dixit, cõmemorat ea quæ spectant ad Anaxagorã & Empedoclẽ. Est aũt anaxagoræ huiusmodi opinio, q̃m ipse statuit materialia rerũ principia ipsa similaria quæ numero & cõtrarietate sunt infinita. Itẽ dixit oĩa simul misceri priusquã totũ generaret̃. Præterea tulit mentẽ, quã posuit appellauitq; effectricẽ cũ, quodã tẽporis initio cœpisse oĩa ab inuicẽ separare, haud tñ potuisse explere perficereq; separationẽ, sed dissimilaria cõfusa cõcretaq; ac similaria a similaribus segregasse, quæ tamen similaria sincere pureq; segregare nõ potuit, aliorũ tñ cũ illinc principiũ datũ sit separatiõis, semper hoc facit. Hoc igit̃ mõ omnia fieri ex oĩbus cum inuicẽ cuncta essent permixta dixit. Nã in ligno carnes, ossa, aurũ, & simpliciter oĩa esse dixit. Verũ sensit vnũquodq; appellari traherеq; nomẽ ab eo q̃d plus in eo abũdat, vt fit in cumulo seminũ. nã si plus tritici ẽ, q̃ aliorũ seminũ, cumulus ille appellabit̃ triticũ, q̃m plus in eo abũdat, hoc mõ ẽt vbi plus carnis eẽt q̃ aliorũ rerum carnẽ appellari dixit, ac vbi plus ossis ossa, eodẽ ẽt mõ in ligno in auro & cæteris dicendũ ẽ. Quẽ-

Vide simplicium q diffusius hæc dicit.

admodum igitur ſi quis ex toto ſemine occulta ordei grana paulatim colligeret adeo. vt cumulum acceruũq; ordei expleat, his quidẽ non videretur generaſſe ordeũ, ſed ſolum indicaſſe ſeparaſſeq; illa ita etiã res naturales ſe habere dixit. nam quãdo ex carne os generaretur, vel aliquid alterũ, non foret hæc mutatio vera generatio, ſed emphaſis manifeſtatioq;, ac ſegregatio illius quod prius erat occultũ. Verũtamen in cumulo ſeminũ eſt aliqua vna ſpecies pura ſeparanda vt ordeũ, ſed in ſimiliaribus hoc fieri nequit, quippe nunquã poſſit pure ſeparari caro, vel lapis, vel aurũ, vel aliquid aliud, ſed vbi ſemper in toto quod ſeiungit aliquod tale eſt omnia etiam in ſunt, Verum illud appellari & ab illo nomen trahere quod plus eſt in eo. He igitur paruiſſime carnis partes cõiunctæ ſimul, vel lapilli carnes, vel lapidẽ, vel aliquid huiuſmodi faciunt, item cõpoſitio ſimilariũ facit diſſimilaria. Sic ergo Anaxagoras ſenſit de principiis. Empedocles autẽ quatuor poſuit materiales cauſas quæ ſunt illa vulgatiſſima elementa. Vnde etiã illa omnium primas radices appellauit. Præterea efficientes cauſas ſtatuit litẽ & amicitiã, non ſimul ſed ſeorſum, quoniã cum amicitia vinceret ſuperaretq; coniungi congregariq; elementa & ita fieri mũdum intellectualem dixit, quẽ ſpherũ vocauit, cũ vero confecto tranſactoq; quodã tẽporis circuitu ac interuallo lix rurſus ſuperaret dominareturq; ſpherũ illũ dſgregari & fieri denuo quatuor elementa & hunc mundũ ſenſibilẽ. Cum igiẽ vidit omnia alia ex his quatuor elementis facta, ac ipſa inter ſe mutuo fieri, dixit quidẽ compoſita ſola elementorũ congregatione fieri. nam ipſa immutabilia eſſe ſtatuit, & cũ fieret ex aqua aer, vel ex aere ignis, & econtra non tranſmutata aqua, vel aere reliqua fieri dixit, & elementa actu inter ſe mutuo ineſſe, cum itaq; aer rare fieret, ignẽ qui inexiſtebat & continuũ locũ inuenit ſeparari dixit, rurſus aũt cum denſaretur aer, aquea quæ inerant & in eadẽ diſſeminata atq; interſperſa ſunt, extruſione qua ſolent eiici emittiq; ea quæ extruduntẽ, ſegregantur, ceu aliquid tale patiuntẽ etiã accini qui cõprimentibus digitis extruduntur. Nam cum ad ſint & inter digitos occultantur quãdo denſantur & cõprimuntur digiti extruſione iaciuntur, qui ſane tunc non fiunt, ſed ſolũ ſeparantur & apparẽt, quo igitur modo inquit Anaxagoram & Empedoclem dixiſſe ſegregatione fieri generationem. Sic & Anaximander ex elemento infinito & continente omnia in ſe ipſo quod quidẽ ipſe ponebat medium inter aerem & ignẽ, vel inter aerem & aquã. alia fieri imo ſegregari dixit. Nam generationem nihil aliud eſſe q̃ ſegregationẽ & manifeſtationẽ rerũ dixit. Et ſane conſtat quod cũ Anaximander hæc dicat, ſuas poſitiones ipſum tollere ac deſtruere quippe intermediũ non amplius erit cõmune principiũ oĩum, ſiquidem illud ipſum nõ ſubiicitur rebus gignendis. Niſi quis etiã temere dicat oẽs quis intra lares ſunt ex vno elemento eſſe cõtinentibus laribus, vel ipſa domo continente, igiẽ magis hæc dicens Ariſto. videtur incidere in opinionẽ Anaxagoræ, ſed cũ hæc dicit Ariſt. vertitur ad Elenchũ diſputationemq; Anaxagoræ opinionis, ſed priuſquã aggrediẽ rationes & argumenta explicat vnde motus Anaxagoras ſic opinatus ſit oĩa in omnibus ſingulaq; in ſingulis eſſe, & nihil purũ ſincerũq; haberi quod eſt. Inquit igitur ipſum ita ſenſiſſe ob duas cauſas. Vna eſt qa exiſtimauit cõem oĩum naturaliũ opinionẽ verã eſſe. i. vt nihil ex nihilo prorſus fiat, ſed oĩa quæ fiunt ex aliquo ente producuntẽ. Vtebatur igitur tale argumẽto, cuncta quæ fiunt, vel ex non entibus, vel ex entibus fiunt. Et ſane conſtat cãm fuiſſe erroris ſui, qa circa diuiſionẽ aliquã partẽ eius omiſit, qm̃ omne quod fit vel ſimpliciter ex ente, vel ſimpliciter ex non ente, vel partim ex ente partimq; ex non ente. Tertiũ igiẽ membrũ diuiſionis omittens quod ſane verũ eſt, in hunc errorẽ incidit. Arguebat igitur, vel ex ſolis entibus fiunt ea quæ fiũt, vel ex non entibus. Ex nõ entibus inquã fieri nequeũt ob cõem dignitatẽ & proloquium vulgatiſſimũ, igiẽ ex entibus fiunt, ſi aũt ex entibus, vel ex ſimilaribus ac eiuſdẽ ſpeciei, vel ex diſſimilaribus & diuerſaꝶ ſpecieꝶ. Sed generari nequeunt ex his quæ ſunt diuerſaꝶ ſpecieꝶ, quippe homo generet hoĩem, & equus equũ, ſed homo equũ minime producit. Quod ſi ex his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei generantẽ, prorſus oportet cũ nouerimus os ex carne generari, qm̃ ea quæ ſunt diſſimilaria inter ſe viciſſim generari nequeũt, vt in carne ſit os qđ quidẽ ex ea generatur. Quocirca de cæteris aliis ſic dicendũ eſt, qm̃ igiẽ ſingula, ſiue prima ſolũ, ſiue pluribus intercedentibus generationibus ex ſingulis fiunt. Nam ſanguis ex pane, ex ſanguine caro, deinde ex carne ſepe os, vel alteꝶ quid generaẽ, qua itẽ putreſcente aqua, vel ignis, vel terra. vel vermis produciẽ penitus oportet exiſtimare oĩa omnibus miſceri. nam cum in cõmuni ſubiecto non collocentẽ, neq; ſubſiſtant, idcirco ſingula ex ſingulis fieri accidit. Hæc eſt igitur prima cã quæ coegit Anaxagoram ita ſentire. Secunda aũt eſt, quia videbat contraria inuicẽ fieri, quippe calidum ex frigido, ſiccũ ex humido albũ ex nigro, & cætera alia fiant quũ ergo cõtraria nunquã poſſint generare alia contraria, quoniam vnum contrarium alterum potius interimit & corrumpit, q̃ ge-

Anaximãder ſuas poſitiones ſuis dictis deſtruit vid Simpliciũ.

nerat, necesse est penitus vt in corpore frigido sint corpora calida, eodē etiam modo frigus, albū. & cætera alia. cæterum hæc oīa cum absoluat & explicat, argumenta & obiectiones aggreditur contra eas. Quo fit vt ad textū veniamus. Vt aūt naturales aiunt duo sunt modi, oportet subintelligere, vt naturales dicunt vnū ens esse. Nam conueniunt atq; confirmāt vnū ens esse. Verū notandū est Aristo. separare Parmenidē & Melissum a naturalibus, quippe eos nō de rebus naturalibus differere, sed vel diuinis rebus fari, vel de quibusdam aliis disserere putet. Verūtamen ipse confutauit illorū rationes tum qa nōnulli opinabanť illos de rebus naturalibus disseruisse, tum ēt, vt personaꝝ authoritatē circa falsas suspitiōes, ac sñias de rebus arceret atq; depelleret.

QVIDAM enim id quod est unum subiectum corpus fecerunt: aut trium unum aliquid: aut aliud quod igne densius aere uero subtilius ē. Cætera uero alia generant densitate & raritate multa facientes. Hæc autem sunt contraria.

Inquit quidā naturaliū facientes omne quod est vnū esse, id est vnū oīum principiū, & illud cum subiectū efficiant, quod ēt nō incorporeū aliquid sed corpus actu dicunt esse, & corpus vel vnum aliquod triū elementorū videlicet ignis, aeris, vel aquæ, aut aliquid aliud præter ipsa intermediū tñ ipsorū, vt statuit Anaximander, cætera alia corpora gigni ex ipsius elementi raritate & densitate aiunt. Sed inquiens cū quidā enim naturaliū vnū ens eē corpus subiectū dederint, ex densitate & raritate alia produci inquiunt, non statim subiunxit oppositā opinionē, sed paulopost adducet, vbi inquit. Quidā aūt ex ipso vno innexas insertasq; cōtrarietates excerni ac sequestrari dicunt, vt Anaximander. Hic aūt cum dicit, quidā enim id quod est vnū esse faciētes, non videtur proprie vsus fuisse oppositione & contraria assignatione. Nam cum inquit. Quidā enim id quod est vnū esse facientes postea opponit & affert partē oppositā, cum dicit. Quidā autem ex vno innexas insertasq; cōtrarietates & cætera. Consequens aūt erat contrariā assignationem volenti afferre hunc in modū dicere. Quidam autē multa facientes, operæprætium igiť est parū ponderare verba ac transmutare, vt consequētem assignationē oppositā sciamus, hoc igiť
Textus modo textus cōnectendus copulandusq; est. Vt aūt naturales dicunt duo sunt modi. Quidam enim id quod est vnū esse corpus subiectum fecerunt, & cætera, alia gigni inquiunt, sed quidā hæc generari raritate & densitate sentiunt. Quidam vero ex vno insertas contrarietates sequestrari aiunt. Verū cum hoc ait. Vt naturales dicunt, non oēs naturales summatim & vniuersaliter Arist. cōplectitur. Nam perspicuū est quosdā naturales supposuisse vnā esse subiectā materiam, & ad hoc induxit oppositā assignationē dicēs quod alii vnā alii vero plures mās dederūt, & hæ sunt cōtrariæ assignationes. Cum asserit itaq; eos supposuisse vnam materiā esse subiectam ac dixisse alia generari ex raritate & densitate, de industria insinuat atq; significat densitatem, & raritatē contraria esse, quippe hoc ipsi pro sua firmanda opinione non parū conducat & conferat. Nam ipse etiam debet deinceps asserere principia esse contraria cum ipsa materia. Iccirco innuit ac indicat quod naturales qui ante eū extitere, & si non diligenter exacteq; dixerūt attamen contraria rerum principia imaginati sunt. Nam si autumant alia gigni ex subiecto, quod ipsi astruunt raritate densitateq; adhibita, densitas autem & raritas contraria sunt ergo ex contrariis generationem esse affirmant.

ET uniuersaliter excessus atque defectus: quemadmodum magnum & paruum Plato dicit.

Quoniā dixit naturales accepisse principia contraria tanquā materiā informantia, hoc in loco ad excessum & defectū tanquā ad vniuersaliorē cōtrarietatē continentē in seipsa oēs cōtrarietates redigit oīa cōtraria. Et est tota sñia ac ratio. Vnū facientes corpus subiectū cuius raritate & densitate alia generari aiunt, & hæc cōtrariæ sunt, quare naturales statuunt principia specifica rerū contraria esse. Et vt cōmuniter cōplectamur ac summatim secundū quā contrarietatē cuncti fatebantur haberi generationē reꝝ ex materia, quā ipsi statuerunt, dicimus illā esse excessum & defectū. Hæc.n. cōis est cunctis cō. rariis oppositio, atq; in seipsa alias oppositiones cōtinet. Huiusmodi ēt sunt principia, quæ Plato appellabat magnū & paruū, quoq; id qd est excessus magnum appellabat, quod vero defectus paruū, & si ipse atq; alii varia senserint circa illud vnū & contraria, vt deinceps dicit. Verū excessum & defectū vocat cōtraria vel quatenus cōtrariorum vnum melius est, & alterū peius. Nam ipse in sequentibus asserit cōtrariū deterius assimilari priuationi, & melius ipsi formæ. Et hic igiť peius velut nigrum defectus erit, album aūt erit excessus, vel

Vide optimum sensum dicti anticorū.

sus,vel ergo hoc modo vt diximus,vel vt dicamus cõtrariorum æque potentium fluentiumq; subiectũ quod maiori mole constat excessum esse,quod vero minori defectũ, verbi gratia si acceperims aerē & terram quoq; aer tantũ interualli absoluat,cũ sursum petit,quantũ terra prætransit cũ deorsum descendit, & vt breuiter dicã,accipiamus equaliter cõtrarios motus quibus cõtraria mobilia cientur,quoq; aer cũ sit in maiori subiecto ob molē magnitudinemq; excessus erit,terra aũt cum in minori ambitu magnitudinis existat defectus appellabitur, idcirco corpus graue densum cũ transmutatur in leue maiorē prorsus magnitudinis ambitũ subit atq; accipit,sed cum leue transmutaƭ in graue minorē magnitudinē suscipit.Si ergo secundũ suos fluxus eque poterunt fluere necesse est,vt leue maiorē molē pertranseat ac obtineat.Hoc idē autem quispiá dicere posset de albo & nigro cæterisq; cõtrariis.Nam cũ ex nigro albũ fit ac forte & rarius generabitur secundum subiectũ.Veq; cum albũ disgregatiuũ visus sit,& nigrũ congregatiuum,erit albũ excessus tanquá causa eiusdē,nigrũ vero defectus quatenus congregatiuũ est, & de reliquis contrariis dicendum est similiter,& forte non de oĩbus simpliciter cõtrariis rõnem afferre oportet,sed de his quæ sunt quidem generationis & corruptionis causa.

VERVM hic quidem hæc facit materiam:ipsum autem unum formam. Illi uero unum quidem ipsum inquam subiectum materiã:cõtraria uero differētias atq; formas.

Similiter quidē Plato & quicũq; vnũ esse elemẽtũ asserunt,at ex eodē adhibita raritate & densitate alia gigni, affirmant tria statuunt principia.s.contraria & vnũ,vt ēt ipse Arist.deinceps ponit. Veruntamē Plato secus infert q̃ alii circa hoq; principiorũ modos. Nam alii aiunt materiá et subiectũ vnũ esse,contraria vero quæ subiectũ informant inter se differre. Nam quũ subiectum aliquádo densitatē,& aliquando raritatē obtinet sic ex eo alia corpora generari autumant, Plato autē econtra sentit, quippe qui cõtraria videlicet magnũ & paruũ materiá esse statuat, & vnum formá efficiat,quæ de materia educitur,& constituit corpora. Verum non ignoras Platonē Pitagoreũ fuisse qui aliquádo(vt ferme oĩa pitagorei narrare solent)p enigma loquiƭ,q̃nquidem & illi dualitatē indefinitam illimitatáq; materiá vocent. Nam id ꝙ definit terminatq; ac vnitatem cuiq; præbet forma est,materia aũt indefinita est,& causa vt formæ extendátur & aboleantur. Nam cum ipsa recipit ea quæ suapte natura indiuisibilia sunt ac nõ extēsa, ipsa postea distabũt ac fiunt diuisibilia.Et.n.ratione hois quæ impartilis,ac indiuisibilis in extensaq; suapte natura est,recepta in materia distat extenditurq; diuisa in diuesas differentesq; partes.Porro forsitá seminis genitalis menstruũ totum hominē gignit,quoniá sane sine diuisione vniuerso spermati & cuius parti eius insunt rationes aialis. Quocirca per dualitatē materiá insinuauit. item quia materia ante alias qualitates quantitatē prius recipit. Nam primo quantitate formaƭ & fit trifariam diuisibilis atq; dimensa, idcirco dualitatē magnũ & paruũ appellauit & hæc loco materiæ posuit,quapropter materia cũ prorsus indefinita illimitataq; sit,& nullũ terminũ suapte natura obtineat ea de causa ipsam dualitatē appellauit.nam post vnitatē id ꝙ primo recipit diuisionem ac partitur ipsa dualitas est.deinde quia recipit materia primo q̃titatē & in dissolutiõe cõpositi est extrema forma materiæ ob id eá vocauit ēt magnũ & paruũ.nam hæc quátitati insunt.

Idē fere tertio physicorum.

Vide quõ sententiam Platõis ad veritatē deducit.

QVIDAM autem ex uno innexas contrarietates excerni sequestrariq; dicunt: ut Anaximander.

Hæc copulantur antedictis hisce videlicet. Quidam.n.id quod est vnũ subiectum corpus facientes,alia generari,dicunt densitate & raritate. Deinde hic adducit oppositá assignationē & inquit. Quidam autē ex vno innexas contrarietates excerni sequestrariq; aiunt,vt fuit Anaximáder.nam in illo intermedio quod quidem erat elementum apud ipsum, posuit actu cõtraria eē.

Vide cur Plato vocauit materiam dualitatē & magnũ ac paruũ.

ET quicunque unum & plura principia inquiunt esse:ut Empedocles & Anaxagoras. Ex ipsa nanq; miscella congerieq; cætera segregant:differunt tamen inter se. Alter.n. periodum & conuersionem horum: alter semel segregationis initium facit. Item alter quidem infinita ea quæ sunt similarium partium & contraria:alter ea quæ uocantur elementa tantummodo sumit.

Cum dixerit Anaximandrum ex vno dixisse segregari contrarietates,vt apertius exhibeat nobis quomodo ille dixerit contraria ex vno separari,idcirco in exemplo commemorat Empedo-

clis & Anaxagoræ opinionem,& quonámodo hi dicebant elementa inuicem secerni. Nam ex ea congerie ac miscella alia sequestrari semouerique aiunt. Equidem Anaxagoras cum iam similaria simul commixta essent, mentem ex illa miscella eas separare cepisse,& nunc semper secernere segregareque abinuicem dixit. Nam vnũquodque mixtum aliquod esse ex multis similaribus dixit. Quoniá autẽ Empedocles & ipse a principio ex sphero segregari elementa dixit,& aliquá do inter se cómisceri assensit. Verũ non omnia vt Anaxagoras dixit. Deinde tulit secundũ separationem a sese mutuo & vicissim fieri eo modo quo diximus. Discrepant autẽ inter se Empedocles & Anaxagoras, quoniá Anaxagoras inquit semel mentem cæpisse ex prima miscella cũcta separare,& semper idẽ efficere, neque amplius in vnũ ita redigi omnia posse affirmat, vt vna rursus miscella fiat. Atqui Empedocles sepenumero ait hæc inuicẽ coniungi ac separari. Nam elementa ex sphero interdũ seiungi excernique inquit, interdũ autẽ ipsa in vnum denuo coniungi coireque contendit,& hoc interpellato rerum circuitu infinities fieri reuertique asserit. Hæc igitur est prima differentia inter Empedoclem & Anaxagoram. Altera autem est, quoniá Anaxagoras elementa id est similaria infinita esse dixit, sed Empedocles statuit finita esse. s. ignem, aerem, aquam & terram. Et dixit quæ appellantur elementa, quoniá non sunt proprie elementa. Neque enim sunt simplicia sed cõposita. Proprie autem elementa sunt materia & forma.

Vide in plogo Simp. quoque prio cæli & iiii. phicorum & fere vbique te net elementanõ eẽ simplicia.

VIDETVR autem Anaxagoras sic infinita putasse: quia sibi persuadebat communem illam opinionem naturalium ueram esse: nihil inquam fieri ex eo quod non est.

Hic ponere vult qua intelligentia impulsus Anaxagoras supposuerit infinita esse similaria ac singula singulis misceri. Et inquit, quoniá censuit cõmunem illam opinionem naturaliũ veram esse, nihil inquam fieri ex eo quod prorsus non est, quare oportet id quod fit prius extitisse, quod si hoc concedatur generatio erit separatio. Ob id itaque statuit omnia omnibus misceri, qa vidit singula ex singulis fieri, sed quia opinatus est sempiternam esse generationem & non deficere, infinita posuit in vnoquoque similaria vt non deficiat generatio quæ dictu est ipsa separatio.

QVA propter hoc modo dicunt omnia erant simul: & generationem alterationem inquiunt esse. Quidam uero congregationem & segregationem.

Inquit quoniá naturales opinãtur nihil fieri ex eo quod prorsus non est, aiunt quod oia simul erant. Simul aũt omnia fuisse præsertim Anaxagoras dixit, deinde Anaximander qui in illo intermedio elemento omnia inesse, fierique alia ex eodẽ non transmutato adhibita separatione dixit. Empedocles aũt mutuo inuicẽque inter se elementa inesse ac in vnum cõmisceri & redigi assensit, quæ tũ principia tum etiá radices oium rerũ appellauit, præterea dixit cum ex aqua produceretur aliquid aliorũ ipsam non transmutari in illud quod producit, sed cum in fit ex eadẽ separari, idem de cæteris dicendũ esse existimauit. Item in sphero autumat non modo cuncta elementa in esse, quæ etiá nunc mutuo in vnũ rediguntur, sed et compositorũ species. Verũ lite dominante ac superante seiunguntur ex spero elementa,& cõpositorũ species. Vnde quidá aiunt generationem esse alteratioñẽ. At quicunque aquá vel aerẽ principia statuunt, alia ex raritate & densitate fieri sentiunt. quidam vero congregationem & segregationem autumant, vt Democritus & Empedocles, Equidem Empedocles separationi elementorũ alludit. Democritus aũt athomorum congressu ac congerie alia generari inquit,& separatione interire & corrumpi. Sed ipse Anaxagoras asseruit separari auellique simillaria,& hanc separationem vocauit generationẽ, atque coniungi plura similaria ad generationem compositi, quæ rursus abinuicem separantur in corruptione. Verum omnibus communior alteratio conuenit. Et enim separata vel cõiuncta & disiuncta aliquam alterationem subeunt & sustinent, alia quidem secundum positionem, alia vero secundum apparentiam.

INSVPER ex eo quia contraria ex sese mutuo fiunt: inerant ergo. Nam si omne quod fit: necesse est aut ex entibus: aut ex non entibus fieri: & ex non entibus nihil fieri potest. De hac enim opinione omnes naturales consentiunt, reliquum accidere iam necessario

cessario putauerunt: ex entibus quidem, atq; ex hisce quæ insunt fieri, ex insensibilibus uero nobis ob paruitatem molis ac magnitudinis. Quapropter inquiunt quodcunq; in quolibet mixtum esse, quia quodlibet ex quouis oriri uidebant. Videri uero diuersa inter se ac appellari ex eo q maxime excedebat per multitudinem infinitorum in mixtione. Nam totum album, aut nigrum, aut dulce, aut carnem, aut os, sincere quicquam nõ esse, sed cuius plurimum unumquodq; habet, id ipsius esse rei naturã uideri dicebant.

quoniam & hinc suspicatur Anaxagoras singula in singulis esse, propterea quod nihil fieri ex nihilo, & ex contrariis fieri ea quæ fiunt videbat verum cum contrariorum vnũ alterum potius interimat & corrumpat quã generet, hinc igitur conclusit ac deduxit omnia mutuo misceri, ac minime apparere ob exiguam magnitudinẽ. Verum vnumquodq; nominabat ex eo quo plus abundabat miscella, vt videre licet in toto semine. Nam ipsum appellatur triticum, vel caro, vel aqua, si tritici specie magis abundauerit, vel plus carnis, vel aliorum habuerit. Sed cur Anaxagoras errauerit in causa est, quia asseuerabat omnino oportere vel ex nihilo prorsus aliqua fieri, vel ex non ente. Nam fiunt ex non ente, sed non simpliciter ex non ente, sed ex aliquo non ente, quod quidem ei Arist. deinceps obiiciet ac persoluet difficultatem. Triplex infinitũ.

SI ergo infinitum qua infinitum ignotum est. Et infinitum multitudine, aut magnitudine est, quantum quodam ignotum erit. Infinitum autem forma quale quodã ignotum. Cum igitur principia rerum tam multitudine, q̃ specie sint infinita, fieri profecto nequit, ut ea quæ ex hisce constant sciantur. Nam sic scire compositum putamus, cum ex quibus & quot ipsum constat cognoscimus.

Cum posuerit opinionem Anaxagore, ac dixerit qua intelligentia in hanc positionem deuenerit, quoniam ex non ente nihil fieri putat, & quia videbat mutuo atque inter se fieri contraria, nunc se conuertit ad refellendum taxandumque illius opinionem, & affert in medio multa argumenta quæ confutant opinionem antedictam, quorum quidem primum cõfusum & in cursiuum cum non sit ex natura rerum, sed tanquam ad Anaxagoram, & simpliciter personam scientis. Demonstrat enim hanc positionem de medio tollere omnem scientiam. Est autem huiusmodi argumentum, si principia rerum sunt similaria, & similaria sunt infinita, ac infinitum suapte natura ignotum est, igitur principia rerum ignota erunt, sed quorum principia ignorantur, ipsa quoque non percipiuntur, ergo res naturales ignorantur, quare aboleretur rerũ scientia, immo ipsa plane rerum cognitio, siquidem scientia est quædam cognitio, quoniam cognitio communior amplior que est ipsa scientia. Nam scientiæ definire res, & comprehendere cas ratione ac demonstrare innatum inditumque est, sed indefinitum ratione definiri complectiq; non potest, alioquin mox ipsum infinitum finitum esse diceremus. Si ergo infinitum est quatenus extra id quod capitur, continuo aliquid est capiundum, profecto destruemus actissimas scientias ac clarissimas, astronomiam scilicet & geometriam, sed constat Anaxagoram ipsum habuisse scientiam rerum arbitrari quam nos docuit, quare non sunt infinita rerum principia, siquidem Anaxagoras vir peritus est & scit si autem infinita sunt, ipse ergo ignarus est, quod si rerum nescius, ipsi de rebus temere differenti quasi ignorãti nullam adhibebimus fidem. Hoc igitur est primum argumentum quod libuit appellari conuersiuum & confusum vt dicebam, sed minime per causam. Secundum argumentum cum sit per causam & ex natura rerum, prius assumit hanc dignitatem, omnibus formis insitum esse in quodam quanto definito subare ac subsistere, præterea neq; natura cuipiam augeri ad quamuis magnitudinem neque diminui ad quãcunque paruitatem datum esse, sed quidam terminus magnitudinis & paruitatis figitur, quem forma præterire ac excedere non potest. Sed primo differamus de perfectioribus formis. Nam hisce tanquam clarioribus apertioribusque ratio manifestior fiet, forma itaque hominis potest in magnitudine vnius brachii consistere, ac quatuor & quinque, attamen ipse adolescere in infinitum non potest, qu ppe homo centum cubitorum altitudine augeri, atq; mundo equalis fieri nequeat. Non. n. hominẽ animi cogitatione cõcipimus, id est cũ qui est atq; existit. Hunc igitur pspicuũ est non posse ad aliquam maiorem quantitatem augeri

Primũ argumentũ.

Secũdũ argumentũ.

Vide Aristot. aut Nicolaum peripateticū in lib. de mundo de illis Aloydis s. gigātibus q altitudinē cœli excedere sua magnitudine credebāt. Vid Fabulā Homeri. xi. li. odyseæ & alibi & Virgilium in sexto.

quam sibi congruat, neque excedere molem vniuersi, sed quadam magnitudine figitur ac determinatur, quam excedere non potest. Nam forme cum in aliquo maiore subiecto extenduntur maiores euadunt, quēadmodū igitur fieri non pōt, vt secundū quācunq; auctionē species & forme coalescant magnitudine, ita dicendū est nullā speciem ita minui magnitudine, vt esse nequeat. Nam sit pigmeus homo, non tñ digitalis, vel equalis accino, vel cuidam minutulo, quippe paruissima magnitudo haud queat hanc formā suscipere. Vt itaq; faber lignarius, in ligno cubitali nauigii formā conderet, hanc tamē in ligno digitale efficere non posset, itē figulus formā amphore in argilla cretaq; equali accino non strueret. Quēadmodū itaq; opus est horū magnitudinē ac paruitatē alicuius definite quantitatis esse, vt formæ insint, sic etiā de similaribus dicendū est, siquidē ipsa ēt nonnullas formas habeant, quare carnis videlicet ossis, & aquæ forma neq; in quauis magnitudine consistit, qm̄ neq; in equali, neq; in maiore vniuersi mole cōsistere pōt, qñquidem nihil tale subsisteret. At modo sermo fit de his quæ subsistunt. Item neq; in quauis paruitate forma consistit, sed quædā est magnitudo qua minore constare forma carnis non pōt. Est igitur quædā caro impartibilis & minima, sic etiā alia similaria se habent. Verū ꝙ ita sit vt disseruimus hactenus, hisce etiā discere ac intelligere potes. Omnia nanq; corpora cōposita non ex quauis materia temere affecta fiunt, sed vnaqueq; forma eget materia taliter affecta, vt cum illa ita disposita institutaq; ad recipiendū eam fuerit, ex eadē educi ac illi aduenire queat. Non enim elementis temere cōmixtis cōcretisq; educitur ac deuenit eis forma carnis vel ossis, sed forma carnis eget tali mixtione subiecta, quippe alterius mixtionis sit forma ossis, & alia alterius. Si ergo hoc ita se habet, subiicitur ergo formis corporū cōpositorū nō solum qualitas quædam scilicet. talis elementorū complexio vel mixtio, sed etiā quantitas. Quemadmodū igitur non est cōsentaneū vt queuis qualitas possit subiici formis, ita neq; queuis quātitas, quæ enim esset maior ratio cum subiecta qualitatis & quantitatis equaliter se habeant vt non quæuis, qualitas cōplectaẽ, sed quædā definita ac determinata, & quantitas indefinita sic, quare definita & certa erit quantitas quæ subiicitẽ formis, quare quædā caro minima ē, & minima aqua, quarum magnitudine alia minore he forme non cōstarent atq; existerent, quod etiam merito astruitẽ. nam si caro quæ generareẽ, patitur aliquid ab efficiente, consentaneū est quidem videtur esse, quod quēadmodum diuidenda magnitudo non in quālibet partē diuidereẽ. sed fugeret diuidi in minima, quāuis potentia diuisibilis sit, ita ēt illud ꝙ secundū qualitatē passurū non

Dubitatio. debet pati quātumlibet existit, sed fugere ob paruitatē ita affici. At vero id quod non patitur non recipit formā ab efficiente. Sed circa hæc nonnulli mathematici dubitant. Nam inquiunt si daretur recta linea quæ in duas partes seceẽ, quoniā omnis magnitudo pōt diuidi in infinitū, caro etiam quā dictis esse minimā diuidi poterit in duas partes, ergo portiones diuise vel sunt caruniculæ, vel non, si autē carunculæ, erit igiẽ accipere data carne longe minores, & non illā quā minimam asseritis. Si ergo ille portiones diuise non sunt carunculæ, qūo rursus in vnum constitute carnem efficere poterunt. Et si caro similare quodā sit idest quod ipsius partes etiā carnes sint, ergo erit tota carne quā diuidendam sumpsimus, minorē accipere, quoniā tota caro similaris ē.

Rñsio. verum ad hæc dicimus nos posse carnē sumere vt quædam spēs est, atq; vt magnitudo. Caro itaq; vt magnitudo est in infinitū diuidi potest, idcirco minimam magnitudinē accipere non licet, caro tamen vt forma & spēs est non poterit amplius partiri in infinitum, sed prorsus deficiet deuenietq; ad minimam carnē, quam si diuiserimus, mox simul diuidēdo carnis formam ipsam corrūpimus & destruimus. nam vt licet accipere hominē vt hominē atq; vt magnitudinē, & vt magnitudo diuidi potest in infinitum ac semper in magnitudines eiusdē speciei erit ipsa diuisio, si vero diuiserimus ipsum vt hominē in caput & pedes simul cum diuisione corrumpeẽ & forma hominis quæ neq; in toto est, quoniā totum nō est, neq; in aliqua parte, quoniā homo indiuisibilis est, sic etiam dico si diuiseris minimam carnem. nam mox totā per diuisionem corrumpes, quippe quæ indiuisibilis in sectilisque sit, & eius partes diuise magnitudines sunt, sed non carnes, quemadmodum igitur in homine cuius partes si millies coniunxeris in vnū amplius hominem efficere non potes, quippe qui non solum egeat partium compositione, sed etiā natura quæ constituit & formas introducit, idem etiam sentio de similaribus, quoniam & si millies infinitiesque coniunxeris composuerisque partes carnis diuise nō poteris amplius carnem efficere, si natura nō aderit ac opē tulerit. nā vt ex oībus lignis cumulatis ex qbus struiẽ nauis, ipsa nō fieret, ac ex coaceruatis lignis lapidibusq; qbus domus cōstare solet, ipsa nō strueretẽ nisi ars præsit atq; cōstituat. ita & si partes carnis cōiūxeris caro fieri nō poterit, nisi opē ferat ipsa natura in cōponēdis carnibus. Caro itaq; similaris & minima cū in qrocūque seruat suā totalitatem, tunc

tem,tunc

lem, tunc etiam seruat carnis formam. Vnde partes quæ diuidendæ sunt, tunc potentia sunt carnes qñ iam totū est, sed cū diuidit non amplius carnes sunt, quapropter ośdit hisce minimam carnē esse, & hoc cōsequenter cōuenit rerū pcessui. Nam quædā sunt rerū generalissima & communissima queq; in oībus sunt ac diffunduntur, vt ens & vnū, quippe nihil sit quod ente & vno non participet. Quædā vero indiuidua quæ species appellātur in prædicamētis coarctant & firmantur, qm maxime particularia in speciebus sunt, quæ præterea de nullo prædicantur, sed hō de solis hoībus, & equus de equis dūtaxat, neq; de quibus prædicatur in his cōtingit esse, quippe mortuus homo nō fit homo, neq; hominis pars fit homo. Caro aūt & os & cætera similaria medium ordinē retinent, equidē in paucioribus sunt, quā ens & vnū, & magis in pluribus, quā species indiuisibiles. Nam caro & os de equo, & de aliis animalibus prædicantur atq; de partibus, attamen de minima carnis parte vel ossis qñ ipsa diuideretur, tunc caro vel os de illis nō prædicaretur, tñ ens & vnū nihil minus prædicarentur de illis partibus diuisis. Nam & si partes minime carnis non sint carnes, attamen entia sunt, quippe quæ magnitudines atq; corpora. Hactenus itaq; de prima dignitate. Secundā aūt accipit, quod omne corpus finitū metitur corpore finito ac maius a minore, vt corpus centū cubitorum metitur cubitis decies decē, & centies cubito ac digitali mēsura, & vt summatim dicamus quocūq; corpore minore maius metitur. Quibus itaque postulatis ac præassumptis ostendit fieri nō posse, vt oīa in omnibus vel singula in singulis sint, neq; fieri separationē infinitū. Et primū argumentū a causa & re ipsa, licet secundū sit a principio, hoc est. Inquit ergo si ex aqua hac similari auferatur caro similaris & continuo alia atq; alia, quoniā earo in aqua finita mole magnitudine neq; est, siquidē etiā similaris aqua magnitudine finita sit, sed omne finitū demptis sublatis semper finitis quibusdā consumitur, igitur prorsus necesse est ex ea carne quæ in aqua erat sublatis semp carūculis, vt aliquādo ipsa consumatur & aboleatur. Non enim, qa magnitudines diuisibiles sunt in infinitū semper diuidenda erit caro quæ in aqua est in minores partes, quin diuisa aliquādo in duas portiones nō intereat & deficiat. Nam & si continuo in duas partes diuideretur, tñ ad minimā carnis magnitudinē veniet, nam demonstrauimus minimā carnē esse. Si ergo caro diuidenda quæ in aqua est, peruenerit ad minimā carnis magnitudinē, perspicuū est, vt si illa minima auferatur, non posse amplius separari carnem ex illa aqua, quod si hoc cōceditur, neq; amplius singula in singulis erunt, neq; in infinitū dabitur rerum segregatio. Enihil apud me interest si carnes quæ separantur pure non sint, sed mixte cū aliis similaribus. nam & si non exeunt pure sincereq;, quoniā supponunt in infinitū fieri segregationē, necesse est tamen si carūculæ quæ semper segregantur minimæ sunt, totā carnē quæ in aqua est aliquādo consumi, iuxta secundā dignitatē in qua fertur finitū a finito metiri. Vnde si hoc asseritur, segregatio dubio procul non durabit in infinitū. De duobus igitur necesse ē alterum esse ac dari vel tandem segregationē defectū consumptūq; iri, vt ratio demonstrat, vel si in infinitū segregantur carūculæ quoniā certa definitaq; est carnis magnitudo, necesse est equaliter infinita esse in magnitudine finita, quod quidē fieri nequit, quoniā hoc esset perinde ac diceremus finito infinitū complecti. Nam quod constat infinitis infinitū est. Tertium argumentum adducit. Si caro ad maximū & minimū terminatur aliquid aliud carnis a minima segregari non poterit, quippe omne corpus finitum quodā sublato minus reddatur, si ergo omne finitū a minore finito metitur, quare si ex minima carne separabitur, aliquid profecto erit minus minimo, quod sane impossibile est, itaq; non erunt singula in singulis. Quartū argumentū affert inquiens, si singula in singulis sunt, & in infinitū durat segregatio, igitur in vnaquaq; pte similari erunt infinite carnes ossaq;, ac demū oīa simpliciter. & cōtra in vnaquaq; pte carnis similaris, vel sanguinis, vel cuiusuis alterius erunt infinita, in quibus præterea erūt alia infinita, quare in vnoquoq; similari erit infinities infinitū, quo sane quid magis perridiculū esse pōt, vt in minima carnis parte corpora magnitudine & multitudine infinities infinita sint, multitudine inquam, quoniam cum attigua sint, solū a sese mutuo separantur, magnitudine vero, quoniam quod ex infinitis constat infinitum est, quare non solum vna queque pars similaris continebit infinities infinita, sed etiam loci infinities infiniti erunt. Nam ea sunt diuisa quæcunque simul non sunt, sed illi fatentur ea similaria abiungi ab inuicem, quæ præterea infinita sunt, quare loci qui continebunt ea in infiniti erunt, ac interstitia quibus intercipiuntur ac distant, igitur, infinities infinitum dabimus, quod sane ridiculum est. Quintū argumentum est, quod mens illa quam posuit Anaxagoras demens stolidaque esset. Nam si vult omnia secundum quantitatem, & qualitatem separari, vt neque differant inter se similaria vt caro, os, & reliqua, neque eadē sint specie, & numero differant veluti partes carnis similares, & hoc fieri non potest, propterea

Similaria medīū modū pdicādi hñt inter gñalissima & ipēs spālissimas.

Ecce partes pportionales

Secūdū argumentū principale, sed primū ex re.

Tertiū argumentū.

Quartū argumentū.

Quintum argumentum.

dia

q; in infinitum magnitudo diuidi poteſt,atq; impoſſibile eſt hæc ſimilaria pura ſinceraq; interdum ſeiungi,ſtolita itaq; mens ipſa erit,quoniá nititur ea facere quæ fieri nequeunt.Verũ illud quod aſſerit ab Anaxagora ſcilicet nunquá res ſeparari recte aſſerit,licet nõ ſcite ac ſapide proferatur.Nam in his ſunt accidentia & habitus quæ a ſuis ſubiectis nunquá auelli ſeiũgiq; poſſunt,ſi ergo mens vult cuncta ſegregare videlicet accidentia & habitus, quæ profecto ſeiũgi nõ poſſunt, igitur mens ſtolida & inſana periclitatur nititurq; ea facere quæ fieri prorſus nequeunt. Item Anaxagoras fallitur cum aſſerat oia quæ fiunt ex his quæ ſunt eiuſdẽ ſpetiei produci.Nam inquit Ariſto.quædá fieri ex his quæ ſunt eiuſdem ſpetiei,quoniá lutum fit ex luto eiuſdẽ ſpetiei maius ſcilicet ex minori,q; etiá fit ex aqua & terra quæ ſunt diuerſarũ ſpetierum. Item domus fit ex lateribus & lignis,quæ ſunt diuerſarũ ſpetierũ,quare praue aſſerit quæ fiunt prorſus fieri ex his quæ ſunt eiuſdẽ ſpetiei quádoquidem cõtrariũ non modo in artibus , ſed etiam in naturalibus perſpiciamus.Nam ex lignis producitur ignis,& ex aqua aer,atq; ex putreſcentibus corporibus non ſolũ animatis,ſed etiá inanimatis diuerſa animalia fiunt, quibus dictis ab Ariſto.ipſe fatetur longe melius eſſe cum eadẽ infinitis proficiſci poſſunt & ex finitis, vt ex finitis fiant res,q̃ ex infinitis , ſiquidẽ infinitum ignotũ ſit.quare quátum attinet ad hoc , rectius ac longe melius ſenſit Empedocles q̃ Anaxagoras,quoniá ille ſuppoſuit finita eſſe principia. Ad textũ itaq; veniamus.Si ergo infinitum qua infinitũ ignotũ eſt.Hic primũ argumentũ vniuerſiuum & confuſum.ſ.ad hominẽ adducit.Infinitũ náq; eſt vel quantitate, vel qualitate. Vnde ſi infinitũ ſecundũ quantitatẽ eſt,prorſus oportet,vt ſit infinitũ ſecundũ quantitatẽ.Nam ſi ſpeties ſunt infinite atq; forme,neceſſe eſt etiá ſubiecta earũ infinita eſſe,verum ſi numero erit quippiá infinitũ non amplius ſequitur vt infinitũ forma & ſpetie ſit.nam fieri poteſt,vt ſupponamus infinita numero eſſe,quæ tamẽ ſunt eiuſdem ſpetiei quẽadmodũ igitur infinitũ erit,ita erit ignotum,ſi ergo aſſerebant numero infinita eſſe principia,ſpetie autem finita quibus pfecto res conſtarent cognoſcere poterant,ſed quot conſtarent minime. Et quoniam principia quantitate & qualitate infinita eſſe Anaxagoras aſſeruit,perſpicuum eſt principia ignota eſſe , ſed ignoratis principiis,quæ ex his conſtant ignorantur.Nam tunc compoſita cognoſcuntur quando cognoſcimus quibus quotq; principiis conſtant.

PRAETerea ſi neceſſe eſt ipſum mole quantumuis eſſe poſſe:cuius pars magnitudine paruitateq; quantauis eſſe poteſt.

Primum inter aſſumpta eſt,quod magnitudo carnis & reliquarum ſpetierum definita ſit ad maius & ad minus,ac q; neq; in infinitũ augeatur,neq; in infinitũ diminuatur.Probat aũt hoc ex totius compoſiti argumento,cuius partes ſunt ſimilares,& conficit argumentũ in ſecunda figura ſyllogiſmorũ conditionalium,& is eſt ſyllogiſmus,ſi partes poſſunt in infinitũ augeri ac minui,totũ quoq; id aſſequi poterit,qppe totũ ex partibus cõponatur,neq; enim põt totũ augeri vel minui nõ auctis,vel diminutis partibus,ſed non põt totum in infinitũ augeri neq; minui, itaq; neq; partes,quare ſtabit quantitas partium ad maius & ad minus,quare erit quædam minima caro minimũq; os , ſicut etiá ſunt maxima.Sed quiſpiá forte contradicet deductioni argumenti,qui faceret rationẽ pro Anaxagora,quoniá non oportet ſi in infinitũ fit diminutio ſimilarium,vt animalia quoq; & plante in infinitũ minuantur.nam ſi foret in vnoquoq; animali vnaqueq; pars carnis ſimilaris,vel oſſis,vel ſanguinis,cõſentaneum eſſet ſi augeretur pars, vel diminueretur,vt totũ adoleſceret & minueretur. At modo non ſic ſe habet res, ſed cũ plures partes ſimilaris carnis cõueniunt vel oſſis,vel reliquorũ ſimilarium ita efficiunt carnẽ animalis & oſſa,igitur nõ neceſſe eſt animal vna diminui cum diminuantur ſimilaria.nam poſſunt multa ſimilaria & ſi paruiſſima ſint,componere animalis corpus,verbi gratia vt lapides ex quibus domus conſtat,poſſunt in infinitum minui,attamen domus non amplius diminuaretur in infinitum, quia ex multis & non ex vno lapide domus conſtituitur,componitur etiam interdum paucioribus ſi maiores fuerint , interdum ex pluribus ſi minores extiterint , quod ſi hoc ita ſe habet, omnino certa definitaque ſimilarium quantitas erit ex quibus hominis caro cõponitur . Sint ergo quinque partes ſimilares carnis , vtrum he in infinitum minui queunt an non . ſi quidem poſſunt minui in infinitum vna earum aliquam magnitudinem prorſus habebit in qua eſſe hominis carnes , vt in digitali aut milii magnitudine non poſſunt , quamobrem ſi homo non poteſt ad tantillum minui , perſpicuum etiam eſt , vt partes carnis ſimilares etiam

nequeant quare ad idem rursus deducitur ratio. Verum si quis diceret alias similares portiones suapte natura posse in infinitũ minui, sed cõpositũ ceu hoĩem nõ amplius posse suapte natura seruari diminutis partibus similaribus cum etiam secundum vos in minima magnitudine carnis potentis consistere ipse ponatur, siquidem huius hominis caro est qualis puerorum, vel embrionis, tamẽ in animali perfecto quippiã magni diminui prius non posset quin totũ animal corrũperet, sic ẽt si partes similares in ĩfinitũ diuident, ĩñ totũ animal suapte natura nõ posset cõsistere in quantalubet parte similari. Sed hæc rõ est eorũ qui non tuent neq; seruant suppositiones anaxagore, qui dixit nihil aliud esse cõpositũ q̃ concursum partiũ similariũ. Nã id apud nos merito sequit, qui huiusmodi elementorũ cõpositioni & mixtioni asserimus formas extrinsecus aduenire, quæ sunt entia a subiectis distincte. Non.n. quantũcũq; se habentium similariũ portionũ mixtioni formæ suapte natura aduenire pñt. at apud anaxagorã hoc sequi nõ põt qm̃ nihil extrinsecus aduenire præter similaria voluit, sed ipsa prorsus in simplicibus esse dixit. Et enim oculi ver. gra. diuerse tunice & tricæ, ac ipsi colores & oẽs qualitates cõpositi cũ insint simplicibus, consentaneũ est sequi, vt prorsus vna cũ diminutione similariũ & totũ minui. nam cur quemadmodũ plures vel maiores similares portiones oculi cũ conueniunt magnũ efficiũt oculum, nõ ita minores vel paucæ nõ efficient paruũ? Quare deductio necessario, vera est quantũ ad suppositiones anaxagore. Quid aũt est dictu hoĩes carnes ex pluribus constare carnibus asserere. nã cur vnũquodq; ex his tot multis carnibus, & nõ ex pluribus cõstituitũ est; si quidẽ sectio similariũ fit in infinitũ, quare neq; prorsus vna quædã erit portio similaris neq; vna hoĩs caro. itẽ accidit illud ridiculũ Elephantis carnes ex minoribus paucioribusq; carnibus cõponi posse & carnẽ culicis ex pluribus. nam nihil interest amplius dicere ex paucioribus vel pluribus aliqd cõstare, cũ principiorũ magnitudo ad maius & ad minus indefinita illimitataq; sit.

DICO autem aliquam talium partium: in qnam inexistentem totum diuiditur: si uero non potest esse animal uel planta quantacunq; secundum magnitudinem & paruitatem: patet etiam ut neq; partium ulla poterit mole quantauis esse. Erit enim & totum similiter. At os & caro & huiusmodi cætera sunt partes animalium: & fructus plantarum. Patet igitur neque os: neque carnem: neque aliud quicquam in maius uel in minus mole quantumuis esse posse.

Dupliciter ea particula textus (inexistentem) põt accipi intelligiq;, vel vt ad partẽ referatur. vel vt ad totũ. ad partẽ autẽ hoc modo legẽdum est. Dico autẽ has partes quæ post diuisionẽ totius subsistunt & nõ corrũpuntur. Nam semper fiunt quidã defluxus ex corpore ex & excidia, cum igitur quædã corpora defluant excidantq;, possunt post diuisionẽ totius subsistere. Si autem, illa particula in existentẽ, ad totũ referri intelleximus sic exponendus est textus, partes aũt dico has, quibus ẽt a toto diuisis nihilominus totũ seruat. He vero sunt (vt dicebã) corpora quædã quæ semper ex nobis defluunt. Hæc aũt est sentẽtia authoris. Verũ hoc adiecit quoniam cum dixerit superius (cuiuspars magnitudine paruitateq; quãtauis esse potest) ne quis suspicetur ipsum totius partes appellare materiã & formam, propter hoc inquit. Dico autẽ eas partes quæ post diuisionem totius per se ipsa subsistunt, videlicet diuisæ a toto non corrũpitur totum, quorum neutrum materiæ & formæ cõpetit. nam cum materia & forma separãtur, non amplius totũ remanet. Item neq; pñt per seipsas subsistere. Præterea materia & forma nõ sunt corporis partes, sed elementa, iccirco neq; dicerentur diuidi ab eo ac seiungi. Nam diuisio dicitur esse totius in partes, & resolutio in elementa. Caro autem & huiusmodi alia sunt partes animalium, & fructus plantarum. Nam quemadmodum animal dissimilare est, ita etiam plantæ. Nam partes plantarum truncus ramus, cortex, follia, fructus, ac intestina lignorum & aliquid aliud simile, quæ sunt diuersarum spetierum inter se, licet vnumquodq; in se sit similare. Quomõ differũt absolutio & diuisio. Textus.

PRAETEREA Si talia omnia ipsismet mutuo insunt: & non generatur quicquam: sed separantur ea quæ insunt: & appellatur ab eo quod magis abundat in eo, ex quouis quodlibet demum segregatione fit: ceu aqua ex carne & ex carne aqua. Cum autem omne corpus finitum ablatione finiti corporis consumatur, perspicuum est non posse quodlibet in quouis esse.

Primum argumentum vult afferre, deinde dicens opinioné Anaxagoræ priusquá cócludat consequens ponit secundá dignitaté, quoniá ex vtrisq; primú argumentú cócludit, inquit ergo omne corpus finitú corporis finiti tollit ablatione, dicit aút consumatur pro mensurat. Nam id quod metitur cum semper equalia demantur de ipso a sua mensura, deficit tandé & cósumitur.

ABLATA enim ex aqua carne: rursusq; ex aqua reliqua segregata: & si semper minor ea quæ secernitur erit: non tamen omni magnitudine minor euadet. Quare si segregatio stabit non in quolibet quoduis erit. Nam in reliqua aqua non inerit caro: si auté nó stabit: sed semper sequestratio fiet in finita magnitudine sane equalia finita erunt multitudine infinita. Quodquidem est impossibile.

Vt ne quis dicat minime oportere semper sublatis carúculis in aqua carné deficere siquidem equalia semper auferantur, &.n. necessariú esset deficere illá, quia metitur finitú a finito, & quia ea modo quæ auferuntur semper minora sunt, quare nó est necesse eá deficere cum continuú sit diuisibile in infinitú. ob id ergo inquit Arist. quod quáuis semper minora auferantur attamé quandá magnitudiné secundú paruitaté prorsus non excedunt seiuncta. Quoniam igit defini tur terminaturq; quátitas carnis, non erunt profecto he portiones quæ separant minores minima carne, sed stabit segregatio vsq; ad minimá carné, ergo prorsus necesse est vt minoribus carúculis separatis totú consumatur, quoniá finitú a finito tollitur ablatione, vel si non hoc dabitur, equalia finita numero tamen infinita in ipso finito inerunt, quod impossibile est, igitur magnitudo aliqua non excedet paruitaté idest nó ex quacúq; magnitudine minor separari pói, q̃q̃ minor semper separet. na é aliqua magnitudo minimæ carnis a qua minoré seiúgi é ípossibile.

PRAETErea si omne corpus parte aliqua ab eo sublata fieri minus necesse est: & carnis quantitas definita est magnitudine & paruitate, constat ex minima carne nullum omnino corpus secerni posse, alioquin minima minor foret.

Alterum argumentú & tertium a principio, quoniá si definita est quantitas carnis non poterit ex minima separari aliquid, nam si separaretur ex ea aliquid foret minor minima, quod profecto fieri nequit. Verum hoc impossibile est, partim quia omne corpus quodam sublato minus fit, partim etiam quia omne finitú mensuratur ab omni finito.

ITEM in infinitis corporibus caro iam infinita sanguis cerebrumq; inesset.

Quartum argumentum hoc est, quoniam accidet in vnaquaq; portióe similari infinitis existentibus, & rursus in vnaquaq; alia infinitis existentibus & hoc infinitú, infinities infinitú esse.

SINGVLA tamen essent ab aliis separata: & nihil minus infinitum. hoc autem a ratione alienum est.

Separata dixit pro his quæ actu & interstitiis seu locis sunt disiuncta, & nó queadmodum dicimus in materia potentia omnia inesse. Non.n. ita dixit Anaxagoras omnia inter se misceri ac mutuo inesse queadmodú materia dicitur omnia esse in potentia, sed potius dixit quemadmodum in toto semine cuncta insunt, vt ordeum, triticum, & reliqua semina quæ actu sunt in cumulo, igitur (inquit) insunt in vnaquaq; similaritate infinita corpora, & nihil minus vnúquodq; quod inexistit & ipsum infinitum est. Nam & in illo infinita sunt.

ID uero quod asseritur nunquam omnia segregata fore non scite quidem dicitur licet recta dicatur. Nam affectiones inseparabiles sunt.

Quod mens stolida sit quam posuit Anaxagoras patet, quia tentat impossibilia facere, siquidem velit ipsa omnia separare, quod quidem impossibile est. Verum q; nunquam omnia separentur, quáquam ignare minusq; perit Anaxagoras dixerit, attamen recte dixit. nam ipse sensit corpora nunquam abinuicem secerni segregariq; siue secundum habitus, siue secundum affectiones. Verum non eo quod ipsam naturá non habeant per se non subsistunt, sed quia propter mixtioné ea q̃ miscent nó possunt pure sincereq; separari, ceu si quis dicere vinú mele commixtum abinuicé separari, non posse vinum neq; mel. Si ergo in omnibus affectiones & habitus sunt, quæ per se subsistere suapte natura nequeunt, & mens ipsa querit hæc separare, quoniam vult omnia secerni, igitur stolida est quia periclitatur ea facere quæ fieri non possunt.

Si ergo

SI ergo colores atq; habitus mixti sunt: si fuerint segregati: erit quippiam album: aut sanum quod non aliud quicquam erit nec in subiecto: quare ipsa mens absurda est sane ea quærens quæ fieri nequeunt; si separata quidem reddere uult. Hoc enim effici non potest tam quantitatis: quam qualitatis etiam ratione. Quantitatis quidem: quia non est minima magnitudo. Qualitatis autem: quia affectiones inseparabiles sunt.

Non.n.est aliquod idẽ albũ quod per se fit, sed oportet prius aliquod alteꝝ eẽ, deinde albũ, vel nigrum esse, vel aliquid huiusmodi. Nam albũ vel homo, vel equus, vel cerussa colorq; meretricius, aut aliquid aliud est. Si ergo affectiones separanẽ, erit profecto quippiá albũ quod neq; homo erit, neq; aliquid aliud præterea neq; in aliquo subiecto erit quod quidẽ impossibile ẽ. Verum dixit Arist. de subiecto pro hoc scilicet in subiecto esse, qđ multis in locis dicere consueuit.

NEq; etiam recte generationem eorrum quæ sunt eiusdem spetiei capit. Nam lutum in luta diuiditur atque in ea quæ luta non sunt.

Quod praue acceperit ea quæ fiũt ex similibus fieri ostẽdit. Nã homo fit ex hoibus & equus ex equis. & quædá alia fiunt ex his quæ diuersaꝝ spetieꝝ sunt. Nam ex putrescentibus equis vespe nascunẽ, & ex tauris apes, ex aqua aer, & ex aere ignis. Praue igitur accepit prorsus ex similibus in spetie generationẽ fieri. Veꝝ hoc accepit, qm̃ existimabat ex nõ ente nihil fieri, & ea quæ ex aliquo fiunt non sine cõtrario produci. Vnde non recte accepit ex nõ ente aliquid non fieri. s. ex nihilo tanquá ex materia aliquid nõ fieret, qm̃ necesse est aliquid produci ex nõ ente. Et enim quod fit ex materiali causa generaẽ ex non ente, Nam sperma aliquod non ens est, quippe id nõ fit homo. Item ꝙ fit secundũ cám efficientẽ fit ex non ente, qm̃ oportet necessario differre cám ab effectu, & si non secundum aliud differret, saltim prorsus differret secundũ hoc qa cá nõ est effectus, quare cá efficiens, est aliquod non ens, quippe quæ non fit id quod a causa ꝓducitur. Qũo ꝙ efficitur ex non ente fiat.

ET non idem modus est. quo lateres ex domo: & domus ex lateribus fit.

Inquit non eundẽ esse modũ, quo domus ex lateribus fit, & quo lutũ ex lutis. Nã domus fit ex lateribus qui ab ea sunt spetie diuersi, sed lutũ fit ex lutis eiusdẽ spetiei. Dicebá aũt quod non proprie dicitur lutum ex luto generari, quippe hoc non fit generatio, sed additio, nisi quis dixerit generari simpliciter quando tantum luti simpliciter generatur.

SIC aer & aqua ex sese mutuo fiunt & fiunt. Melius autem est minora: & finita principia: quod quidem Empedocles facit.

Idest quæ sunt diuersarũ spetierũ, quemadmodũ etiã domus ex lateribus fit. (Atqui longe melius est finita accipere principia quod quidẽ facit Empedocles.) Nam si generari queunt ex finitis principiis quæcunq; ex infinitis producunẽ, longe melius erit ex finitis generari, ꝙ ex infinitis, siquidem infinita ignorenẽ, Vnde Empedocles eo qđ finita posuit principia rectius sensit. Textus

OMNES igitur contraria principia faciunt. Vidq̃uo Arist. a principio libri eũ dixit. Necesse est aut vnũ aut plura principia esse, loquebaẽ de pricipiis materialibus.

Cum opinioni Parmenidis & Melissi a principio contradixit. & demõstrauit fieri nõ posse, vt vnũ ens sit, quippe id neq; principiũ esse queat, neq; id quod proficiscit a principio, & deuenit ad opiniones naturaliũ & dixit quod eoꝝ quidá vnũ statuunt esse principium. Quidá vero plura, & horũ quidam ea infinita esse, quidá vero finita astruxerunt, ac deinceps cõfutauit opinionem Anaxagoræ qui asserebat infinita esse principia. Cæterũ consequens erat ostendere plura non posse principia esse neq; finita, quo demonstrato relinquiẽ id ꝙ verũ est scilicet vnum esse elementum materiale. Nam de hoc dicere Aristotelis propositũ est. Et enim cum fecisset principiorum diuisionẽ, quoniá necesse erat principiorũ, vel vnũ esse, vel plura de materialibus principiis loquebaẽ. Quod vero aliquod principium rerum naturaliũ esset huius libri principio demonstrauit, vel potius accepit tanquá ab omnibus concessum ac datũ scilicet rerum naturaliũ esse principia, causas & elementa. Nos quoq; adiecimus. Theophrasti rationem, qua demonstrauit res naturales habere principia. Præterea idipsum ostendit Aristote. in rationibus, quas adduxit contra Parmenidem & Melissum in primis vbi nitebaẽ tollere de medio eam suppositionem, quæ præsertim destruebat rerum naturaliũ principia, eam scilicet suppositionẽ in qua

dicebatur ens vnũ eſſe. Nam ſi vnũ duntaxat erit principiũ tollit̃ (vt olim dicebam) principium & id ꝙ proficiſcitur ex principio. Deinde vbi dixit ſi plura ſunt quæ ſunt, introduxit aſſeruitque

Qũo principiũ rerꝫ naturaliũ vide.

ipſa a quodã pricipio emerſiſſe. Nam cum ſit quædã conuenientia cõmunione ac differentia in multis, quæ neqꝫ a caſu ipſis aduenit neqꝫ ab vno illorũ cæteris dat̃ qm̃ illud eſſet principiũ, relinquit̃ ergo cõmuniiatẽ ipſis a ſummo quodã alio principio immitti ac impertiri. Quod quidẽ igitur ſit rerũ naturaliũ principiũ patet. Hoc aũt neceſſe eſt vel vnũ eſſe, vel plura, ac finita, vel infinita, quod quidẽ igitur non poſſint eſſe infinita principia demonſtrauit in rõnibus contra Anaxagorã & merito primã hanc ſuppoſitionẽ confutauit, quoniã ipſa magis opugnat veritatem, dico ſcilicet eam quæ dicit vnum eſſe materiale principiũ. Si ergo vnũ eſt materiale principiũ & non poſſunt plura eſſe, multomagis neqꝫ infinita. conſequens aũt erat ſecundũ probare, ſ. neqꝫ plura & finita eſſe poſſe, vt reliquũ verũ eſſe ſic relinquatur ſcilicet vnum eſſe materiale principiũ. At ipſe modo hoc nõ facit, ſed primũ aggredit̃ principia formalia ponere, deinde recurrit ad reliquũ, & oſtendit neqꝫ plura & finita principia materialia eſſe poſſe. Nam cum oſtendat oportere principia formalia cõtraria eſſe, vt agendo & patiendo mutuo inter ſe generationẽ & corruptionẽ efficiant quoniã nõ quoduis agit in quouis, neqꝫ quodlibet patitur a quolibet, ſed contrariũ a cõtrario, rõnem affert. & oſtendens quod non poſſint eſſe ſola principia contraria, quoniã ipſa in ſeipſa agere non pñt, neqꝫ a ſeipſis patit̃, ſiquidẽ ipſa ſimul eſſe ſecundum ſe

Qua de cã introduxit ſermonem de materia vidẽ Simpliciũ & Alexã. ac Porphiriũ.

prorſus nequeãt. At ea quæ agunt & patiunt̃ neceſſe eſt, vt ſimul ſint & in idẽ cõueniant, neceſſario introducit ſermonẽ de materia, quoniã oportet eſſe quodã tertiũ principiũ ꝙ contrariis ſubiiciat̃, & diuiſim patiendo ab ipſis generationẽ & corruptionẽ efficiat. Deinde hoc accipiens probat reliquũ mẽbrũ diuiſiõis materialiũ principiorũ quod nõ poſſint plura eſſe & finita principia materialia, quoniã ſi ſufficit vnũ ad generationem rerꝫ ꝙ contrariis ſubiiciatur, ſuperuacaneum aliud erit. Hæc autẽ ſuis locis explicabimus, ac rimabimur. Nam hæc in præſentia diximus gratia continuationis ſermonis & diſpoſitionis eorũ quæ ſequunt̃. Propoſitũ igit̃ eſt oſtẽdere principia formalia cõtraria eſſe, quod igit̃ contraria ſint teſtimonio antiquorũ & ex ipſa ratione facit fidẽ. Et enim cuncti ſtatuerunt principia cõtraria eſſe tum ii qui vnũ eſſe poſuerunt, tum etiã ii qui entia plura eſſe aſſeruerunt.

Qũo Parmenides poſuit plura pricipia: Vidẽ ĩ ſimplicio.

Et enim ipſe Parmenides in libris quos ſcripſit iuxta veritatẽ cum dixerit id quod eſt vnũ eſſe, in libris vero ad opinionẽ contraria principia eſſe ſtatuit calidũ & frigidũ. Appellat aũt frigidũ terrã, & calidũ ignẽ, calidũ aũt & frigidũ ſunt contraria. Item Empedocles quatuor elementa dixit principia, & ignẽ calidũ eſſe, cætera vero frigida. Item qui denſitate & raritate elementi quod ipſi ſtatuebãt, alia fieri dicebant, quorꝫ vnus ẽ Thales qui contraria poſuit principia. Nã raritas & denſitas cõtraria ſunt. Præterea Democritus cum ſtatuat vacuũ & athomos quas plenũ vocauit. Nam plenũ & vacuũ dixit eẽ principia rerũ, plenum autẽ & vacuũ contraria ſunt, quæ etiã appellauit ens & non ens ac vnũ & nihil, vnũ quidẽ plenum, nihil aũt vacuũ, congregationẽ vero & ſegregationẽ Democritus & Anaxagoras dixerunt eſſe cauſas generationis & corruptionis eſſe, quorꝫ alter eas cauſas generationis athomorum, alter vero ſimilarium. Item Plato poſuit magnũ & paruũ principia. Hæc autẽ omnia contraria ſunt.

Dubitatio pulchra.

Sed forſitam quiſpiã dicet non oẽs ſua principia formalia poſuiſſe contraria, quoniam Plato magnũ & paruũ materiã appellauit. Et Empedocles quatuor elementa materiã rerum eſſe ſtatuit, Parmenides quoqꝫ ignẽ & terrã materialia principia poſuit, quippe qui certe non ita dixit, vt quiſpiã poſſit opinari illũ dixiſſe ignẽ cauſam efficientẽ, vel cauſam formalẽ, & terrã materialẽ. Nam ſi hæc cõtraria ſunt, nõ põt alterũ alteri ſubiici velut materia, quoniã contraria ſeſe mutuo interimunt ac perdunt, materia aũt eſt formæ ſeruatrix quare hac rõne non eſſet vnũ forma, & alterũ materia, imo neqꝫ ignis eſſet efficiens. Nam ponunt̃ ipſa eſſe cõtraria. At cõtraria ſunt eque potentia, & nihil magis vnum in alterũ agit, quã econtra alterũ in alterũ. Verũ ſi quidã horũ poſuerint cõtraria velut materiã nec ne, nunc non eſt ſimpliciter ꝓpoſitum demonſtrare. Equidẽ nonnulli ipſa velut materiã acceperunt, nonnulli vero vt formã, ſed quod

Tres cõdĩones pricipiorum.

ſimpliciter ab ipſa rerũ natura moti cõtrarietatẽ in principiis poſuere. Et hoc merito. Nam oportet principiis oĩno maximeqꝫ primis hæc tria ineſſe, primũ vt non ſunt ex aliis, alioquin nõ eſſent prima principia, ſecundũ vt neqꝫ ex ſeipſis mutuo fiant, quoniã non eſſent proprie principia prima. Nam hoc mõ vnũquodqꝫ eſſet principium & nõ principiũ. Tertiũ vt ex ipſis alia fiãt, hoc enim eſt maxime propriũ principiis. Hæc aũt oĩa primis contrariis inſunt, prima aũt contraria dico quæ ſunt magis generalia ad quæ alia reducuntur. Hæc aũt non fiunt ex aliis, quoniã primo inſunt materiæ non ex ſeipſis mutuo, quia neutrũ eſt efficiens alterius, ex eis aũt alia cõſtãt, quoniã ſecundũ cõiunctionẽ illorũ ad materiã omnia alia fiunt. Et quoniã ſecundũ mutationẽ

generatio

generatio fit,& omnis mutatio est ex contrariis in contraria,vt demonstrabitur. Hoc igitur modo ostendit ex veterũ opinione pricipia esse cõtraria,idipsum quoq; ostendit ex rõne. Verum prius accipit duas dignitates quasdã quæ conceduntur ex cõmunibus cõceptionibus. Vnum est vt quoduis a quouis nõ sit idoneũ pati,neq; agere in quoduis,non enim ageret linea in dulce,neq; pateref ab eodẽ,neq; ferrũ certe in adamantẽ ageret,itaq; quoduis non fit a quouis, & hoc fit secunda dignitas.Non enim fieret ex musico aliquid dulce,vel ex nigro musicũ,sed albũ ex nigro fit,& calidũ ex frigido,& ex bono malũ,& econtra,similiter aũt & corruptũ non corrũpitur in quoduis. Non enim corrumperef musicũ in nigrum,vel nigrũ in dulce,sed musicum in imusicũ corrũpitur,& nigrũ in album,& dulce in amarũ, quare cõtrariũ fit ex contrario, & corrumpif contrariũ in contrariũ. Et non oportet admirari si dixerimus a pricipio contraria non fieri ex seipsis mutuo,& nunc dicimus ipsa eo modo fieri.Equidem ex euidẽtia accepimus non quoduis a quouis gigni,neq; in quoduis corrumpi,sed fit ex contrario & corrumpitur in contrariũ.Nam paulo superius dicebamus cõtraria ex seipsis mutuo non fieri,neq; velut ex cã efficiente,neq; velut ex materiali.Neq; enim frigidũ productiuũ est calidũ neq; vim creandi producendiq; illud habet,similiter neq; calidũ frigidi,neq; simpliciter cõtrariũ cõtrarii,imo contrarium fieri solet,qm̃ cõtraria sese mutuo vicissimq; interimunt.Item neq; cõtraria ex sese mutuo fieri dicimus veluti ex ære,dicimus fieri statuã,qm̃ non sustinet alterũ reliquũ aduenienς quẽadmodum æs sustinet formã statuæ,& simpliciter materia formã.Nam hoc modo simul essent cõtraria.Sic ergo diximus cõtraria mutuo vicissimq; a sese non fieri.Rursus dicũtur fieri a sese mutuo idest post sese scilicet vnũ post alterum,quẽadmodũ. Plato in phedone magis proprie noiauit cum dixit ipsa post sese fieri,quoniã post albũ mox suapte natura idoneũ est nigrũ fieri,& econtra corrupto nigro rursus fieri albũ,& sic in oĩbus fieri cõtingit. Sic ergo oportet fieri cõtraria a sese mutuo,qm̃ non fieret aliquod calidũ nisi prius extiterit id frigidũ,ita calidũ corruptum mox in frigidũ mutatur,igitur generatio prorsus fit ex cõtrario in cõtrariũ, & corruptio similiter.Si hoc ergo admittif,sint pricipia oium quæ natura fiunt contraria,quod quidem perspicuũ ẽt est in generatione & corruptione accidentiũ,sed qm̃ cõiter oium principia quærimus & ipsarum substantiarũ,oportet demonstrare qũo & substantiarũ pricipia sint contraria. Nam demonstratũ est substantiæ nihil esse cõtrarium,igitur generatio secundũ alterationem perspicuo fit ex contrariis in contraria,& non solũ ipsa, sed etiã mutatio simpliciũ corporum. nam & si substantia non sit substantiæ cõtrariũ,attamen secundũ contrarias qualitates mutatio elementorũ inter se mutuo fit,quoniã ignis non est cõtrariũ aquæ,vt substantia substantiæ. Nam cõmune subiectum habent,secundũ tamen cõtrarias formas vnũ quodq; ipsorum formatur & specificatur,alterum qdem secundũ calidũ & siccum,alterũ vero secundũ calidum & humidum,cum dicitur autẽ substantia non esse cõtrariam substantiæ non simpliciter oĩs substantia intelligitur,sed composita cum simplices formæ secundum cõtrarietatẽ designentur, ac determinentur,dico.s.calidum,siccum humidum,& frigidum.in compositis autẽ nihil est omnino alteri cõtrarium,qppe oium idem & vnum subiectum sit.itaq; q simplicia ex cõtrariis fiãt & in contrariis corrumpantur siue mutatio fit secundũ substantiã, vt in elementis, siue secundum accidens perspicuum est. At vero in compositis substantiis non amplius liquet eas habere ortum ex contrariis,& in contraria corrumpi.Verum hoc accidit(vt ait)quia cõtrarie affectiones ac dispositiones in illis non nominantur.Vt igitur ostendat cõpositorum generatiões contrarias esse inuenit methodum & viam suapte industria,qua ostendet substantias compositas omnino ex contrariis fieri.Inquit igitur eas substantias quæ per cõpositionem simpliciũ fiunt, quandam habere compositionis simplicium proportionẽ & concentum cõuenientiamq;.nam huiusmodi simplicium compositio complexio seu mixtio composita efficit. Et vt summatim dicamus compositæ res,vel solum ordinem retinent quo factæ sunt, vel compositiõem solum, vel vtrunq; ,ceu statua quæ quidem solum ordinem habet, cum vnãquãq; partem oporteat proprium locum habere,cumulus vero fructuum solã cõpositionem habet, neq; oportet acinos mali punici habere ordinem,sed duntaxat coaceruum.Domus autẽ ordinem & compositionem habet.Hæc ipsa quoq; licet videre in naturalibus.nam in similiaribus sola compositio est ceu lapidum,carnis sanguinis,& talium huiusmodi.Compositio vero & ordo habentur in animalibus plantis, & aliis huiusmodi quæ sunt dissimilaria,ordinem autem solum in naturalibus inuenire non possumus.Perspicuum autem est differre compositionem naturalium a compositione artificialium,quoniam in illis solum est cumulus & additio componentium,in naturalibus autem quædam componentium inter se mutua conuenienta & cognatio est;

Pria dignitas.

Scda dignitas.

Tollit obiectionẽ q̃dã.

Ecce pũctũ dissolutionis ipsius obiectionis.

Qũo pricipia sbarum sint contraria.

Hoc ilo co cõsẽtit Alex. q voluit dcm̃ Aristo,itelligi d substãtiis cõpositis.

Ecce qũo dicit qualitates formas elementorum cũ Alexandro.

quam complexionem vocamus. Si ergo secundum quandam compositionem & armoniam conuenientiamq; lapis fit lignum, equus, & homo constat etiam hæc fieri ex incõuenientia & in compositione, ceu domus quæ cum componitur & figura eius fit ex in compositione atque ex huiusmodi in figuratione fit, sic etiam concentus fit lydius, vel phrigius, aut Ionicus qui cum fit concentus cordæ superioris ad inferiorẽ, sequialterani verbi gratia, aut sequitertiam, vel duplam proportionẽ habet. Et enim constat illum fieri ex dupla & non ex sequialtera neq; sexquitertia, quæ quidem est quæuis in consonantia concentus quem lydi vel phrigii, vel Ionici canunt. Rursus etiã armonia & compositio corrumpitur in incompositionẽ & in ipsam non armoniam inconuenientiãq; vocum. Quemadmodũ igitur, hæc se habẽt ita se habet generatio substantiarũ: Nam homo est quædam talis compositio, & Simpliciũ conuenientia cui apta est formaaduenire & ex ea educi, quam constat ex incompositione & inconuenientia fieri, atq; simpliciter omne q; fit ex non tali producit, verum non ex non tali quocũq;, sed ex opposito, & quãquam habitus & formæ quæcunq; proprio noie appellarentur, tamen horum proprie affectiones dispositionesq; nõ potiuntur propriis nominibus, sed cõmuni priuationis noie vocantur. Vnde hæc non plane videntur fieri ex cõtrariis, queadmodũ calidũ, frigidũ, siccum, & humidũ, quibus vicissim inter se corpora simplicia transmutantur. Vnde perspicuũ est in his esse contrarietatem qua fiunt, sed in generatione compositorũ, propterea quod opposite dispositiones propria nomina non retinent, latere atq; occultum esse videtur, si eorum generatio sit ex contrariis, & non simpliciter ex priuatione, vt artificialium generatio se habet. Nam lydius concentus fit ex inconcentu lydio, & inconcentus lydius potest fieri concentus lydius & quicunq; alter, potest nãq; cordis vtrumq; se habentibus fieri inconcentus, & is varie alius atq; alius fit cordis vario diuersoq; modo ordinatis, vel potius remissis. Domus ẽt cõpositio cum fit ex incompositione, ipsa extruit ex indefinita incompositione. Nam põt alius atq; alius fabricator & opifex ex alia atq; alia inconuenientia, & incõpositione lapidum cõponens lapides domũ condere & adaptare. In artificialibus igitur non est aliquod definitũ certũq; oppositũ, quoniã in multis artificialibus neq; generatio fit ex contrariis, sed ex priuatione solũ, & hoc accidere solet, quoniã neq; figuræ neq; formæ aliquid aduersatur neq; cõtrariũ est, nisi aduersetur res formata rei formandæ ac informe formato, sed hæc tanquam habitus & priuatio opponuntur & non velut cõtraria. Quæcunq; igitur artes figuram solam, vel formã propriis operibus ingerunt. quoniã formæ figuræq; nihil est contrarium, idcirco neq; ex contrariis propria opera condunt, sed ex priuatione solũ, quæcunq; autẽ circa alias qualitatis species agunt operanturq; in quibus contrarium inuenitur, eadem prorsus ex contrariis vel omnino intermediis quippiã constituunt. Nã ex albo, vel intermediis nigrũ tinctores efficiunt, & crassum ex tenui, & durũ ex molle & econtra fiunt quocirca idẽ in oibus obseruandũ est. Sed de artibus hactenus. Natura autẽ quoniam non solã figurã rebus imittit nigeriq;, sed reliquas qualitates substãtiales in quibus ẽt contrarietas est, oino oportet quæ ab ipsa producunt ex contrariis quibusdã fieri, & si minime ipse contrarietates nominent & habeant noia. Non. n. simpliciter ex priuatione hoiem facit dico. s. ex nõ hoie quoniã etiã equus non homo est, & lapis, & oia quæ sunt præter ipsum non homo sunt, cur ergo homo non generatur proxime ex lapidibus, vel ex equo, vel ex alio quodã eorũ quæ sunt præter ipsum, dico. s. tanquã ex causa materiali, vt quoduis sperma equi habens proportionem cum mẽstruo fætuq; mulieris cum equus miscet cum ea non fiat materia hominis? Similiter cur proxime materia hois non fit lapis vel aliquid animatorũ, vel inanimatorũ? Quoniam neq; quæcunq; fiunt simpliciter ex priuationibus & non ex cõtrario, neq; eadẽ simpliciter ex quauis priuatione generantur. Equidem diceretur aqua nõ domus ac equus nõ domus, veruntamẽ ex his domus non fieret. qm̃ in his proprie non est priuatio, sed solũ negatio, priuatio aũt in his est in qbus habitus fieri suapte natura põt, sed in qbus solũ est generatio figurarũ & formarũ, in his inuenire non est contrarietatẽ in priuatione, in qbus aũt sunt ẽt qualitates passiue, in his necessario contrarietas inuenit cum priuatione coniuncta, itaq; in proxima materia ex qua homo fit, dico. s. ex spermate & fætu, & si hæc appellent non homo tanq̃ habentia in seipsis priuationẽ hois quã cum abiciunt mox formã hominis recipiunt, tamẽ necesse est quandam contrarietatẽ respectu hois habere, hoiem aũt voco compositũ. s. corpus formatũ aptũq; vt ei forma animalis adueniat. Nam si aliquid patitur & transmutatur substantialiter, & simile non prorsus in simile transmutatur, neq; simpliciter in aliquod diuersum, sed in contrarium, prorsus necesse est in spermate aliquã contrarietatẽ esse per quam patiens efficiat corpus formatũ ex humidiore verbi gfa siccius, ex tenui crassum, & ex calidiore frigidius, & ita patiẽs ma-

Cur lateat i cõpositiõis gñatione fieri ex contrariis vide Simpliciũ.

Vide p hoc primo de gñatiõe hũc iterpretẽ. s. ioã. ipm Grãmaticum.

gis, vel

gis,vel minus secundum contrarias qualitates varias hominis partes perficit ossa videlicet, carnes,neruos & reliqua alia. Verũ quod de hoc dixi illud ẽt de oĩbus aĩatis inanimatisq; sermo vi delicet de metallis. Nam ibi ẽt quædam proportio est,quare si hæc ita se habent,pspicuũ est om nem generationẽ fieri ex contrariis in contraria,similiter & corruptio,igitur demonstratũ est ẽt ex ratione oportere formalia principia contraria esse. Verum in cunctis artificialibus nunquã obseruanda est proportio & similitudo,quippe non ex ipsa incõueniẽtia & incompositione sedes fieret,& abaculus. Nunc autẽ sermo est de materia propinquissima quæ vniuscuiusq; proxima est. Nam ob id ẽt dicimus non oĩa ex omnibus fieri,qm̃ si loqueremur de materia simpliciter liquet secundũ hanc oĩa fieri ex oĩbus ac vnũquodq; dissolui in materiã,& ita materiam, cum vni subiecta foret oĩbus aliis subiici posse,& vel statim & ĩmediate,vel per quædam media dico.s.prima in alia atq; alia transmutari ceu lapide corrupto quatuor elementa quæ ei subiecta erant transmutarẽtur in fructus,& illi in sanguinem,& sanguis in sperma quod quidem est proxima his materia. Item ĩmediate transmutaretur,vt quãdo putrescente equo generantur vespe,& vermes. Quoniã igitur nobis sermo non est de materia simpliciter & cõmuni,sed de illa quæ est maxime proxima,dicerem non solũ in naturalibus,sed ẽt in artificialibus non ex quauis inconuenientia & incõpositione temere quãuis formam educi. Nã faber lignarius aliter præparat materiã abaculi,& aliter sedis,vel alterius cuiusdam,recte igitur præparata & disposita materia abaculi,& sedis nondũ tñ materialibus principiis in vnum digestis est quædam in materia abaculi inconuenientia,& incompositio. Idem ẽt in materia sedis seu scanni fit. Præterea neque abaculus fieret ex inconuenientia ex incõpositione quæ est in materia scanni. Similiter neq; scãnum fieret ex inconuenientia abaculi,propria igitur inconuenientia & incompositio vniciuq; diuisim & sigillatim opponit̃, in qua forsitan quandã contrarietatẽ cõspicere licet secundũ id ipsum inconueniens & incompositũ,idẽ de cæteris dicendũ est. Et. n. in lydio concentu si is esse acciderit,est quædam vniuscuiusq; corde extensio qua facta mox forma concentus nascitur,id autem quod erat ante ipsam eiusdem extensionis & conuenientiæ inconuenientia erat,igitur & si vnaqueq; corda congruam extensionem acceperit antequam cordæ,cõponerent̃ & in eisdem sonus contẽperaret̃,incõsonantia maxime pxima est lydio cõcentui contraria & nulla alia.

ET qui uniuersum dicunt unum esse atq; immobile. Nam Parmenides calidũ frigidumq; principia facit:atq; hæc ignem & terram appellat. Et qui rarum & densum principia esse aiunt:democritus quoq; plenum & uacuum ipsa esse principia asserit: quorum alterum ut ens:alterum ut non ens esse dicit. Item & hasce differentias affert:positionem inquam figuram:& ordinem:hæc autem sunt genera contrariorum:positionis enim sursum & deorsum,ante & retro. Figure uero angulis constans atq; non constans: rectum & circumflexum.

Aliquando enim Parmenides & omne dixit vnũ esse,in libris tñ quos ad opinionem conscripsit calidũ & frigidum posuit esse principia rerum. Et quidam rarum & densum, quorum est Thales,quippe q statuens aerem velut materiã raritate & densitate eius reliqua formari fieriq; dixit. Et Democritus plenum & vacuum. Nam athomos vocabat plenum quas vacuo dirimi inter ceptasq; esse dixit,atq; ex complexione coniunctioneq; vacui & pleni omnia specificari formari ac fieri dixit,sed quoniam non parua differentia est in his quæ sunt cum diuersas contrarietates supponeret sic tradebat rationes differentiæ eorum quæ sunt. Nam quantum ad plenum & vacuum,quoniã omnia ex his constant, non debebant nec poterant inter se mutuo differre,ob id igitur tria alia contrariorum genera asseruit quibus differrent & perficerentur. Nam athomos contrarias esse figuris,eo quod nonnullæ angulis constant,nonnullæ vero nõ constant ipse asseruit. Nam id q; angulis constat contrarium est ei quod angulis non cõstat,inquit igitur composita differre secundũ hanc contrarietatem eo quod aliqua constant angularibus contrariis,alia vero ex his quæ angulorum expertes sunt,præterea ipsa ordine athomorũ insectiliumue discrepant,ceu si in eodem prime athomi spherici orbiculares esse contingant,& posteriores pyramidales,ceu forte in homine athomi quæ supra sunt constitute orbiculares sunt,vnde caput ad rotunditatem vergit, pyramidales autem in genis aut gula sunt, in altero econtra primum autem contrarium est respectu posterioris. Præterea differunt positione insectilium seu athomorum,ceu si in eodem Pyramides inferius verticem haberent & bases supra. ceu in gula mandibulaq; inferius vextex & superius basis,& in altero econtra vextex superior

Sed quō Democritus posuit pricipia cōtraria vide priципiū libri.

&basis inferior aut infra constituta fuerint. Contrarietates autem secundum positionem sunt supra, infra dextrum sinistrū, ante & retro, quamobrē is etiam asseruit principia esse contraria. Verum vocauit figurā positionē & ordinē vocibus cōfusis ac indistinctis, rysmū, cōuersionē, & dispōnē distributionēq;. Rysmū vocauit figurā, cōuersionē positionē, & distributionē ordinē.

QVOD quidem igitur omnes contraria quodammodo principia rerum faciant perspicuum est.

Adiecit (quodāmodo) quoniā non proprie id quod constat angulis contrariū est ei qd non constat, vel rectum cuius priuatio est curuum. Nam rectum finitur terminaturq;, curuū autem indefinitum est, sic etiam angulare & inangulare. Huiusmodi enim sunt habitus & priuatiōes, quare vel inter se non prorsus opponuntur, sed solum diuersa sunt, vel siquis vellet ea opponi, aliter equidem nequeunt opponi q̄ vt habitus & priuatio.

ET hoc rationi consentaneum est. Nam oportet principia neq; ex sese mutuo, neq; ex aliis esse, & ex eis omnia, contrariis autem primis hæc insunt, quia nanq; prima sunt: ideo ex aliis non sunt: quia uero cōtraria sunt, ideo non ex sese mutuo fiunt. Verum idipsum quo pacto accidat, & ratione considerare oportet.

Tres cōdiōnes pricipiorum. Vid. Simpliciū.

Merito (inquit) contraria posuerunt principia. Nam hæc cōi consensu primis principiis competunt. Imprimis id cōpetit, vt non sint ex aliis, alioquin non essent prima principia. Secundū vt non ex sese mutuo fiant. Nam siue vnū sit ex altero id quod esset ex altero profecto non esset principium & principiū, siue vtraq; ex sese mutuo sint, nihil magis vtrū q; esset principiū, & nō principiū. Quod vero alia ex ipsis esse oporteat perspicuū est. Hæc igit̄ oportet primis pricipiis inesse, quia cū prima sint non possunt esse ex aliis, & cum sint contraria ex sese mutuo fieri nequeunt. Neq; enim contraria sese mutuo efficiunt, imo contrariū accidit, qm̄ contraria sese perimunt & corrumpunt, neq; alterū alteri subiici potest, si quidem oporteat primum principium imutabile esse, si autem imutabile existens alteri subiiceret̄ contrario, simul contraria in eodē erunt, quod quidē impossibile est. Qūo aūt omnia ex his sunt sic ostēdit̄, qa omnis generatio per transmutationem fit vt demonstrabitur, omnis aūt mutatio ex cōtrario in cōtrarium fit.

SVMENDVM est igitur primum non quoduis eorum quæ sunt in quoduis agere, neq; quoduis pati a quouis aptum esse, neq; ex quibuscunq; fieri nisi quis per accidens sumpserit. Quo nāq; pacto fiet album uel nigrum ex musico: nisi albo uel nigro sit accidens musicum. Sed album quidem fit ex non albo, atq; ex hoc non quouis, sed ex nigro, uel aliquo mediorum. Musicum autem ex non musico, atq; ex hoc non quouis, sed ex immusico, uel ex medio, si aliquid medium inter ipsa est. Neq; rursus in quoduis primum unumquodq; corrumpitur. Velut album in non musicum nisi idipsum nonnunq̄ accidat, sed in non album corrumpitur, atq; in hoc non quoduis, sed in nigrum, aut in medium. Eodem etiam modo musicum in non musicū, atq; hoc non in quoduis, sed in immusicum, uel in medium si aliquid horum intermedium sit corrumpitur.

Cum ostenderit ex testimonio veterum principia contraria esse, vult etiam ex ratione hoc ostendere. Imprimis autem ponit ea quæ communi consensu generabilibus & corruptibilibus insunt, videlicet q; neq; quoduis generatur ex quouis, neq; corrumpitur in quoduis, sed ex contrario in contrariū est generatio & corruptio, quod quidem patet in omni generatione accidentium. Nam ex frigido fit calidum in quo rursus ipsum corrumpitur, & id quod supra fit ex his quæ infra sunt transmutatur & econtra id q; fit inferius ex his quæ supra sunt generat̄, eodem etiam modo in omnibus nisi quis accipiat per accidens ex calido album fieri, quoniam nigro ex quo fit, calidum esse accidit. Similiter etiam musicus si calefit, secundum accidēs ex musico calidum fieri contingit, cum frigido ex quo fit, accidat musicum esse. Verum Aristo. videtur ipsimet aduersari, quippe qui superioribus dixerit contraria ex sese vicissim non fieri, et hic affirmet contrarium non aliter fieri quam ex contrario. Sed quomodo ibi negauit contraria ex seipsis mutuo fieri satis explicauimus. Hic autem ex sese vicissim fieri inquit, idest post sese ordine

Dubitatio.

dine quodam fieri, vt etiam Plato magis proprie ipſa nomina ait. Nam accommodatius magiſq; proprie dicerentur contraria poſt ſeſe ordine quodam fieri, q̄ ex ſeipſis viciſſim, quoniam neceſſe eſt omnino aliquod nigrum aliter fieri non poſſe, niſi prius album ſit. Item neq; fieri calidum, niſi antea fuerit frigidum.

Quid Plato optime dixit.

SIMILITER fit, & in aliis, atque in mediis.

Ceu ex fuſco fit aliquod album vel nigrum, medium namq; inter album & nigrum fuſcū eſt. Nam & ſi fieret aliquid ex inter medio colore ex eodem non fit quatenus inter medium eſt, ſed quatenus contrario participat. Nam fit ex fuſco nigrum non quatenus fuſcum eſt albi nigriq; commixtio, ſed, quatenus albo participat, quare hæc ex contrariis fiunt.

QVONIAM & ea quæ non ſimplicia, ſed compoſita ſunt eandem ſubeunt rationem. Sed latet idipſum: quia diſpoſitiones oppoſite nominibus carēt. Et enim omne conueniens fieri ex inconueniente, atq; inconueniens ex conueniente neceſſe eſt. Conueniens etiam in inconueniens & non in quoduis, ſed in oppoſitum corrumpi oportet.

Non vt quidam interpretati ſunt & putauere, quæ paulo ſupra dicta ſunt de his dicta fuiſſe quæ per accidens tranſmutantur, hæc autem modo de his quæ tranſmutantur ſecūdum ſubſtantiam, vt compoſitum intelligamus ſubſtantiam. Nam ſi compoſitum hic ſubſtantiam dixit quia conſtat ex materia & forma (vt aiunt) neq; qualitates in ſubſiſtentia conſpiciuntur & conſiderantur ſine ſubiecto. Item ſi de omni ſubſtantia hoc dixit, cum inquit. (Quoniā & ea quæ non ſimplicia, ſed compoſita ſunt) quomodo ait oppoſitas diſpoſitiones ſubſtantiarum ſecundum quas fit nominibus carere. Cum igitur Simplicium oppoſite diſpōnes perſpicue ſint, ex q̄bus tranſmutantur, dico inquam diſpōnes elementorum, Nam ex calido in frigidum & ex ſicco in humidum & econtra fit mutatio. Quid igitur habeo dicere. Dico quod cum propoſuerit ſe dicturum de mutatione omnium, & dixerit quomodo tranſmutata ſecundum accidēs trāſmutentur, & quomodo ſimplicia corpora. quoniam perſpicuo ex contrariis mutanť poſtea vero cum compoſitæ ſubſtantiæ videantur mutationes non ex contrariis obtinere, idcireo & his exercet rationem. inquit igitur quod etiam in compoſitis ſubſtantiis prorſus ex contrariis ſunt generationes, ſed quia oppoſite diſpoſitiones nominibus carent non ita perſpicuum eſt hoc in illis. Nam in quibuſdam communiter priuationes ipſorum nominantur, in quibuſdam autem neq; priuationes, ſed ſolum negationes habentur nominatæ. Nam ſubiectorum compoſitionem & conuenientiam ex quibus fiunt generationes, & eorundem inconuenientiam, & incompoſitionem communibus nominibus appellare poſſumus hæc ipſa appellantes conuenientiam, & inconuenientiam & compoſitionem, & incompoſitionem. Veruntamen propriā vniuſcuiuſq; conuenientiam, vel oppoſitam huic inconuenientiam non amplius habemus propriis nominibus appellare. Equidem ſubiecta ſic nominamus, & his oppoſita ex quibus fiunt, & in quæ corrumpuntur, tamen ipſarum ſpecierum oppoſitum priuatiue non amplius poſſumus nominare, ſed per negationem ipſum appellamus, non homo, non equus, quanquam ſpecies definitis nominibus nominentur, ceu homo, equus, & relique ſimiliter. Sed quanquā (inquit) non homo diceretur de equo, lapide, & omnibus præter hominem, conſtat tamen hominem non ex quouis non homine fieri, quoniam non fit ex equo, vel ex lapide, ſed eſt aliquid definite oppoſitum homini ex quo, vel poſt quod ſit, quod ſane quia non proprie nomine appellatur, errorem præſtat & efficit quo videtur generatio nunquam fieri ex cōtrario. Quod autē de homine dico, idē ſentio de omnibus. Item quid profero de generatiōe ita de corruptiōe aſſero.

Interpretatio quorūdam.

NIHIL autem intereſt ſiue de conuenientia dicere, ſiue de ordine, ſiue de compoſitione. Nam patet eandem rationem in cunctis eſſe, atque domum, ſtatuam, & quoduis aliud ſimiliter fieri. Domus enim fit ex non compoſitis, ſed hoc modo diuiſis. Et ſtatua, ac figuratorum aliquid ex non figurato ſic conficitur.

Qm̄ velut de cōſtructiōe cōueniētiaq; rōnē exercuit pp hoc dixit. Nihil aūt intereſt, & ſi non ſcđm cōueniētiā ceu in lyra fidiculaq;, ſed ſcđm cōpoſitionē, vel ſcđm ordinē ceu in exercitu ac ꝑlio fieri ſolet. Et.n. domus cōpoſitio fit ex incōpōe, & belli ordo ex iordinato naſciť. Eodē ēt mo

do,id quod figura imprimitur,vt ſtatua ex non figurato fit,& minime ex horum quouis, quoniam neq; ex inconuenientia,neq; ex incompoſitione,neq; ex inordinato neq; ex non figurato fit,ſed ex his quæ proxime ſue compoſitioni,vel conuenientiæ,vel alicui aliorum oppoſitorum correſpondent. Nam incompoſitio ad quamuis compoſitionem vt domus, nauis, vel ſtatuæ reſpectum habet ex qua non poteſt fieri domus,quare neceſſe eſt quandam definitam incompoſitionem eſſe ex qua domus ſtruatur. Et ſi non ſecundum aliquod penitus indiuiduũ. ſcilicet & ſi non ſecundũ definitã prorſus ac talem incompoſitionẽ ſaltim ſecundũ quandam latitudinem. Rurſus neq; hic fit ex quauis priuatiõe ſimpliciter,ſed eſt quædã ꝓpria priuatio,vel cõtrariũ aliqđ ex quo fit,& in qđ corrũpit̃. Quod vero de hac dico,idẽ quoq; ſentio de reliquis.

ATq; horum unumquodq; partim ordine:partimq; compoſitione conſtat. Si ergo hoc uerum eſt:omne quod fit ex contrariis profecto aut medio fit:& omne q corrumpitur in contrarium corrumpitur,uel in medium.

Domus quidem quædam cõpoſitio eſt,ſtatua vere potius eſt ordo partium. Nam cõpoſitio magis inuenitur in diſſimilaribus,vt in lignis lapidibus & lateribus ex quibus domus cõditur. Vel potius in domo eſt ordo & in ſtatua eſt cõpoſitio. Nam in domo eſt aliquid primũ, vt fundamenta,deinde aliquod ſecundum & poſterius,ceu parietes deinde tectum,& aliter fieri nequit. In ſtatua autem non ſolum ordo partium eſt,ſed etiam compoſitio.

MEDIA uero ſunt ex contrariis,ceu colores ex albo & nigro. Quare cuncta quæ natura fiunt aut contraria,aut ex contrariis ſunt.

Media.n.ſunt ceu fuſcum,pallidum rubeum,& oẽs colores inter album & nigrum, qui ex mixtione nigri & albi fiunt,quare ſi aliquid fit ex medio rurſus ex cõtrario fit. Nam quatenus medium participat contrario,ſic ex eo fiunt ea quæ fiunt,quare ſi hæc ita ſe habent, neceſſe eſt omnem generationẽ & corruptionẽ fieri ex contrariis,atq; in contraria abire. Illud autẽ ex contrariis & in contraria dixit,quia generatio ex contrariis eſt,& corruptio in contraria,perſpicuum tamen eſt q reliquum de vtraq; dicitur,quippe generatio ſit etiam in contraria,& corruptio ex contrariis. Verum viſitatius commodiuſq; illa præpoſitio(ex)generationi tribuitur, & illa(in) corruptioni vt ipſe poſtremo demonſtrat.

PLVRIMI igitur cæterorum hucuſq; fere conueniunt & conſentiunt, quemadmodum diximus prius. Nam cuncti elementa & ea quæ ab ipſis appellantur principia.

Cum oſtenderit teſtimonio veterum principia formalia contraria eſſe,atq; ratione,qm̃ cum tranſmutantur oĩa fit mutatio inter contraria,qm̃ autẽ vult principia cõmuniſſima accipere cu iuſuis rei quæ tranſmutatur,& non oĩa quæ mutantur ſecundũ contraria mutãtur. Et enim a malitia in virtutẽ,atq; ab inſcita & ignorantia in ſcientiam nonnulla mutantur, quæ non ſunt contrariæ. Neq; enim malitia & virtus ſunt contrariæ,neq; inſcita & ſcientia,ſed ſunt habitus & priuatio,quippe indefinitæ ſint malitiæ vti priuationes. At contraria ſunt definita,quoniã etiam ſunt formalia & ſpecifica,inſcitia namq; eſt plane priuatio ſcientiæ. Nam prius imbibunt peruerſas opiniones viri,deinde ad ſcientiam ducuntur & perueniunt. Nam & ii maxime opponuntur his qui ſciunt. Si quidem malitia & ipſa eſt vniuerſaliter priuatio,ſed indefinitas priuationis non eſt vnice vnoq; modo oppoſitio malitiæ ad virtutẽ. Quemadmodũ enim curuitas cum ſit rectitudinis priuatio non habet aliquem terminũ ideſt non eſt definita,ſed vnaqueque eſt rectitudinis alienatio ac priuatio,ita ſe habent malitiæ. Verum ſi quẽpiam acceperimus qui nondum imbiberit peruerſas opiniones,ſed a puero optime educatus in ſciẽtis,perſpicuũ etiã eſt,vt is ex priuatione.ſ.ex imperitia ad ſcientiã ducatur velut ad formã,q̃ppe nulla præſupponatur aduerſa ac mala opinio in eo eſſe,ſed ſolũ veri ignorãtia. Cũ igit̃ velit accipere principia cõmuniſſima quorumcunq; quæ mutantur,& non omnia(vt dicebam)quæ mutantur ſecundum contraria mutantur,vult ergo reducere contraria ad cõmuniſſima oĩum principia, dico ſcilicet ad formam & priuationẽ quatenus non ſolũ naturalia ſed ẽt ſuperiora ac excellentia mutantur,ac vult oſtendere hæc duo principia eſſe cauſas oĩs mutationis quæ ſua pñtia ac abſentia diuiſim oẽs tranſmutationes efficiant. Vult igitur ad hæc principia velut ad maxime vniuerſalia cõtraria reducere,ſed priuſquã hoc facit,in medio affert opiniones illoꝝ qui ante ipſum de pricipiis diſſeruerunt,& docet id quo cõſentiũt & id quo diſcrepãt, inquit igit̃ q cũcti q

Vide oppoſitũ a Platõe ĩ Mẽnone qui vult puerũ ñ ex priuatione ſciæ, ſed ex obliuiõe ad memoriã ꝓduci.

de principiis

de principiis rerum nonnihil opinati sunt & si viderentur quasdam contrarietates in principiis posuisse licet diuersi alias atq; alias statuerint, attamē consona ipsis dixerūt q cū secundū aliqd discrepare videanť etiā secundū aliquid cōsentiunt, discrepant.n.inter se, qm̄ nonnulli pricipia contraria magis particularia accipiunt, nōnulli vero magis vniuersalia. Itē quidā illa sensui notiora quā rōni, quidā autē econtra magis rōni nota q̄ sensui statuunt. Nam contrariorū quædam sunt magis nota sensui quā rōni, quædam vero econtra magis nota rōni q̄ sensui. Et horum, vtrorūq; quædam sunt magis vniuersalia, quædā vero magis particularia, quæ aut sensui magis nota sunt q̄ rationi hæc sunt ceu calidū frigidum humidum siccū, densum & rarū. Quæ autē magis nota rōni quā sensui hæc sunt, ceu lis amicitia par ipar vnitas & dualitas. De vtrisq; etiā quæ dam sunt magis vniuersalia & quædā magis particularia, ceu in his quæ sunt magis nota sensui particularia sunt verbi gratia albū & nigrū, & super hæc ceu magis vniuersalia calidū & frigidū, deinceps rarū & densum, super quæ magnū & paruū, & demq; excellētia & defectus, in his autē quæ sunt nota rōni ponantur hæc esse particularia, cōgregatio & disgregatio, qbus cōmuniora sunt lis & amicitia, supra quibus ēt par & impar, & deinde super his vnitas & dualitas. Quicunq; igitur principia statuerunt vel calidū & frigidū, vt Parmenides, vel rarum & densum, ceu Thales, vel paruū & magnum, vt Plato qui principia notiora sensui ponunt, sed quidā magis vniuersalia, quidā vero magis particularia. Item quicunq; litē & amicitiam statuerunt principia vt Empedocles, vel par & impar, aut vnitatē & dualitatē ceu pitagorei, ii certe acceperunt ea quæ sunt notiora rationi. Rursus horū Empedocles magis particularia contraria posuit. Pitagorei vero magis vniuersalia, qua ratione diuersa posuere principia diuersa. s. dico subiecto. Nam altera diuersaq; sunt hæc contraria calidū & frigidū a raro & denso secundū vniuersale & particulare. Eadē tamē cuncti posuerunt esse, quatenus oīa dixere eiusdem ordinis esse, idest eiusdē proportionis. Nam vt subiecto aliqua eadē sunt & rōne, ita ēt proportione, qm̄ dicere solemus vt hoc calidū se habet, ita & hoc frigidū. Hæc.n. indentitas siue similitudo neq; subiecto est, neq; rōne, quippe vtriusq; diuersa sit definitio, sed proportione duntaxat identitas est. Nam dicimus vt duo se habent ad quatuor, ita quingenta ad mille, hic rursus est idētitas fm̄ ꝓportionē. Itaq; eo cunctí dixere cōtraria qd ipsa oīa eiusdē ordinis esse affirmarūt. Sciēdū est.n. pitagoreos oīa entia, & oēs cōtrarietates in duos vtrinq; ordines redegisse. s. in ordinē boni, & in ordinē mali. Nā his oēm cōtrarietatē diuiserūt. in ordine nāq; boni qd melius ēēt cōtrarioꝝ in supremo loco posuit, in ordine vero mali peius deteriusq; i eodē loco collocauit, ceu albū & nigrū, rōnale in rōnale, frigidū & calidum, lis & amicitia, sed rationale, albū, calidū, & amicitiā collocauit in ordinē boni. his vero opposita in ordinē mali, quas cōtrarietates cū veteres verū principia susciperent, alterā eoꝝ partē in ordinē boni redigerenť alterā vero in ordinē mali. Præterea earum contrarietatū quæ sunt sensui notiores quædā ceu calidū separatio, & magnū sub excessu collocata in ordinē boni rediguntur, opposita vero sub ordine mali. Cuncti ergo posuere contraria secundū eundē ordinē. vel.n. calidum & frigidū, vel congregationem & segregationē, vel litem & amicitiam. Nam vt se habent calidum & frigidū, ita se habēt congregatio & segregatio, ac magnum & paruū, atq; lis & amicitia, quippe similiter opponanť, igitur & coalternatim se habent, qm̄ vt se habet magnum ad segregationem, & ipsa ad calidum ita se habet paruum ad congregationem, & ipsa ad frigidum. Nam similiter magnum est contētiuū segregationis & ipsa calidi, vt paruum continet cōgregationē, & ipsa frigidum quatenus, igitur veteres principia vtriusq; ordinis similiter acceperunt siue illa sint magis particularia siue magis vniuersalia, hac profecto ratione accipiunt ipsa eadem esse. Nemo enim accepit verbi gratia magnum & segregationē. vel segregationem & frigidū, quippe hæc non similiter a bono & malo distent, sed aliud magis, aliud vero minus, atqui omnes ea principia contraria quæ eadem distantia distant a bono & malo eadē esse accipiunt, igitur quatenus cuncti accipiun ex eadem coordinatione per se contrarietatem, hac ratione cuncti accipiunt illa esse eadem, verū sunt diuersa, quia alia sunt magis nota rationi, alia vero magis nota sensui. Item quia alia sunt magis vniuersalia, alia vero magis particularia. Cum igitur quærimus cōmunia omnium principia, perspicuum est eos rectius dicere, qui contrarietates magis vniuersales accipiunt, quare si qui magis particulares contrarietates accipiunt consentire rectius voluerint, eligant potius atq; ament dice e contrarietates magis vniuersales, vt ad plura extendant principia. Quocirca nos quærentes quæ sint communissima omnium principia oportet hæc ponere. Ad textum ergo veniamus. (Plurimi igitur cæterorum hucusq; fere conueniunt & consentiunt.) inquit cūctos vna voce vnoq; cōsensu in idē incidisse, cū ab ipsis posita sint a pricipia quæ appellanť cōtraria.

Vid Simplicium latius hæc dicit.

Quo veteres dixere eadē ēē pricipia.

QV anquã fine ratione ponentes: tamen contraria ponunt quasi ab ipsa ueritate compulsi: differuut tamen inter se: quia quidam priora: quidam posteriora, & alii ratione alii sensu notiora accipiunt. Nam quidam calidum & frigidum. quidam uero humidum & siccum.

Non quia nulla rõne vtebantur ad probãda ostendẽdaq; pricipia quæ statuebãt, sed qa nulla illarũ adeo psuadebat, vt eis fides adhibenda foret, sed quãq̃ inepte ignaueq; posuerint sua dogmata, attamen vna voce cũcti pricipia contraria esse statuerunt. Hactenus itaq; cõuenerũt dissentiunt aũt, qm̃ alii vniuersaliora, & quæ magis continent, alii vero particularia magis. Itẽ, ali sensui notiora alii aũt econtra rõni magis clara tradiderunt. Nam alii calidũ & frigidũ posuere vt Parmenides quorũ calidũ ignẽ profecto appellat frigidũ aũt terrã alii humidũ & siccum. Vnde Porphirius inquit Xenophanẽ ratũ fuisse siccũ & humidũ esse pricipia terram dico. s. & aquã. Et adiecit verba eius quæ hoc significant terra & aqua oĩa sunt quæ producunť & fiunt. Eiusdẽ etiã opinionis videť fuisse Homerus in quibus inquit. Atqui vos quidẽ oẽs ex aqua & terra ortũ traxistis. Et mirum non est hunc ita dixisse quemadmodum Parmenides in libris ad opinionem duo dixit principia, in libris autem ad veritatem vnum.

Vide cõ simile i Simplicio.

ALII par & impar. Nonnulli discordiam & concordiam causas generationis esse dixerunt. Hæc autem dicto modo inter se differunt. Quare quodammodo eadem dicere & diuersa inter se uidentur. Diuersa quidem ut etiam plurimis uidetur.

Litem & amicitiã Empedocles posuit, par & impar Pithagorei, quippe ii statuerint vnitatem & dualitatẽ esse pricipia, ii enim notiora rõni q̃ sensui dicebant pricipia, quoniã sensui non sunt nota lis & amicitia, neq; par & impar. (Diuersa qdem vt etiam plurimis videtur) idest perspicuum omnibus est eos aliquo modo diuersa dicere principia. Nam calidum & frigidum sunt diuersa a lite & amicitia & reliqua similiter.

Textus

EADEM autem proportione: quippe ex eodem ordine accipiant. Nam contrariorum alia continent alia uero continentur: hac ratione eodem ac diuerso modo deterius & melius aiunt. Et alii ratione: alii sensu notiora sumunt: ut prius diximus.

Quomodo secundũ eandẽ proportionem acceperint hoc exponens inducit. Quippe ex eodẽ ordine accipiant. Diximus vero qũo ex eodẽ ordine accipiebant. Nam cõtrariorũ alia continẽt, alia vero cõtinentur, qũo itaq; ex eodẽ ordine acceperint hisce explicat. Quoniã cum cõtrariorum alia sint vniuersaliora, alia vero magis particularia eos dico ex eodẽ ordine accipere cõtrarietates quoniã coordinata, similiter accipiunt contraria, vel continentia, vel contenta. Non enim accipiunt verbi gratia calidũ & nigrũ, quippe calidũ contineat, & nigrũ sit de numero eorũ quæ contineanť, sed accipiunt calidũ & frigidũ quæ similiter sunt contentiua, & deterius & melius. Vnde qui contrariorum ea quæ magis continent acceperunt. rectius accepere cum oporteat accipere cõmunissima pricipia quæ oĩbus rebus distribuanť. Qui aũt magis particularia assignarunt, ii peius dixere, qm̃ paucioribus cõpetũt, & nõ pluribus vel oĩbus cõpetere acceperunt.

ET enim uniuersale quidem notius est ratione. Singulare autem sensu. Ratio nanque ipsius uniuersalis est: sensus uero particularis: ueluti magnum quidem & paruum ratione: rarum & densum sensu notiora sunt. Patet igitur oportere principia rerum contraria esse.

Nunc & paulo superius idẽ notũ non accipit. Nam cum supra diuideret contrarietates in eas quæ sunt note rõni, & in eas quæ sunt note sensui, & in vnaquaq; earũ diuisionẽ faciebat secundum vniuersale & particulare. Nam erant in his quæ sunt nota sensui quædã magis particularia, quedam magis vniuersalia, similiter & in his quæ sunt nota rationi. Non igitur eodem modo quo ibi dixit sensui notum, vel rationi, hic dicit, sed in vnaquaque earum cathena dicit vniuersaliora esse magis nota rationi & sensui magis pticularia. Et enim in his quæ sunt nota sensui quæ magis vniuersalia sunt ceu raritas & densitas sunt ẽt magis nota rõni q̃ calidũ & frigidum, & hæc econtra magis nota sensui, q̃ rationi. Similiter vero excessus & defectus magis sunt nota rationi, q̃ sensui, & magis densitas & raritas. Similiter etiam in his quæ sunt secundum rationem

tionem nota, vniuersaliora magis sunt rationi notiora, q̃ magis particularia, sensui autem magis particularia nota sunt, q̃ magis vniuersalia.

CONSEQVENS autem est dicere. Vtrum duo: uel tria: an plura sint principia. Nam unum esse non potest: quia ipsa contraria non sunt unum: neq; infinita. quoniam id quod est sub scientiam non cadet.

Quod quidẽ sumenda sunt principia rerũ cõtraria iam superioribus demõstrauimus. Hic vero ꝓpositu est ostendere primã maxime & cõmunissimã contrarietatẽ prorsus vnã esse, quod ita q; cum velit ostẽdere repetit sermonẽ, quẽ a principio fecit, & ostendit fieri nõ posse, vt vnũ sit principiũ, neq; infinita sed plura vno, & eadẽ finita. Verũ ipsa diuisio nõ est simpliciter formalium principiorũ, aut materialiũ, sed cõmuniter principiorũ. Nã vt materiale principiũ necesse ẽ vnũ, vel plura esse, & si plura vel finita, vel infinita, ita oportet vniuersalia principia in eandẽ diuisionẽ incidere. Necesse est. n. vel vnũ esse principiũ, vel plura, & si plura aut finita aut infinita, Diuidens igitur extrema reliquit mediũ, & id quod verũ ẽ. Vnũ igiẽ esse principiũ nõ põt, quoniam demonstratũ est oportere principia contraria esse. At contrariũ alicui cõtrariũ est, qm̃ nihil est ipsimet cõtrariũ. Nam cõtrariũ est ad aliquid, quare impossibile est vnũ esse rerũ naturalium principiũ. Itẽ neq; pñt esse infinita principia. Primũ quidẽ, qm̃ tolleref de medio scientia, vt antea dicebaẽ, vel potius ipsam tenuẽ exileq; rerũ cognitionẽ. Nam infinita cõprehendi cognoscique nequeunt, sed ignoratis principiis ea quoq; ignorantur quæ ex principiis proficiscũtur, igitur ii vniuersalẽ oĩum ignorantiã introducunt, qui principia infinita statuere volunt. Deinde illud ẽt sequiẽ, quod in libro de generatione dixit scilicet quod duplicandũ esset infinitũ. Nam cõtrarietas cõtinet duo cõtraria, quare si infinita essent cõtrarietates, duplicia forent cõtraria, quare duplũ erit infinitũ. Deinceps inquit in vnoquoq; genere vnã quãdam contrarietatem esse maxime vniuersalẽ, quod quidẽ indicat ex inductione. Nam in superficie est maxime prima contrarietas secundũ latũ & angustũ. Nam asperũ & lene quãquã primo insint superficiei, attamẽ non quatenus ipsa est aliqua quantitas cõtinua, sed quatenus prædicamento positionis participat, quippe asperũ & lene secundũ quandã positionẽ partium insint eidẽ, atqui latũ & angustũ superficiei primo insunt tanquã vni speciei magnitudinis. Similiter in genere numeri maxime prima contrarietas est par & impar. Item in genere coloris nigrũ & albũ. Nam sub iis reliqua continentur. Si ergo substantia est aliquod genus cuius principia quærimus, prorsus oportet, vt in eadẽ sit vna maxime prima contrarietas. Est ergo in substãtia maxime vniuersalis cõtrarietas secũdã formã & priuationem ad quã oẽs aliæ reducunẽ, quæ nõ solũ in generalibus & corruptibilibus sed ẽt in celestibus superniq; rebus esse cõprehendiẽ. Nam animus cum ex ignorantia ad scientiam mutatur, secundũ priuationẽ & habitũ mutatur, similiter etiã cũ ex vitio ad virtutẽ ꝑuenit, siquidẽ substantiæ animi perfectio sit ipsa virtus. Sed qđ ꝑfectionẽ recipit formã suã recipit, sed quod recipit suã formã priusquã reciperet eã erat in priuatione eius. Idcirco in libro de aĩa hanc mutationẽ animi pulchre generationi potius, q̃ alterationi assimilat. Itẽ in celestibus hmõi oppositio esse cognosciẽ. Nam & si interdũ formã, interdũq; priuationẽ diuisim nõ recipiũt ceu gñabilia & corruptibilia, attamẽ alterã habent quæ subiectũ obtinet dico. s. formã. Præterea in motu cælestiũ secundũ locũ inuenies diuisim vtrãq; harũ dominari ac preesse. nam quoties hemispærium in loco sub terra voluiẽ, tunc priuaẽ loco sup terrã, & vnaquæq; eius pars similiter, quare si vna cõtrarietas maxime prĩa in omni substantia est ad quã oẽs aliæ reducunẽ, perspicuũ est neq; infinitas esse cõtrarietates, neq; finitas, neq; duas. Quærunt autẽ hic in primis qđ genus Ari. inq̃t. Deinde quõ in oĩ gñe sit vna cõtrarietas. Tertio si de oĩ trãsmutatiõe hic loqtur, vel potius si de cõissimis prĩcipiis oĩum rerũ naturaliũ simul sermonẽ facit, cũ ẽt nõ mõ substãtiæ sint res naturales, sed ẽt reliqua ꝑdicamẽta, quõ ergo iueniẽs substãtiæ prĩcipia putat oĩum rerũ prĩcipia iuenisse. nã tñ cõperuit in substãtia quæ re uera vnũ genus ẽ, cũ sit aliqd, vnã esse prĩcipalẽ cõtraritatẽ, quã dicimus eẽ secũdũ formã & priuationẽ. Rñdẽt itaq; iterpretes hic Arist. non appellare genus id qđ de pluribus & differẽtibus spẽ in eo qđ qd ꝑdicaẽ, sed subiectum. Hic. n. est vnus significatus gñis apud Ari. qppe q multis in locis atq; in ꝑhabitis subiectũ genus vocauerit. nã asseruit Democritũ statuisse insectilia seu athomos eẽ vnũ gñe idest vnũ subiecto. Accipit ergo hoc in loco oẽm substãtiam nõ quatenus diuisam i formã & priuationẽ, sed quatenus eadẽ subiiciẽ formæ & priuatiõi diuisim, quẽadmodũ diceremus oĩa humana corpa subiici albo & nigro, ita dicimus oẽm sbam subiici ac receptaculũ eẽ maxĩe priæ cõtrarietatis sm formã & priuationẽ, nã q̃scũq; alias recipit ad hãc ille reduciẽ siue aĩati & inaĩati oppõnẽ dixeris, siue illã rõna

Quorũ sit hæc diuisio principiorum.

Dubitatio.

Rñsio.

lis & irrationalis,siue quãuis aliam. Quum enim fieret quoddã rationale videlicet id ꝙ fieri de-
bet rõnale anteꝗ̃ hanc formã rationalis assecutũ sit,priuationẽ eiusdẽ formæ obtinuit.Ceu pau
lo prius embrio formatus,deinde aduenienti formæ subiecto cedit & tollit̃ priuatio, idemq; in
oĩbus obseruandũ est.Sed forsitã quispiã cõtra hæc dicet,qa sic dicẽtes nihil aliud mõ p hæc di-
cimus ꝙ genus quod prædicat̃ de pluribus.Nam cũ dicit in omni gñe substantiæ, & cõplectit̃
oẽm substantiã quid aliud inquit ꝙ communissimum genus. Præterea rõnalis & irrationalis,
vel animati & inanimati oppositionẽ cũ ad habitũ & priuationẽ reduxero,quã dico esse substã-
tiæ cõtrarietatẽ maxime primã,qd aliud quã genus in hoc diuisum accipio? Dicerẽ itaq; ad hæc
ꝙ si eandẽ substãtiã accipio dico scilicet cõmunissimã,attamen alteꝝ atq; alieꝝ habitũ seu respe

Multitudo formaꝝ in eod. idẽ Auerroes qbus oppugnãt latini & cucullati.

ctum habet ad suas differentias. Nam pulchre diceret̃ id quod ẽt dici solet,quod gña ꝑcedunt
dñias gñatione qbus coexistit ac simul adest post gñationẽ,quippe in gñatiõe hois primo in ma
teria fiat corpus,deinde in hoc subiecto tanquam in materia secũda introducit̃ forma animalis
& eidẽ aduenit cui postremo tanquã materiæ prorsus proximæ forma humana aduenit. Vnde
Porphirius dixit genera respectu suarũ differentiaꝝ habere rõnem materiæ(hoc pacto igit̃ ge-
nus præcedit dñas,quibus deinde adest in his rebus quæ iam cõditæ sunt.Cũ igit̃ maxime vni-
uersalia acceperimus tanꝗ̃ ea quæ rõnem materiæ cõtinent,tunc profecto eadẽ diuidi p differen
tias in species non dicimus sed ipsis subiici,sed qñ eas acceperimus vt ipsis differentiis ad sunt,ceu
in rebus iam productis,tunc nõ amplius subiici sed diuidi p eas fatebimur, qñ igit̃ diuidemus
secabimusq; genus quod de pluribus prædicat̃ iam id ꝙ subsistens est ac coexistens differen-
tiis diuidemus solũ non dicentes qd est quædã natura cõis quæ huic & huic speciei inest.Quũ
igitur nobis ꝑpositũ non sit res quæ sunt diuidere,sed eas cõcipere & speculari quatenus fieri ꝑ-
ducíq; pñt,cõe genus substãtiæ subiici cõtrarietatibus,quibus vnaqueq; res fit asserimus & dici
mus contrarietatẽ maxime primã esse secundũ formã & priuationem.Iccirco dicimus principia
maxime prima ex quibus res producunt̃ formã & priuationẽ esse.Perspicuum ẽt hinc est nos
nõ dicere genus illud qd de pluribus prædicat̃,qm̃ hoc modo ẽt speciẽ specialissimã diceremus
genus esse. Nam cum diceremus in genere hoĩum esse cõtrarietatẽ secundũ scientiã & imperi-

Vt Ioã. Grã. p'me expõni & sniæ assentire. Secũda dubitatio. Quæ sint prima contraria in ꝗ̃titate. Quæ in qualitate.

tiam,vel secundũ cognitionẽ & ignorantiã,nihil aliud diceremus ꝙ hoĩem subiici cognitioni &
ignorãtiæ quã cõtrarietatẽ primã inesse homini rõnali diceremus.Prima itaq; dubitatio hoc mõ
tollatur. Secunda aũt erat quonã pacto in omni genere esset vna cõtrarietas. Dico ergo in ꝗ̃ti-
tate esse discretũ & continuũ,sumant̃ rursus excessus & defectus in quibus quãtitas non sit ve-
lut diuisa sed potius velut subiectũ illis in rõne materiæ. Nam põt quantitas discreta reduci ad
excessum,& ad defectũ ipsa cõtinua.Eadẽ.n.magnitudo si discreta separataq; fuerit, tota vt tota
a maiori loco cõplectet̃,itẽ qualitatis erit cõtrarietas maxime prima,secundũ rarum & densum.
Quod.n.passibiles qualitates ad raꝝ & densum reducibiles sint liquido constat. Nam ad calidi
sicci,humidi & frigidi oppositionẽ oẽs aliæ ordinant̃,quippe haꝝ mixtione oẽs aliæ fiant, quæ
ad raritatẽ & densitatẽ ꝑspicuo redigunt̃,quare ẽt ipsæ ad has reducunt̃.Nam quatuor elemen-
ta quæ ex complexione duarũ cõtrarietatũ fiunt,perspicuo raritate & densitate vicissim inter se
transmutant̃.Potentia aũt & impotentia siquidẽ de passibilibus qualitatibus dicerent̃ ceu id qd
habet vim potentiamq; calefaciendi,frigefaciendi,arrefaciendi & humectandi,aut secũdũ aliam
qualitatẽ trãsmutandi,vel impotentiã aliquid hñdi,ꝑspicuũ est qd ẽt eædẽ ad raritatẽ & densitatẽ
reducerent̃ siquidẽ qualitates quibus ipsæ insunt ad easdẽ reducant̃. Si aũt de potentiis rõnali-
bus aĩæ potentia diceret̃ ceu potentia discendi musicẽ vel quandã aliã scientiam aut impotentia
qua quis non põt scientias cõsequi,qm̃ aĩus in corpore collocatus ex varia diuersaq; cõplexiõe
quã sortit̃ in ipso recipit diuersas aptitudines;corpus nãq; ex mixtione qualitatũ passiuaꝝ cõsti
tuitur.Vnde hoc mõ ẽt qualitas secundũ potentiã & impotentiã ad passiuas qualitates reducere-
tur,quæ aũt (vt ostendimus) ad raritatẽ & densitatẽ reducunt̃.Et si potentia vel impotẽtia de ir-
rationalibus dicerent̃,profecto dicemus equũ habere impotentiã adipiscendi grãmaticẽ,in quo
ẽt patet nõ sine huiusmodi cõplexionẽ qualitatũ passiuaꝝ talẽ impotentiã fieri. Non.n.queuis
aĩa vt sors tulit in quãuis corporũ cõplexionẽ apparet & introducit̃.Quocirca dicunt̃ corpora
brutoꝝ habere impotentiã cõsequendi rõnales scientias,qa rõnalis aĩa suapte natura idonea nõ
est vt in huiusmodi corpoꝝ cõplexionẽ appareat & videat̃.Similiterq; habitus & dispõ cũ natu
rali potentia & impotentia reducunt̃ quæ partim cum dicant̃ de passiuis qualitatibus,& partim
de habitu animi & dispõne secundũ scientias,ob maiorẽ & minorẽ aptitudinẽ, quã ex potentia
animæ sortimur,in nobis habitus & dispões fiunt. Diximus aũt aptitudinẽ atq; ineptitudinẽ
animũ obtinere ex cõplexione corporis ac cõiunctione eius ad illud.Quarta etiã qualitatis spe-

ties dico

ties dico, f. figura & forma hoc pacto reduci potest ad raritatem & densitatem, figura inquam, quoniam cu ostensum est eam figurā inter planas maiorē loci ambitū occupare, in qua maior angulorū multitudo describi fieriq; posset, idcirco angularibus figuris planis sphærica capacior est. Reducees igit̃ sphæricas orbicularesq; figuras ad raritatē, & angulares ad densitatē, ꝑpterea quod idē corpus rarū maius erit, densum vero minus, sed forma quædā positio est, ac ferme distantia partiū. Raritas nāq; erit per similis alicui raritati artificiali quæ fit secundū distantiā partium, vt illa se habet quæ in corrigiis lorisq; extensis, vel in lana expansa fit. Hoc igit̃ mō raritatē & densitatē contrarietatē vnā facimus, sed qm̃ cætera prædicamenta propria existentiā non habent, sed in his sunt, idcirco redactis hoꝶ prædicamentorū contrarietatibus ad maxime vniuersales haꝶ ope ēt reliquorū prædicamentorū cōtrarietates ad easdē sint reductæ. Veꝶ hæc periuadendi quā veritatis cā dicta sint, qm̃ operæpretiū est accuratius animaduertere cōsiderareq; ac intelligere vnā esse in vnoquoq; genere idest in vnoquoq; ꝑdicamento cōtrarietatē, qua forma abiicit̃, & assumit̃, hæc aūt est forma & priuatio, & in prædicamēto substantiæ contrarietas eadem esset. Sed hoc rursus nihil aliud est q̃ idem ꝑ idē demonstrare. Et. n. quærit ostēdere in substantiam esse primā contrarietatē quæ est inter formā & priuationē. Et rursus petit hoc cōcessum sibi dari q̃n omni genere sit vna contrarietas secundū formā & priuationē, & ob id erat contrarietas in substantia. Sed demonstrat ēt sic vnam esse in vnoquoq; genere contrarietatem, & inquit si vniuscuiusq; rei siue vniuersalis siue particularis vna est definitio, & non contingit duas esse eiusdē definitiones, perspicuū erit vt definitio illius quidē efficiat g̃nationē, & oppositū definitionis corruptionē, quare si vni definitioni existenti vnū est oppositū, necesse ēt est vnam esse cōtrarietatem in vnaquaq; re circa quā generatio & corruptio versatur. Verū cū vnaqueq; suo proprio noīe non possit significari, sufficit vt oēs cōtformæ & priuatiōis noīe appellemus, sed ēt hoc demonstrat qd vnaqueq; res secundū vnā cōtrarietatē habeat generationē & corruptionem. Verūm non amplius sequit̃ vt oēs spēs sub genere collocate, ceu quatuor species qualitatis ad eā contrarietatē reducant̃ quæ proxime in qualitate existat, quod quidē hoc videbat̃ hoc. Cin vnoquoq; gñe est vna contrarietas significare. Nam forma & priuatio equiuoce prædicantur de omni cōtrarietate. Hactenus de secunda dubitatione. Tertia aūt erat qō quomodo inueniens principia substantiæ putat hēre oium & reliquorū ꝑdicamētorū principia. Inquiūt ergo interpretes ens primo ad substantiā puenire deinde ꝑ substantiā ad reliqua prædicamēta, quippe quæ in ipsa sint sic etiā forma & priuatio substantiæ propriæ insunt per quā postea reliquis prædicamentis insunt, quare si forma & priuatio a substantia ꝑficiscunt̃ ad reliqua g̃na secundū ea quæ ab vno ad vnū vergunt aut quæ prius dicunt̃ de vno quā de alio, merito inueniens substantiæ principia ēt oium reꝶ pricipia inuenit, quæ sane dicta cōsona erunt iis quæ diximus in prohemio, vbi initiū sumendū esse duximus ab iis quæ cōfora & confusa sunt. Nā ostēdere priuationē & formā esse oium rerū principia, ꝑfecto est cōia & confusa demonstrare, cōmunia inquā, qm̃ oibus, confusa vero qm̃ nullū propriū principiū alicuius significant. Sūt præterea natura posteriora tanquā cōmuniora ex singularibus collecta. Sed iam ad textus veniamus declarationē. In his aūt ponit Arist. tertiū argumētū quo demōstrat nō eē infinita principia, & hoc est, si alia aliis priora cōtraria sunt, & oportet semper principia manere, necesse ē nō solum finita esse principia, sed neq; plura q̃ duo, sed si admittit̃ primū ēt secundū admittendum est. Verū querimus in hoc syllogismo imprimis quidē quid sibi hoc velit (semp manere principia.) Deinde qūo verā deductionē efficit. Quidā igit̃ existimarunt Arist. hic cælestia pricipia appellare ac dicere, quippe quæ sempiterna sint. Atqui hoc in loco nō est sermo de cā efficiente, sed de formalibus principiis, quapropter neq; de cælestibus inquit. Vnde alii inquiunt ipsum appellasse principia species seu formas quæ sunt ante multa qm̃ his semp permanentibus, sic semper ea quæ sunt hic fiunt. Sed neq; hoc verū est primo qa Arist. non ponit istas species & formas ante multa, Deinde qa hic differit de contrariis principiis quæ vicissim inter se agunt & patiuntur, & sua præsentia & absentia g̃nationē & corruptionē efficiunt. Hæc aūt nō sunt ante multa. Proinde alii aiunt ipsum apppellasse principia ipsam trinā dimensionem, quippe quæ semp maneat cū sit imobilis. At neq; hoc verū est, qm̃ sermo est de formalibus principiis rerū, ipsa vero trina dimensio potius retinet rōnē materiæ q̃ formæ. Vnde nos dicimus illud semper manere idipsum significare. f. ipsa principia in omni mutatiōe semper inueniri, ac oēm trāsmutationē secundū ipsa fieri, ceu si quis de materiali cā quærens dicat ligna materiā rerū non eē, qm̃ nō semp inueniunt̃, qm̃ in eneis vasibus, neq; in aureatis ligna vt materia non subiiciuntur, oportet aūt materiā cōem semper in oibus inueniri idest in oibus rebus ac in omni trāsmutatio-

Vide authorem sphæræ & Arist. secdo cæli & Platonē in timeo quō figura orbicularis sit capacior.

Alius modus demonstrādi in vnoquoq; gñe esse cōtrarietatem.

Tertia qō.

Prima expō.

Cōfutatio.

Secūda expō.

Confutatio.

Tertia expō.

Confutatio.

Expositio sua.

ne.Sic igitur Arist.cum quærit hic communissima rerum omnium principia formalia, inquit
oportere ipsa semper inueniri.i.in oibus rebus materialibus eadé eé, atq; p ipsa oém trásmuta-
tioné fieri. Sed quõ deductio vera sit deinde ostendẽdũ est, qm̃ si sunt alia aliis priora contraria
(& horũ quædam continét) quædá vero continent, qm̃ cómunia rerũ oía principia inuestiga-
mus,& pspicuũ ẽ q; cótraria maxie vniuersalia assumimus in rõné pncipiorũ, ob id ergo semp
prícipia manere oportet & eadé semp erũt,& minime alia atq; alia. Ex his aũt necesse ẽ vt eadẽ
prícipia finita sint. Ná cũ accepimus cõtraria maxie pría necesse ẽ eadẽ eé finita. Ná si ífinita eẽnt
multo plura ífinito forẽt ea quæ cõtinent, sub ipsis, qppe multo plura sint q̃ cõtinent quá quæ
cõtinét, sed q̃uis principia maxime vniuersalia oporteat esse finita, tñ nõ essent finita, nisi neces-
se foret vt in omni transmutatione semp eadẽ essent,& ita deinceps, qm̃ & si non essent infinita
quæ subsisterent, attamen vt fieri pñt infinita forent. Nam semper aliis atq; aliis acceptis contra-
riis contingeret numerũ principiorũ augeri in infinitũ, quare p vtrãq; suppositioné necesse ẽ fini
ta esse principia, eadẽq; esse, ac duo tantũ. Nam si duo non fuerint, neq; amplius statuere pote-
rimus quandã cõtrarietaté cõmunissimá, ac eandẽ in cunctis inueniri. Necesse enim esset eandẽ
vel ad quandá aliá reduci, vel nõ esse cuiuscunq; transmutationis cãm, sed alterius hanc, & illá
alterius. Nimirũ igit nõ est si duabus existentibus cõtrarietatibus quibus elementa gñantur ea
scilicet calidi & frigidi, atq; illa humidi & sicci nõ secundũ vtrãq; contrarietaté fiant mutationes
in oibus elementis, ignis nãq; trásmutat in aeré secũdũ siccitaté & humiditaté, minime vero se-
cundũ caliditaté & humiditaté, quippe vtraq; sint calida. Rursus aer in quá transmutat secun-
dum caliditaté, & frigiditatẽ minime secundũ siccitaté & humiditaté, qm̃ vtraq; humida sunt. Itẽ
aqua conuertit in terra secundũ siccitatẽ & humiditaté solá, quoniá ambo sunt frigida. In solis
auté contrariis secundũ vtrãq; fit mutatio ceu in igne, aere, aqua, & terra, sed in cunctis secundũ
vtrãq; contrarietaté non fit mutatio, quare si oportet cómunissimá elementorũ oppositioné in-
uenire per quá oia transmutentur forte raritas & densitas erit, quibus.n.oium fit mutatio, si aũt
hoc conceditur perspicuũ est fieri nõ posse, vt due contrarietates sint causæ cuiuscunq; trásmuta-
tionis, quare oportet contrarietaté maxime primá & cõmunissimá secundũ quá oís mutatio fit
vná esse Arist. igitur hisce tantũ demonstrat finita esse principia formalia. Itẽ si possunt ex prin-
cipiis finitis eadé generari quæ ex infinitis generarent, longe cõmodius est ex finitis gigni pro-
duciq;. Nam melius est finitũ infinito, & natura semper versat circa melius qua põt, & ipsa po-
test ex finitis principiis causas oium tradere atq; afferre, quéadmodũ facit Empedocles, igit ex
finitis faciet omnia. Tantũ igitur quod quidẽ dicebá, demõstrat.s.oportere causas formales cõ-
trarias rerum naturaliũ finitas esse quibus simul etiá ostenditur atq; apparet assignandá eé vná
contrarietatem maxime primam & communissimam vt explicauimus, deinceps autem cũ dis-
putabit de materiali causa id ipsum promittit atq; tractat. Demonstrabit etiam diligenter oporte-
re vnam esse contrarietatem maxime primam, & vnũ subiectũ, & qđ plura vno eé nõ possint.

Ad secũdá dubitationé. syllogismi.

VNA quoq; contrarietas est in omni genere uno. Substantia uero genus est quodá unum. Et quia generatio ex finitis fieri potest: melius est ex finitis quemadmodum opinatur Empedocles: quam ex finitis. Nam cuncta putat ex finitis reddere perinde atque Anaxagoras ex infinitis. Præterea alia aliis priora contraria sunt: & ex aliis alia fiunt ceu dulce, amarum, album, & nigrum. Principia uero manere semper oportet. Ex his igitur neq; unum, neq; infinita esse principia constat.

Genus dixisse Aristo. Themistius conlecit cuius diuisioné solum in species, & non in genere facimus, inquit igit circa colorem vná esse contrarietaté album & nigrum, & circa saporem dulce & amarum. At hoc non est consonum sententiæ Aristo. Nam circa totum genus substantiæ inquit vnam esse contrarietatem. Atqui diuisio communissimæ substantiæ in proximas species non est, sed in genere subalterna. Contrarietas aũt est habitus & responsum duorum contrariorum.

Contra Themistium. Quid sit contrarietas

CVM autem sint finita non facere duo solum aliquam rationem habet. Nam dubitaret quispiam non immerito: quomodo densitas apta est facere raritatem, aut raritas densitatem, & alia quęuis simili modo contrarietas. Non enim concordia discordiam congregat, & facit aliquid ex ipsa, neq; discordia ex illa.

Cum

Cum multis ostendisset principia esse contraria atque maxime prima, ac eadem neq; in finita esse, siquidem complecti oporteat in ratione principiorum contrarietatem maxime primam & communissimam. Nam ex hoc ostendebatur duo esse principia, quoniam vna est maxime prima contrarietas, cum ergo velit tertium principium statuere dico scilicet materiā subiectam contrariis non sine dubitatione sermonem introducit, & contrarium afferre nititur demonstrās q; non sufficit complecti cōtraria in ratione principii, sed quod oporteat statuere aliquod principium quod non sit contrarium, & quod per se subsistat, quod quidem nititur ostendere ex prioribus quibus demonstrabatur oportere principia contraria, quoniam res transmutari oportet, transmutantur autem quæ vicissim inter se agunt & patiuntur mutuo. Agunt vero & patiuntur non queuis temere sed contraria. Ex his autem quæ nunc dicit, ostendit minime rationem principiorum explere contraria quatenus contraria sunt, sed oportet aliquod esse contrariis formis subiectum. Nam vtraq; sese inferunt simul subiectum & contraria principia. Aggreditur itaq; multifariam ostendere non omnia principia esse contraria & imprimis hoc modo inquit nullum contrarium idoneum suapte natura est per se agere in alterum contrarium. Neque enim raritas in densitatem agit sine aliquo subiecto quippe eorum pugna fit circa subiectū cum vtrunq; cupiat illud amplecti vel accipere. Item neque calidum agit in frigidum neque amicitia seu concordia in litem & discordiam. Non enim lis & amicitia coagunt & simul sunt, neque lis respuit separatq; amicitiam sed alterum quodam subiectum ipsis est in quo diuisim seorsum que vel amicitia, vel lis agit, non igitur eadem principia secundum se contraria sunt, sed magis propter subiectum. Nam idem est quod transmutatur & causa cur contraria agant & patiantur, quare subiectum erit principium. Præterea ait contraria esse in subiecto, principia autem substantiæ non sunt in subiecto, quoniam subiectum & principium est prius eo quod est in subiecto, hoc modo inquam substantia cum subiectum sit reliquis prædicamentis est prior, quibus quoq; præstantior est, quare si contraria sunt principia, & contraria sunt in subiecto, erit igitur principium principii. Item contraria nihil sunt siue subiecto, principia autem esse oportet, itaque contraria non sunt principia. Rursus contraria non sunt substantiæ, principia autem substantiæ sunt substantiæ, igitur contraria non sunt principia, quod vero principia substantiæ oporteat esse substantias sic ostendit. Et inquit si ex non substantiis substantia est, ante substantiam erit non substantia, sed non substantia sunt accidentia, ergo accidentia erunt ante substantiam quod quidem fieri non potest, immo contrarium accidit vt substātia sit prior natura ipsis accidentibus, quippe ipsa destructa simul accidentia demoliantur, at accidentibus destructis simul ipsa non tollitur, quare principia substantiæ oportet esse substantias, substantia autem subiectum est, quoniam per se subsistat, sed contraria nō sunt substantiæ, igitur subiectum, & non contraria erit substantiæ principium. Verum aliquis ambiget quomodo dicit principia substantiæ esse substantias. Nam principium oportet esse diuersum ab eo cuius est principium. Et si iuxta alium significatum fuerit substantia principium, & secundum alium id quod ex principio emergit, cur etiam forma non erit substantia secundum alium significatum quo subiectum esse substantia dicitur, quomodo igit̄ omnino subiectum & materiam inquit esse substantiam, & minime formam, siquidem in secundo libro inquiat formam esse magis substantiam, quoniam per illam formantur res atque distinguuntur, at secundum materiam nulla inter se differunt. Quod quidem igitur significatus substantiæ indifferens sit apud Aristotelem perspicuum est, siquidem formam, materiam, & id ex his coniunctum est substantiam appellare soleat. Nam sepe omne ens simpliciter substantiam appellat quatenus substantia significat solam rerum existentiam, hic vero substantiā vocat quatenus substans est, & non indiget subiecto vt sit quemadmodū in prædicamentis dicitur. Quoniam igitur non sine dubitatione hic sermonem introducit. Est autē composita substantia per se subsistans, & in altero non est, quoniam ei per se subsistare ex materia magis competit q̄ ex forma. Nam forma subiecto eget vt sit, materia autem non eget subiecto quodam, ob id ergo magis principium & causam substantiæ compositæ materiam vocat. Nam & si formam materiā appetat vt existat, attamen non vt existat queādmodum forma eget materia vt sit atque existat, sed potius vt ornetur & determinetur. Ea igitur ratione quia per se subsistans est materiam substantiam appellauit, & inquit oportere principia substantiæ compositæ per se subsistantis principia esse per se subsistantias. Nam si principia substantiæ non per se subsistarent, non per se subsistans foret causa per se subsistantis ac eo prius, quod quidem fieri nequit, quandoquidem eius contrarium scilicet per se subsistans sit causa non per se subsistantis, & eo natura prius ceu acci-

dentibus substantia. Nam destruitur eo destructo, sed illud non tollitur hoc destructo, quo pacto igitur materia est magis substantia q̃ forma. Sed alio modo forma est magis substantia, q̃ materia, quoniã forma est ea quæ informat & distinguit vnãquãque substantiã, materia autẽ cõmunis est. Præterea aliquis dubitaret quomodo inquiat principia substantiæ non esse in subiecto, & quomodo in substantia prius esse subiectum asserat, quoniã primũ aliquis non cõcederet, quoniã quædã principia in subiecto non sunt, & secundũ confutabit, quoniã nunquã est materia sine forma. Dico ergo quod quãquã materia nunquã sit sine forma, attamen ea est prior natura, quoniã ea sublata tollitur, sed non econtra scilicet ꝙ materia destruatur destructa forma. Nam cogitatione possumus separare formas a materia, & ipsam intelligere possumus vt subsistat. Nam subiecto non indiget vt sit. At forma neque animi cogitatione potest p se subsistere atque esse sine materia. Et si particulares res deus produxit quid tũ præexistebat aut subſtabat? Constat sane ꝙ præfuerat subiectum & id quod recipit formas deinde in illo inesse debebant formæ, itaq; prius natura subiectum est, & hac ratione substantiæ cõpositæ magis principium est materia q̃ forma, non tamen quia forma non sit principium, sed vt dicebam deducit sermonem non sine dubitatione, vt ostenderet quam opportunum esset subiectum in rationẽ principiorum, sic itaq; ex ratione probauit materiam esse principium illud scilicet ꝙ subiectum est. Inquit igitur si prima opinio videtur vera esse quæ concedit principia oportere contraria eẽ, etiam secunda erit vera. Sic nanque oportet simul vtranque dicere & coniunctim, quoniam si contraria principia sunt, quia agunt & patiuntur, & tertium oportet esse materiam, siquidem contraria non sunt suapte natura idonea in seipsa agere, sed in quodam altero cum insunt agere queunt. Præterea neq; potest materia sola principium eẽ, quoniam ipsa nihil efficere potest, ostendens igitur ratione tertium principium esse materiam confirmat idipsum testimonio antiquorum & inquit hoc modo numerus principiorum subiecto indiget. Vnde veterum quidã neque hoc vnum facere, sed plura. Empedocles inquam quatuor elementa materiam esse dixit. Parmenides vero duo ignem & terram, alii autem tria, alii vnum. Item eorum qui vnũ esse dixerunt alii vnum quatuor elementorum esse dixerunt, alii vero præter ipsa mediũ inter eadem statuerunt. Approbat ergo illos qui vnum subiectum pluribus subiiciunt. Nam demonstrabit deinceps fieri non posse, vt duæ materiæ sint, quemadmodum etiã impossibile est duas contrarietates esse. Verum inter eos qui vnum dederunt subiectum potissimum. Anaximandrum laudat, qui illud intermedium statuit tanquam materiæ aliquo modo similius, q̃m nullã formam earum obtinet quæ in ipso generantur. Post hunc rectius sensit Anaximanes, qui aerem materiam statuit. Nam aer minimas differentias sensibiles habent, postea Thales qui posuit aquam esse materiam. Et enim hæc etiam videtur ferme sine qualitate esse ac contrarias affectiones sustinet, quippe id subiectum calefiat, infrigidetur, liquefiat, & congeletur. Nam cũ sit humidum proprio termino difficile terminatur, alieno autem facile clauditur. Nam hoc modo definitio humidi in libro de generatione traditur, aqua nanque cum conuertitur in cristallum siccitatem nanciscitur. Siccum enim difficulter alieno termino terminatur, suo autem ac proprio facile clauditur, si postremo qui de materia sermonem faciunt dicentes illam ignem esse longe improprie dicunt. Nam combinatio complexioq; ignis ad diuersas partes contrariorum comparatus ratione agendi potius pollet, siccitas scilicet dico & caliditas, idcirco inter elementa solus ignis in alia mutari non potest. Hi ergo omnes vel vnam, vel plures statuentes materias ipsas contrariis formari dicunt. Verum quidam raritate & densitate, quidã lite & amicitia, quidam deniq; alia & alia contrarietate ipsas formari sentiunt vt diximus.

Dubitatio.

Rñsio.

Vide p hoc secundũ lib. de gñatiõe

SED utraque quidem alterum quoddam tertium.

Communiter enim congregant vtraq;, quoniam neque amicitia litem congregat & conducit, neque econtra lis amicitiam, sed ambæ lis & amicitia alterum quoddam tertium congregant vel separant.

SVNT autem qui plura accipiunt ex quibus eorum quæ sunt naturam conficiunt. Item & id quispiam dubitauerit, nisi aliquis quandam contrariis naturã subiecerit. Nullius enim eorum quæ sunt, uidemus substantiam contrariam esse, principium autem de nullo subiecto dici oportet. Alioquin principii erit principium. Subiectum enim principium & prius prædicato esse uidetur.

Tam

Tam opportunum est subiectum in ratione principiorũ, vt etiã quidẽ eorum qui ante nos extitere, plura subiecta cõtrariis subiecerint. Nullius enim eorũ quæ sunt, videmus substantiã contrariã esse, principiũ aũt de nullo subiecto dici oportet. Alioqn principii erit principiũ. Hec igitur possunt coniunctim vt vnus syllogismus accipi, & diuisim intelligi vt duo syllogismi, vt hoc sit vnũ argumentũ. Nullius enim eorum quæ sunt, videmus substantiã cõtrariã esse, & reliqua sint alterũ argumẽtũ. Si ergo ea omnia redigemus ad vnũ syllogismũ hoc mõ dicemus. Præterea inquit aliquod nobis dubitandũ sequitur, nisi cõtrariis aliquã naturã subiecerimus. Nullius.n. eorum quæ sunt, videmus substantiã contrariã esse, idest nihil habet substantiã in eo qd contrariũ est, qm & accidẽtia cõtraria sunt. Principiũ aũt de nullo subiecto dici oportet, idest nõ oportet in subiecto esse. s. vt accidens est. Huiusmodi ergo totus syllogismus cõficitur. Cõtraria sunt accidentia, principia aũt rerũ nõ sunt accidẽtia, ergo principia rerum nõ sunt cõtraria, cur aũt principia rerum non sit accidẽtia cãm adiecit dicẽs. Alioqn principii principiũ erit. Nã subiectũ ipsis accidentibus principiũ eorum foret. Nã psupponi oportet secũdũ naturã esse aliqd quod sit capax. Dixit aũt pdicatu, qm accidẽs de substãua pdicatur. Nã dicimus hoiem albũ esse. Præterea si nihil substãtia est, eo qd contrariũ est, & accidẽtia sunt cõtraria, igitur patet nõ posse principia substantiarum esse cõtraria, alioqn principia substantiarum erunt accidẽtia, si vero hoc cõcedit, & principium accidentiũ subiectũ est, igitur erit principii principiũ, qd quidẽ fieri nõ põt. Si vero textus est cõtinuus ita intelligẽdus ac exponẽdus est, si vero diuisus hoc mõ explicãdus erit. Præterea & id quispiã dubitauerit nisi tertiũ quodã principiũ cõtrariis subiecerit. i. quedã dubitatio iducitur. Nullius.n. eorum quæ sunt, videmus substãtiã cõtrariã esse. Neque.n. ignis eo qd cõtrariũ est aquæ substantia est, alioqn nunq̃ mutaretur in aquã, sed est aliqd subiectũ in mutatione qua ignis in aquã mutatur qd quidẽ nõ est aquæ cõtrariũ. Si aũt non subiiceretur cõtrariis quoddã tertiũ principiũ hoc accideret, vt res essent ac substantiã haberẽt in cõtrarietate, & sic deinceps in alio principio essent. Principiũ aũt nõ oportet de aliquo subiecto dici &c. Principiũ de subiecto nõ dicitur, cõtraria aũt dicuntur de subiecto, ergo cõtraria nõ sunt principia. Nã si principiũ de subiecto diceretur, profecto principii erit principiũ, quoniã esset principiũ illius quod est in subiecto subiectum. Textus Primus syllogismus. Textus Secundus syllogismus.

PRAETEREA substantiã nõ esse contrariã substantie dicimus. Quonã igitur pacto ex nõ substãtiis substantia: aut nõ substãtia prior erit substãtia. Quapropter necesse est eũ qui priorẽ atque hãc rationẽ uerã esse existimauerit: & si ambas uoluerit seruare: tertium aliqd cõtrariis ipsis subiicere: quemadmodũ aiunt ii qui uniuersum solã unã naturam quandam esse asserunt: ceu aquam: uel ignem: uel medium inter hæc.

Inquit cõtraria nõ sunt substãtiæ, principia substantiarum sunt substãtiæ, igitur cõtraria nõ sunt principia substantiarum. Verũ vnde demõstrauit quod principia substantiarũ non sint substantiæ ibi cum dicit aut non substantia prior erit substãtia, in virtute dicens quod principia substantiarũ non sunt substãtiæ. At non substãtiæ sunt accidẽtia, igitur erunt principia substantiarũ accidẽtia, sed si hæc sunt principia, erit accidens natura prius ipsa substãtia, quod quidem fieri nõ potest, immo contrarium substantia accidentibus natura prior est.

ATQVE uidetur ipsum medium magis. Nam ignis, terra, aer, & aqua cum contrarietatibus sunt annexa. Idcirco non sine ratione faciũt qui subiectum ipsum aliud ab his efficiunt: ceterorum autem qui aerem ponunt. Nam aer minus respectu aliorum differentias habet sensibiles: hunc autem sequuntur ii qui aquam ponunt.

Inquit rectius sentiunt ii qui intermedium ponunt tanq̃ materiam, quã ii qui ponunt vnum aliquod elementorum, siquidem quatuor elementa cum contrarietatibus quibusdam coniuncta sint, oportet autem materiam (vt demonstrauimus) non habere quandam contrarietatem.

VERVM omnes unum contrariis formari ac imprimi ueluti figura sentiũt: densitate inquam & raritate: & eo quod maius ac eo quod minus, quequidẽ prorsus excessus defectusque sunt, ut antea diximus. Hæc etiam opinio uidetur uetus quedam esse, Vnũ inq̃ & excessum atque defectum principia rerum esse. Attamen non eodem modo. Sed ueteres duo quidem agere, unum autem pati dicebant. At posteriorũ quidã econtra unum quidem agere duo uero pati potius.

Quoniam veteres non ſolum materiæ intelligentiam habuerunt licet non recte, ſed etiã principiorũ formalium quæ ſunt contraria, quæ etiam omnia reduxerũt ad exceſſum & defectum quare inquit principia eorũ quæ ſunt, tria materia, exceſſus & defectus ſunt, & hæc principia eſſe cuncti dixerunt. Verum diſſentiebant circa ordinem ipſorum, & circa ea quæ agũt & patiuntur. Nam pithagorei quos Plato imitatur duo uelut materiã ponentes ipſam pati ab uno. ſ. forma dicebant & ita ſentiebant fieri rerum generationem. Naturales autem Platone antiquiores vnam materiam facientes intermedium, vel vnum aliquod quatuor elementorum, hoc pati dicebant a dualitate contrariorum, & ſic fieri generationem & corruptionẽ, quos Ariſto. vndiq; ac per omnia imitatus eſt.

TRIA igitur elementa eſſe dicere ex his & huiuſmodi aliis nobis conſiderantibus uidebitur aliquam rationem habere.

Quod igitur oporteat principia eſſe cõtraria, ac pter hæc aliquod ſubiectũ tertiũ, ſatis ex his quæ ante poſuit demonſtrauit. Verum de definitione & numero principiorum non ſufficiunt ea quæ dixit. Nam cum dubitauerit quiſpiã, qm̃ conceſſum ac datũ eſt oportere principia eſſe cõtraria, & pter ea ſubiectum, nunquid duo, vel plura ſint cõtrarietates, ſimiliter nunquid duo, vel plura ſint ſubiecta. Item quia ex his quæ ſumpſit, non ſatis demonſtrauit oportere vnã eſſe maxime primam contrarietatem, icirco his præſentibus oſtenditur fieri nõ poſſe, vt plures ſint cõtrarietates q̃ vna & vnũ ſubiectum. Accipit ergo ex diuiſione quedã principia eſſe formalia, & quedã materialia. Inquit igitur prorſus neceſſe eſt, vel vnam eſſe contrarietatem in principiis vel non vnam ſed plures. Sic etiam neceſſe eſt ſubiectum, vel vnũ eſſe, vel non vnum, ſed plura, quatuor igitur cum ſint huius ſectionis membra fiunt ſex cõiugationes, quarũ due quidem contrarietates ſimul ſtare nequeunt, reliquę autem quatuor ſimul ſtant, quarũ due ſubalternatim ponunt, aliæ vero duæ ſunt angulares. Vel enim contrarietates plures ſunt, & plura ſubiecta, vel plures contrarietates, & vnũ ſubiectum, vel econtra plura quidem ſubiecta & vna contrarietas, vel vnum ſubiectum & vna contrarietas, ſi ergo demonſtratum fuerit non poſſe tres alias coniugationes conſiſtere ac eſſe, relinquitur ergo reliquã ſtare in qua dicitur vnum ſubiectum eſſe & vnam contrarietatem pertractat igitur prius vnam coniugationem, in qua dicitur vnum eſſe ſubiectum & plures contrarietates. Accipit autem per rationem manifeſtam ex ipſis multis contrarietatibus duas, quoniam quæ de duabus dicitur demonſtraturq; contrarietatibus de pluribus eadem demonſtrari poterunt. Si ergo fuerit vnum ſubiectum & due contrarietates, percũctabimur ab iis qui hoc concederent, ne vtraq; diuiſim contrarietas poſſit generare omnia, an alia generabit alia, atq; alia alia. Si ergo vtraq; diuiſim cuncta generabit vna ſuperuacanea erit cum vna ſola poſſit producere omnia, ſed nihil ſuperuacaneum neq; vanum deus & natura agunt. Si autem vnaquæq; non omnia efficit, ſed quedam producit hæc, & quedam illa, igitur tollemus de medio mutationem rerum mutuam inter ſe. Nõ enim transmutatur quoduis in quouis temere, ſed contrarium in contrarium. Nam demonſtratum eſt omnium eſſe mutationem inter ſe, ergo hoc modo impoſſibile eſt duas eſſe contrarietates & vnum ſubiectum. Item ſi fuerint duo ſubiecta & vna contrarietas eaſdem dubitationes rurſus excitabimus. Nam ſiue ex vtroq; ſubiecto cuncta fieri poſſint, & vnum ſuperfluum ſit, ſiue vno quedam generentur, & ex reliquo quedam alia rurſus deſtruemus mutationem viciſſitudinariam rerum inter ſe. Nam vt non contraria non tranſmutantur inter ſe, ita quæ idem ſubiectum obtinent forte non tranſmutarentur viciſſim, idcirco cereus equus tranſmutatur in ceream ſtatuam, ſed ereus equus forte non tranſmutaretur in ceream ſtatuam, quare neq; duo

Angulare plures contra.



ſubiecta eſſe poterunt & vna contrarietas. Item eiſdem rationibus neq; duo ſubiecta & due contrarietates erunt, quare ſi neceſſe eſt vnam quatuor ſuppoſitionum eſſe veram tribus reiectis ac confutatis quarta relinquitur eſſe vera in qua dicitur vnum eſſe ſubiectum & vnam contrarietatem. Huiuſmodi autem demonſtratione pleriſq; in locis vtitur geometre quandocunque in plano rectoq; nequeunt vti demonſtratione deſtruunt ea quæ contra veritatem ſunt diuiſa, & relictam partem diuiſionis veram accipiunt ceu diameter, vel equalis commenſurariq; poteſt lateri, vel æquari commenſurariq; non poteſt cum ergo tollit diametrum adequari lateri quod ſane relinquitur verum eſt ſcilicet q illa ſit inequalis atq; et commenſurari non valeat.

Quõ Geometre ſæpe demonſtrat.

Adiecit etiam illud quod quidem paulo prius dixit, quoniam in omni generatione eſt vna contrarietas, & in ſubiecto quod cum profecto ſit genus vna erit maxime prima contrarietas. Hæc itaq; inquiens deinceps querit numerum principiorum quot appellanda ponendaq; ſit, nunquid duo, vel tria. Nam opinatur ſecundum aliam conſiderationem interdum duo eſſe, interdum vero tria ipſa appellanda eſſe. Poſſunt enim tria eſſe duo quidem contraria forma & priuatio & vnum ſubiectum ipſa materia, poſſunt etiam non tria principia dici, ſed duo, redactis tribus ad duo, quippe quidam ducant rediganitq; materiam & priuationem. Quoniam igitur ſeſe confert ad oſtendendum nunquid duo vel tria principia aſſerenda ſint, atq; ſi vtrunq; verum fuerit, quomodo oporteat duo & tria aſſerere, iccirco prius determinare diſtinguereq; vult quod inter ſe differant materia & priuatio, & ſi non differunt ſubiecto, attamen ratione diſcrepant. Primum igitur hoc facit, & duobus modis oſtendit priuationem a materia differre, ex communi vſu, & ipſa rerum natura, ex communi quidem vſu, quoniam de priuatione ſolemus dicere ex hoc aduerbium addentes, atq; hoc. Nam conſueuimus dicere ex immuſico muſicum fieri, ac immuſicum muſicum generari, & non philoſophum philoſophum, atq; ex non philoſopho philoſophum euadere. At de materia vtraq; aduerbia dicimus, attamen non de eadem, ſed diuiſim, de alio quidem dicimus (ex hoc) & de alio (hoc.) Nam dicere ex ære fit ſtatua vtiuenit, & minime æs fit ſtatua. item dicere licet hominem ex ſpermate fætuq; produci, attamen nõ dicimus ſperma. ſ. ſemẽ genitale, & fætũ fieri hoiem. Sed ſi vtraq; de ambobus dicuntur, tñ materiæ magis propriũ cõmodiuſq; eſt hoc aduerbiũ in græco (hoc) priuationi autẽ ex hoc. Nã cũ materia maneat ſuſtineatq; formã ingredictẽ, priuatio vero minime igiť ei q fert & ſuſtinet magis ꝓpriũ eſt hoc aduerbiũ (hoc) & ei q nõ fert neq; ſuſtinet magis cõgruit alteꝝ aduerbiũ. ſ. ex hoc. veꝝ ſi peculiare eſt materiæ illud (hoc) quia manet ac fert, cur aliqñ vtriſq; aduerbiis illo (ex hoc) & illo (hoc) in priuatiõe vtimur, in materia vero altero tm̃. Dico igiť qm̃ cũ ſubiectũ noiamus a priuatiõe, & vna voce ſimul cõprehendimus materiã & priuationẽ. Nã qñ dixero imuſicũ nõ ſimpliciter dico ipſam imuſicã ſed illud q participat imuſica, qm̃ igiť vox participans & ſignat, merito materiæ cõgruit aduerbiũ (hoc) & de ipſa ac de priuatiõe dicimus illud ex hoc. De priuatiõe itaq; hoc mõ dicendũ eſt, de materia aũt qm̃ vox nõ cõprehendit ſimul aliquid aliud dico. ſ. ceu imuſicũ. Et. n. cũ dixero Socrates albus fit, in Socrate quidẽ nõ eſt aliqua priuatio albi apparẽs & prolata dico. ſ. nõ albũ, ob id igiť vno ſolo aduerbio eã noiare ſolemus, ceu hõ muſicus fit, & Socra. albus, vel philoſophus, & minime ex hoie fit muſicus, vel ex Socr. fit philoſophus. Sed ſi ea de cã vno ſolo aduerbio materiã ſolemus noiare, qm̃ nõ cõprehendiť ſub vna voce materia & priuatio, cur in oi materia nõ vtimur eodẽ aduerbio dico. ſ. illud (hoc) q quidẽ diximus magis ꝓpriũ peculiareq; materiæ eſſe, ſed de quadã materia ſolũ illud (ex hoc) dicimus q ſane magis priuatiõi cõuenit, & tñ vna voce ſimul nõ cõprehenduntť materia & priuatio, cur ergo nõ ſemp eã noiamus ex ꝓprio aduerbio eius, atq; potius diceť ſpma fieri hoiem & lapides domũ, q̃ ex ſpermate ꝓduci hoiem, & ex lapidibus conſtitui domũ? Dico igiť ad hoc qm̃ quũ dicimus aliqd fieri ex materia, qa nõ ex prima, ſed ex ꝓxima materia fieri dicimus, q in his nõ pmanet ſm ſubſtãtiã, ſed tota trãſmutať, quippe nihil ſpmatis & fætus pmaneat, idcirco in hmõi materiis nõ hoc dicere ſolemus, ſed ex hoc. Nã in gñatione ſm ſubſtantiã nihil ꝓxime materiæ dico. ſ. ſpermatis & fætus pmanet pter ſubiectã primã materiã & trinã dimenſionẽ, ob id ergo in omni generatione ſubſtãtiali non hoc dicimus, ſed ex hoc. Non. n. dicimus cibũ fieri cibũ, ſed ex cibo fieri cibũ, & ex ordeo ordeũ, qm̃ cũ cibus vices materiæ & ſpermatis cõtineat nõ pmanet qñ ex ipſo alter cibus fieret, ſed ſecũdũ totã ſubſtantiã trãſmutaretur nihilo eius remanente pter materiã & trinã dimenſionẽ vt dicebã. In gñationibus ergo ſecundũ ſubſtantiã ob id ſolũ dicimus ex hoc & non hoc, atq; in his quecunq; nõ ſunt ſecundum ſubſtantiã, he nanq; imitanť gñationes ſecundũ ſubſtantiã. Nã gñatio ex ſtatua erea nõ eſt ſecundũ ſubſtantiam, imitatur tamen aliquo modo generationem ſecundum ſubſtantiam, iccirco cum caleſit æs &

Vide Euclidem decimo de quãtitatibus irrationalibus ſicut latus & diameter.

Dubitatio.

Solutio

Altera dubitatio.

Rñſum

fit rubeum, vel cum traſmutaretur aliquid aliud ſecundum huiuſmodi mutationem, que ſimilis fit mutationi per accidens non dicimus ex ære fit rubeum, ſed æs fit rubeum, vel æs fit calidum, quoniam ſecundum accidens huiuſmodi æs traſmutatur, quando autem fieret ſtatua, vel tripedű, vel lebes, vel aliquid huiuſmodi, non amplius dicemus æs fieri ſtatuã, vel lebetem, vel tripedẽ, ſed ex ære fieri ſtatuã, vel lebetem & tripedem, quoniã hæc imitantur æmulanturq́ꝫ generatione ſecundű ſubſtantiam, ſic etiam in cunctis talibus mutatiõibus ceu ex lapi..ibus & ex lignis domus, & abaculi tabula ex lignis, quoniã ceu forma naturalis in hiſce introduci videtur, quando igitur dixero rubeum, vel calidű non apparet ſimul materia capax huiuſmodi, ſed quemadmodum cum dixero hominem, vel equum mox mente concipimus materiam ex qua transſmutatur, ceu tale ſperma ex quo generationẽ trahit, ita etiã cű dixero ſtatuã, vel domum mox æs, vel ligna, vel lapides cõprehendo. Et quemadmodű ibi nihil ſpermaris permanet preter trinã dimenſionem & materiã, ita videtur in generatione trãſmutari penitus particularis forma lapidű & quidpiam aliud ex omnibus generari, idem in reliquis dicendű eſt. Quoniam igitur non parua eſt taliű ad generationes ſecundű ſubſtantiam ſimilitudo, idcirco cõmunis vſus eodem modo in ipſis & generationibus ſubſtantiarű illud aduerbiű (ex hoc) intulit, & quẽadmodum dicimus ex aqua aerẽ fieri, & minime aquã aerẽ, ita ex ære fieri ſtatuam, & non æs ſtatuam dicimus. Ars enim imitatur naturã. Præterea vt aquã dicimus fieri calidã. Subiectű enim in tranſmutatione ſecundű qualitatem etiam permanet, ita in aliis omnibus dicendű eſt. Sciendum autẽ q́ neq́ꝫ in omni priuatione ſimpliciter vtimur vtriſq́ꝫ aduerbiis ſcilicet hoc & ex hoc. Non enim diceremus quemadmodű ex non homine hominẽ fieri, ita etiam non hominẽ fieri hominẽ, ſed duntaxat ex non homine. Item ex non domo domű fieri: & ex nõ ſtatua ſtatuã dicimus, ſed minime conſueuimus dicere non ſtatuã fieri ſtatuã, & non domű ipſam domum. Cauſa autẽ huius ex dictis conſtat, quoniã quidem, vt diximus hoc aduerbium (hoc) materiæ eſt propriű, tamen non prorſus de eadẽ dicitur ibi non permanet & ſuſtinet, etiã ſi ſemper materia ſimul cum priuatione cõprehenderetur quoniam materia ſemper eſt ſubiecta priuationi ideo non ſemper permanet. In his ſolű dicimus de priuatione ex hoc in quibus materia nõ permanet, minime autẽ hoc. Nam dicimus ex non homine fieri hominẽ, minime autem non hominem fieri hominem ex priuatione in his generationẽ nominantes, & non ex materia. Verum in quibus materia permanet tunc ex materia & priuatione generationẽ nominamus. Nam dicimus ex immuſico fieri muſicű, & immuſicű fieri muſicű. Et ſi in ſtatua permaneret materia nõ diceretur non ſtatuã fieri ſtatuã, ſed ſolű hoc ex non ſtatua fieri ſtatuã quodquidem conſentaneum eſt predictis verbis. Nã idcirco dicimus has generationes imitari generatiões ſecundum ſubſtantiã in quibus nihil proxime materiæ permanet, quoniã vt non hominẽ fieri hominem nõ dicitur, ita neq́ꝫ non ſtatuam fieri ſtatuã. Vt igitur quæ dixi paucis abſoluã, de priuatione eadem aſſero vtrűq́ꝫ aduerbium (hoc) & ex hoc, dici & ſi nõ de omni priuatione, ſaltẽ in quibuſdam. At de eadem materia in aliquibus nunq̃ vtrunq́ꝫ dicitur, ſed interdű illud (ex hoc) interdű quidẽ (hoc). Si ergo de priuatione aliquando de eadẽ vtrűq́ꝫ dicit̃, de materia autẽ nunq̃ vtrűq́ꝫ de eadẽ, ſed alterum videt̃ itaq́ꝫ priuatio a materia differre, diſcrimen igitur inter materiã & pri-

Epilogus dictorum. uationem ex cõmuni vſu huiuſmodi eſt. Verum ſeparatur etiã hac diſtinguitur a materia priuatio ſecundű ipſam rem, quoniã materia ipſa in tranſmutationibus permanet cum forma aduenit, priuatio vero cű ſit contraria formæ non permanet, ſed ipſam fugit. Nam homo muſicus & albus permanet & non abiit fugitq́ꝫ. At immuſicű non permanet cum muſicű aduenit, ſimiliter neq́ꝫ non albű manet cű aderit albű, ſic etiam de omnibus dicendű eſt, quare ſi materia remanet vna cű forma, & priuatio tollitur, ergo priuatio & materia ſunt inter ſe diuerſe. Verum ſi non omnis materia permanet, quippe ſperma atq́ꝫ fætus non permaneant ſimul cű forma humana nimirum non eſt, imprimis quidẽ, quoniã & ſi materia non omnis permanet, attamen aliqua ſemper eſt quæ remanet, priuatio autẽ nulla permanet. Hoc itaq́ꝫ ſufficit ad oſtendendum diſcrimen eorű. Deinde quãq̃ materia proxima in cunctis non permaneat, tamen materia maxime prima, ac trina dimenſio in cunctis quæ tranſmutantur permanent. At priuatio nunq̃ permanet. Præterea impoſſibile eſt, vt funditus tollantur materia prima & proxima cui mox aduenit forma, quippe ſit pars compoſiti. Perſpicuum igitur eſt ex ipſis rebus diſcrimẽ inter materiam & priuationem eſſe.

TRIA igitur dicere elementa eſſe ex his & hmõi aliis nobis conſiderãtibus uidebitur aliquam rationem habere: ut antea diximus. Sed tribus plura ponere minime.

Notandum

Notandum est, quoniam non dixit tria igitur asserere principia, sed dixit tria igitur asserere elementa significans quod quidem a principio nobis dictum est, quoniam elementa sunt principia, at minime econtra principia sunt elementa, quod quidem igitur principia vocet elementa materia & formam iam explicauimus qui postea in cæteris & sequentibus plane forma, & materia vocat principia, quod vero non omne principium sit elementum aperte indicauit dicens. Tria igitur dicere elementa esse. Nam principia plura sunt quam tria, quoniam efficiens causa & finalis sunt principia.

Tu iterũ vide prohemiũ & Simpliciũ hic.

AT patiendum enim sufficit unum.

Quod nequeant esse duo subiecta, & vna contrarietas probat. Nam sufficiens est vnum subiectum quod diuisim ab vtraque parte contrarietatis patiens omnia generet.

SI uero quatuor contrariis sumptis duæ contrarietates erunt utrisque oportebit seorsum aliam quandam naturam mediam subiici.

Nã cũ priuatio insit materiæ efficit vt ipsa sit in potẽtia, & nõ in actu. Nã ꝙ habet facultatẽ suscipiendi formã, id ẽt suapte natura põt recipere priuationẽ. Itẽ neq; reciperet priuationẽ nisi idonea esset recipiẽdi formã, vt in libro predicamẽtorũ dictũ est, ob id naturã forma idonea est, vt sit in materia, quoniã priuatio est in ea, quoniã igit suapte natura forma in ea esse põt, iccirco nondũ est. Nã fieri nõ põt, vt simul sint in ea priuatio & forma, ob id igit dicit esse in potẽtia, & non in actu. Constat aũt nos priuationem hoc in loco accipere ex qua aliquid transmutat in formã, & non vt in predicamẽtis dicit habitũ solũ transmutari in priuationẽ & non econtra. Ibi enim ob id explicatũ est, qm̃ habitũ & priuationẽ vti ea quæ fiunt in re ipsa iã formata dicebamus. Hic aũt contẽplant priuationẽ & formã quatenus fiunt in subiecto in forme & primo.

Prius multifariã dicit in pdicamẽtis & 5. Meta.

Sed de ordine primorũ lege simpliciũ in plogo, Galenũ in libro de dogmatibus philosophorũ Plotinũ in libro de materia.

PRIMI namq; philosophi ueritatẽ & naturã eorũ quæ sunt querẽtes, exorbitarunt quasi ad aliquã aliã uiam ab ipsa imperitia depulsi. Et aiunt neq; fieri quicq̃ eorum quæ sunt, propterea quod oportet quidem omne ꝙ fit aut ex ente, aut ex non ente fieri. At ex utrisq; his fieri aliquid non potest. Neq; enim fit id ꝙ est, iam enim est. Et ex non ente nihil fieri potest. Aliquid enim subiici oportet. Atq; hoc pacto id quod deinceps accidit augentes, neq; multa inquiunt esse, sed solum id quod est. Illi ergo ob ea quæ diximus hanc opinionem acceperunt.

Primos philosophos vocat, & inquit eos, nõ qui dignitate primi fuere, sed qui tpe pcesserũt. Dicit ẽt veritatẽ & naturã, p hoc.s.veritatẽ quæ est in natura. Exorbitarũt quasi ad aliquã aliã viã ab ipsa imperitia depulsi.s.dialecticæ ignorãtia a veritate deuiarũt. Nã si diuidere sciuissent quot modis ens & nõ ens dicat, itẽ id ꝙ est p se id & id ꝙ est p accñs similiter ꝙ est in potẽtia & in actu & non putassent fieri nõ posse, vt aliquid ex ente & nõ ex nõ ente fieret. Ex nõ ente nihil enim fieri põt. Aliquid enim subiici oportet. Semper oportet subiici id ex quo fit. Non ens autẽ (inquit) subiici enti non põt, alioquin in eodẽ essent ens & nõ ens. Et ita ꝙ accidit deinceps augentes. Dato (inquit) absurdo accidẽtia aduenientiaq; multa alia augẽt adiciuntq;, quoniã dato vno absurdo infinita sequunt, quorũ vnũ est quia tollũt multitudinẽ his quæ sunt dicẽtes solum vnũ esse id ꝙ est, sicut fuere Parmenides & Mellissus. Illi quidẽ ob ea quæ diximus hãc

Textus.

opinionem acceperũt eam.s.opinioné quæ gñationé & multitudiné a rebus aufert, qm̃ existimarunt id quod est funditus esse non posse. Nam ꝑpter hoc asserũt neq; quippiã generari ex non ente, neq; in rebus multitudiné esse, ne idem accidat esse ens & non ens.

NOS aũt uno quidẽ mõ nihil inter hæc interesse dicimus, ex ente inq̃ aut ex non ente fieri, & id ꝙ nõ est, aut ex eo quod est agere, aut pati quippiã, aut quoduis hoc fieri, uel medicũ agere quippiã aut pati, uel e medico aliquid esse aut produci, quare cũ id dicatur dupliciter, patet & ex ente fieri & id ꝙ est, aut agere aliquid aut pati. Edificat igiẽ medicus, nõ ut medicus, sed ut edificator. Et albus fit non hoc sane quo medicus est, sed quo niger. Medetur autem & medicinæ ignarus fit quo medicus est.

Nos (inquit) ansoluentes dubitationé dicimus ens & non ens dupliciter dici, vel p se, & p accidens, vel actu & potẽtia, & primi modi tale exemplú ponit. Dicimus (inquit) medicũ mederi, rursus dicimus medicum edificare, sed medicũ mederi p se dicimus, quoniã quo medicus medeẽ at medicum edificare dicimus p accidẽs, quoniã accidit medico esse edificatoré. Non.n. qua medicus ædificat, sed quo ædificator. Vñ quẽadmodum dicimus medicum aliquid agere p se, aliquid vero p accidẽs. Ita dicimus illum pati. Nã dicimus medicũ fieri ignarũ medicinæ, dicimus ẽt ecõtra medicum fieri albũ. At medicus fit ignarus medicinæ p se, quoniã quo medicus amittit medicinã, sed albus fit non quo medicus, sed quo niger est. Et.n. quia accidit medico nigrũ esse, ob id fit albus & diciẽ p accidẽs medicus fieri albus. Quẽadmodũ igiẽ de medico diximus ita de ente ac nõ ente dicimus. Nã dicimus fieri ex ente, atq; ex nõ ente, sed non p se neq; ex ente neq; ex non ente, sed p accidens non est absurdum aliquid ens fieri ex ente.s.ex alio ente aliud ens. Nã multipliciter ens est, sed non quatenus ens sit, sed quatenus ens per accidens ens est. Similiter ex non ente aliquid fit nõ quatenus nõ ens est, sed quatenus p accidẽs est nõ ens. Nam idẽ ens ex eodẽ ente penitus fieri neq; per accidens põt, ceu aqua ex aqua. verũtñ ex alio ente aliud ens per accidẽs ꝓduci posset. Verũ de his iã exactius diligẽtiusq; diximus. Hæc est igitur sentẽtia textus iuxta verbũ. Sed quoniã diximus in superioribus vtraq; aduerbia dici de priuatione.s. ex hoc atq; hoc, & de materia ẽt vtraq; dicimus, tñ non de eodẽ, sed alio quidẽ hoc aduerbium ex hoc. Nam ex spermate & fætu dicimus fieri hominẽ, minime aũt sperma & fætum hominem fieri. Itẽ æs dicimus fieri statuã, & non ex ære statuã, quoniã igiẽ & de materia dicimus (hoc) & ex hoc, atq; de priuatione, ob id ipse impresentia, & de ente ac nõ ente vtrisq; aduerbiis vtitur. Nunc aũt dicimus (inquit) illud ex ente, vel ex non ente. Ecce qñõ de ente ac non ente illud aduerbium ex dicat. Rursus ẽt illud hoc de eisdẽ inducit, cũ inquit vel non ens vel ens facere aliquid vel pati. Verũ cum dicat ex ente vel ex nõ ente fieri sermonẽ deducit ad aliquod magis vniuersale, quoniã inquit ens vel non ens facere aliquid, vel pati. Nam amplior est gñandi actione ipsa agẽdi vel patiẽdi functio. Nam cum quippiã generatur ẽt patitur, & non econtra quippe mutationes quæ in aliis ꝓdicamẽtis sunt gñationes quidẽ non sint, sed duntaxat actiones & passiones quedã, quoniã sola mutatio in substantiã est gñatio, sed quoniã cõiter gñatio diciẽ de omni mutatione, quippe soleamus dicere albũ fit, vel superius, vel inferius quippiam fieri, ob id rursus procedẽs ad magis vniuersale ꝑuenit, cũ dicit ens, vel nõ ens pati aliquid aut agere, mox induxit aut quoduis hoc fieri, ne solum de gñatione secundum substantiã dixisse videaẽ, sed ẽt de ea quæ est secundã quantitatẽ qualitatẽ, & locum. Quare posteaq̃ hoc dupliciter diciẽ.s. medicum agere vel pati, fertur.n. per se agere, vel per accidẽs. Vnde vtraq; exempla eiusdẽ qui agit & patiẽ subiecit, dico inq̃ exẽpla quibus declaraẽ quippiã agere, vel pati per se & per accidẽs. Quẽadmodũ igitur de medico dici solet ꝙ is agit vel patitur dupliciter, vel per se vel per accidẽs, ita cum ex ente, vel ex non ente aliquid fieri dicimus, hoc ens, vel non ens fieri dupliciter diceretur, vel per se, vel per accidens.

CVM autem dicimus ipsum medicũ maxime proprie aliquid agere, aut pati, uel ex medico fieri, si illud agat, uel patiatur ut medicus, patet & hoc ex non ente inq̃ fieri id significare quatenus non ens est.

Cum dixerit dupliciter dici ex non ente, vel ex ente fieri, quemadmodũ & ex medico fieri aliquid dicitur, nũc distinguit qualis ꝓsertim duorũ significatorũ ad propositũ attineat & inquit quẽadmodũ quo maxime diciẽ medicus agere aliquid, vel pati quando quo medicus faceret

aliquid vel pateref,ceu q̄n mederetur,vel ignarus medicine euaderet,fit(inquit)ex ente,vel ex
non ente aliquid fieri dicunf,idest q̄n ens permaneret, & aliquid aliqꝫ fieret ,tunc igiť ex non
ente proprie aliquid fieret q̄n non ens cū permaneret sic reciperet ens, quod quidē impossibile
est. At minime proprie aliquid ex non ente fit,sed potius p accidens q̄n non ens cedit enti.Pro-
Error antiquorum' res itaqꝫ philosophi hos duplices significatus non distinguentes putauerunt (vt inquit)quod
cum quippiā gnigni ex non ente affirmareť,illud proprie ex nō ente gnignereť , atqꝫ nullum
alium significatū entus esse q̄ significatū proprie. Ob id etiā inquit eos abstinuisse abhoruisseqꝫ
generationē prorsus ponere,sed potius affirmarūt nihil gnigni produciqꝫ. At cōstat id ex quo
ex ente inq̄ fieri,vel ens significare,vel non ens. Et proprie dicereť gnigni ex ente,vel non ente
quando quatenus ens,vel quatenus non ens gnigneretur. Non solum enim proprie non ens
hoc significat quatenus non ens,sed etiam proprie ens quatenus ens.

QVOD quidē illi non distinguētes longe a ueritate semoti sunt,& ob ignoratio-
nem hanc adeo ignorarūt,ut nihil fieri prorsus, neqꝫ ceterorū quicq̄ esse arbitrarentur,
sed tollerent omnē generationē. Nos aūt & ipsi dicimus nihil fieri simpliciter ex non
ente,tamen ex non ente p accidēs fieri. Ex priuatione.n. quæ est p se nō ens,& quæ non
inest,fieri dicimus,sed hoc mirū uidebatur ac impossibile sic fieri ex non ente. Similiter
aūt neqꝫ ex eo quod est,neqꝫ id ꝙ est fieri dcimus nisi p accidēs. Sic aūt ex hoc fieri hoc
modo dicimus ceu si animal ex animali fieret,& aliquod animal ex quopiā animali, ceu
si canis ex equo fieret. Canis.n. nō solū ex aīali quodā,sed ēt ex aīali generaret. Verum
non ut animal iam enim idipsum est.

Textus

Non distinguētes ens in p se & p accidēs. Neqꝫ ceteroꝝ quicq̄ esse,i. neqꝫ aliquā multitudinē
esse,sed vnū solū ens,& neqꝫ alioꝝ quicq̄ esse pter ens,dixerunt. Hæc aūt sunt quedā nō entia
Textus quæ quidē nō esse aiunt. Ex priuatione.n. quæ est p se non ens,& quæ non inest fieri aliquid
dicimus. Inquit & nos dicimus ex nō ente fieri aliqd,sed nō ex p se nō ente, sed ex nō ente p ac-
cidens. Nam fit ex priuatione quæ sane p se nō ens est,sed nō p se ex priuatione fit , qm̄ ipsa nō
Qūo nō ens est pars entis. inest ei ꝙ fit,sed p accidens,qm̄ solū p se ex materia fit. Potest ēt id ꝙ fit ex materia dici ex non
ente fieri,qm̄ materia est nō ens p accidens ꝑpterea quod ei inest priuatio, Sic aūt potest cōcedi
non ens inesse his quæ fiunt veluti pars eoꝝ. Sed nō per se nō ens,sed per accidens materia est
non ens cui accidit nō ens. Sed hoc mirū videbatur,ac impossibile sic fieri ex nō ente. Qm̄ di-
Textus xit & nos dicimus ex non ente quippiā fieri,ex non ente inq̄ nō per se,sed per accidens , hoc in-
quit mirū ac impossibile videri,vt hoc modo ex nō ente aliquid fiat. Verū iuxta nostras suppositiones
nō videreť amplius impossibile. Similiter aūt neqꝫ ex eo quod est,neqꝫ id quod est, fie-
ri dicimus nisi per accidēs. Hoc aūt continuum est & cōiungitur cum his superioribus verbis.
Nos aūt dicimus nihil fieri simpliciter ex nō ente, attamē ex nō ente per accidēs fieri, deinde sub
Textus iungit hæc. Similiter aūt neqꝫ ex eo quod est,neqꝫ id quod est fieri dicimus nisi per accidens.
Quemadmodū inquit ex nō ente dicimus,sed nō per se ex nō ente,sed p accidēs,ita ex ente per
Textus accidēs fiūt ea quæ fiunt. Hoc aūt dixit de proxima gñatione. Nam fit ex ente quod est aer ipse
ignis,sed per accidēs,ex ente inq̄ fit,qm̄ accidit aeri, vt trāsmutetur in ignem aliquomodo tamē
Textus per accidēs trāsmutari dicimus siquidē aeris forma nihil cōferat ad generationē ignis. Porro ex
multis aliis fit,& eius pars aer nō euadit, sed cedit & corrūpitur. Ceu si animal ex animali fie-
ret,& aliquod animal ex quopiam animali. Quoniam quādo ens dicimus fieri ex ente nō qua
tenus id ex quo fit ens est,ita dicimus ex eodē fieri ipsum,sed per accidēs ex ente. Nunc facit hæc
exemplis. Nam dicimus animal ex animali fieri.ex animali autem nunc dicimus velut ex mate
riali causa,quoniam modo de hac sermo est. Neqꝫ enim velut ex homine hominē tanq̄ ex cau
sa efficiēte,sed velut ex quo vespe,& ex tauro apes. Equidē equi sunt generationes vesparum
& tauri apium,quādo igitur dicimus animal ex animali fieri,ceu ex equo vespæ,non certe hoc
dicimus,quod equus quatenus animal trāsmutetur in vespas quæ sunt animalia , neqꝫ enim
subiicitur vespis,vt materia equus , sed hoc dicimus quoniam ex quodā cui accidit animal esse
aliqd aliud fit,cui & eidē animal esse cōpetit. Hoc mō igiť & si fieret aqua ex aere ens ex ente fie-
ri dicimus nō qa ens mō fiat,neqꝫ quod iā factū sit anteq̄ fiat,sed id ex quo de quo etiā ens præ-
dicatur,aliquid aliud fit p accidens quod tū est per se ens. Dicēs aūt,ceu si aīal ex animali fieret
qm̄ neqꝫ simpliciter,vt aīal fit,sed id ꝙ factū est prorsus aliquod aīal est , mox subiunxit, & ali-
quod

quod animal ex quodã animali. Nam fieret canis non solũ ex quodã animali, sed etiã ex anima li, verũ non quatenus animal, quippe hoc iam existat. Nam vt verum est asserere q fit ex equo canis forte, vel vulpe, vel alterum quippiã, sic est verum dicere, vt ex animali fiat canis. Verũ & si dicimus ex animali fieri animal, tamen non quatenus animal dicimus illud ex quo fit sic fie ri ex eodem animal. Non enim quatenus animal ex eo ente fit neq fiebat. Nam animal ex quo fit aliud iam existit. Patet igitur non quatenus animal ex quo fit ita fieri ex eodem animal, sed per accidens ex animali vt diximus.

SI autem debet aliquid fieri animal non per accidens, non erit ex animali. Et si quid ens fiet non ex ente neq ex non ente fiet. Nam diximus quid significet ex non ente fieri, quoniam non quatenus non ens.

Inquit siquis gignit ex quodã animali non p accidẽs sed per se, non ex animali producet, sed ex non animali ceu ex spermate, vel ex materia. Quemadmodũ igit inquit hæc se habẽt, ita se habet ens, si fieret aliquod simpliciter ens non ex ente fiet, quippe illud iam sit, sed ex non ente petitus. Verũ neq quicq producit põt ex non ente simpliciter. Nam proprie ex non ente significare dicimus quatenus non ens, hoc aũt dicitur per se quod fit pars cõpositi, fieri ergo nequit ens simpliciter, sed quoddã ens producit ex quodã nõ ente non quatenus nõ ens, qm neq ens neq non ens permanent, sed p accidẽs tolũ. Quæres aũt si recte diceret animal ex animali fieri perinde si diceremus ex equo canẽ fieri, vel vulpes, & ex tauro apes. Neq enim animalibus existentibus hæc fiunt, sed veluti ex quadã alia materia. Corrupto.n. animali atq eiusdẽ materia resoluta quæ aliã formã animalis assumit ea pducunt. Vnde in his oĩbus ita fit, vt animal non ex animali fiat, sed potius ex nõ animali pducit animal, quare in his supuacaneus est labor dicendi quod non quatenus animal fit, sed quatenus quoddã animal, ceu equus. Dicimus.n. quod vere & quatenus animal fit ex his non tñ ex animali. Si aũt aliquis inquiat interdũ animal fieri cur magis de hoc animali dicis q̃ de quauis alia materia, siquidẽ vnũquodq potest fieri materia animalis. Si ergo in his oportet vti accõmodatioribus exẽplis, vtamur pfecto quibusdã animalibus allatis quæ fiũt ex vermibus & bruchis. Nã bruchi prius cũ sint & vermes non corrupti ex forma in formã mutant, & hæc est gñatio ex animali in animal. Manens.n. animal alterum fit. Et cõstat ẽt hic nõ esse gñationẽ quatenus ex animali, in animal. Nã eandẽ definitionẽ animalis id q erat bruchus, vel vermis suscipiebat, & id allatũ q postea hoc fit non ex aĩali sit quatenus animal, sed ex quoddã aĩali quoddã animal fit, cũ aũt dico quoddã, formã dico, ceu ex tali forma animalis talis forma fiat. Si aũt quatenus animal fiebat. Neq enim est priusq fieret, ceu vermes & mures ex spermate orti. Nam fiunt quatenus animalia, sed non ex animalibus. inqsitio optima.

ITEM, neq hoc esse omne, aut non esse tollimus.

Quoniam dixit neq ex ente fieri, neq ex nõ ente aliqd, q videt sane dignitatẽ cõtradictionis de medio tollere. Iccirco inquit nõ tollimus. Nã cũ dicimus ex ente atq ex nõ ente quippiã fieri nõ incidimus in cõtradictionẽ, qm nõ iuxta eadẽ dicimus, vel ex ente, vel ex non ente, aut neq ex ente, neq ex nõ ente. Ex ente.n. qm id ex quo aliqd fit quippiã alterũ est, ex nõ ente aũt, qm nõ est id quod fit. Sed vt breuiter dicamus pter priuationẽ neq ex ente quatenus ens fit, qm ipsa est simul cũ materia, q̃ ẽt rõne dicit fieri ex nõ ente, siquidẽ priuatio sit nõ ens p se. Itẽ neq ex nõ ente quatenus nõ ens, qm priuatio nõ est cõstãtialis materiæ, sed cedit formæ aduenienti.

S igitur est unus soluendi modus. Alius autem est quia eadem possunt dici secundum potentiam & actum.

Cum ex diuisione per se & per accidens dubitatiões quæ adducebant reiecisset ac psoluisset, nunc easdẽ refellit ex diuisione alicuius q est potẽtia & actu. Nã asserimus ea quæ fiunt ex ente in potẽtia & nõ in actu fieri, huiõi aũt materia est, quare si dicimus ex ente fieri nõ dicimus esse id quod fit anteq̃ fieret, qppe ex ente in actu fieri ens in actu nõ dicimus sed ex ente in potentia actu nõ ente. Veteres & si hoc mõ ex nõ ente diximus nõ tñ ex nõ ente prorsus quippiã fieri dicimus, sed ex eo q actu nõ est, licet potẽtia sit, quare his reꝝ ortũ gñationẽq non tollimus, & dubitationes quibus tolli videbatur generatio persoluimus.

HOC autem in aliis locis exacte magis determinatum est.

In nono libro metaphisices. Nā totū illū librū ī hæc dissoluit, dicēs qd sit potētia, & qd ī actu.

QVARE ut dicebamus dubitationes illę soluunt̄ ob quas compulsi ueteres tollunt quędam eorum quæ dicta sunt, ob hoc enim tantū exorbitarūt ab ea uia qua ad generationem, corruptionem, & prorsus mutationem accedimus.

Rerum naturalium de quibus diximus quasdā tollunt, generabiles inq̄ & corruptibiles.

IPSA enim natura si uisa fuisset, omnē ipsorū ignorationē profecto dissoluisset.

Ipsa natura .i. q̄ ipsum p se & p accidēs, & id q̄ est potētia atq; actu indicat. Nā si cognouissent ac sciuissent hanc diuisionē rerū, soluissent dubitationes p quas gñationē de medio tollebant.

IPSAM igitur & alii quidam, sed non sufficienter utiq; tetigere.

Cum tradidisset sermonē de materia, & ostendisset hac ratione solui veterū dubitationes de generatione rerū naturaliū, nunc vult ostendere q̄ nemo ante ipsum determinate dearticulateq; de ipsa reuera sermonē fecerit. inqt ergo qm̄ huius materiæ sermonē attulimus fecimusq; tamen ante nos quidā eam tetigere, sed non sufficiēter. Nam quicunq; posuerūt, id formatum esse dixerūt, siue illud sit vnū quatuor elemētorū, siue aliquid aliud inter hæc mediū, qui neq; in cognitionē materiæ prorsus peruenerūt. Plato aūt venit in cognitionē materiæ. Nam si illam vocauit altricē, & receptaculū formarū ab omnibus formis alienum, plane ipsam cognouit atq; asseruit. Inquit. n. Plato in illā cuncta recidere atq; formā, & nihil ingrediētiū ipsam haudquaq̄ refutat, quare Plato tetigit naturā materiæ, quā statuit informē & oībus subiectū esse. Verū nō sufficiēter de ipsa sermonē fecit, quippe qui non separauit ipsam a priuatione, quemadmodum nos separamus. Nos. n. dicimus ratione & nostro dicendi usu priuationem a materia se iungi, quāq̄ subiecto eadē sint, atq; eo differre q̄ materia permanet cum forma quæ aduenit, priuatio aūt tollit̄ & non manet. Plato aūt quāuq tria principia dicere videat̄, magnū. s. atq; paruū, & ipsum vnū quod quidē formā appellauit, attamen verūq; magnum & paruū subire rationem materiæ dixit. Nam duo nomina de eadē re predicari voluit quippe qui magnum & paruū materiā appellauerit, quare trinitatē principiorū non similiter posuit sicut nos posuimus. Nā materiam & priuationē nos dicimus esse subiecto idē, ratione tn̄ differre. Ipse aūt magnū & paruum non solū subiecto vnū esse dixit, sed ēt ratione, & nomine solū differre, ceu se habent res multiuoce. At si quis dixerit apud Platonē non idē significare magnū & paruū, sed hæc nomina diuersa significare atq; de diuersis predicari, is tn̄ non demonstrabit q̄ alterū dicat de materia, & alterum de priuatione. Et quamq̄ cōcederemus apud Platonē aliud significare magnū, & alterū paruum, attamen hæc duas materia, penitus significarent quare nihil minus non separabitur a materia priuatio. Nam existimare Platonē penitus priuationē non esse existimasse stultū est. Hic nanq; vnus est qui dixit non ens esse aliquid quod non inferius ac minus est ente & si dixit materiā nullā formam habere, iam cognouit priuationē formarū ei existentē, quare nō ignorauit priuationē esse. Rursus ipse profecto inquit oīa esse propter formā & fieri secundū vicissitudinem formarū & assumptionē, corrumpi vero secundū abiectionē quare cum eiecta ablataq; fuerit forma, materia habebit priuationē. Si ergo priuationē statuit, & tamē nihil de ipsa dixit, vel quia existimauit ipsam eandē esse formæ, vel eandē materiæ. At formæ illā esse eādem ratus non est, quippe simul essent cōtraria, quare non sine ratione censuit illā esse eandē materiæ, quod si eandē materiæ est, vel ergo subiecto & ratione eadē, vel alia ratione, & subiecto eadem duntaxat, si ergo ipse suspicatus est ipsam alterā esse rōne vt nos asserimus oportuit ipsum hoc idē determinasse ac dearticulate dixisse, sed cū hoc non videatur fecisse, constat vtiq; illū ratum fuisse priuationē & materiā idē esse subiecto & ratione. Hæc igit̄ Ari. dicit. Sed q̄ Plato nō censuerit materiā esse eandē priuationi sic plane ipsum dicentē inuenire nō est. Quod vero sciuerit ipsam a priuatione differre ex dictis manifestū est. Nam si materiā appellauit matrē, altricem, & receptaculū formarū, atq; nullā formarū ingredientiū ipsam habere, patet ēt ipsam priuationē formarū habere, qñ igitur susciperet formas, amplius priuationē formarum quas recepit simul habere non poterit, alioquin acciderēt, vt idē simul esset & non esset, quare eo quod recipit formā abiicit earū priuationē, si hoc cōcedit̄ materia altera erit præter priuationē. Itē si inqt

Quō Plato posuerit materiā lege Plotinū in libro Eneadū Cetera quæ dicunt̄ de Platone sunt fabulæ.

Defensio pro Platōe.

cuncta esse per formã & fieri per vicissitudinẽ formarũ, corrũpi vero per abiectionẽ earũ. Materia nanq; abiicit formã, hæc aũt abiectio formarũ nihil aliud est q̃ priuatio earũ, itaq; priusquã forma abiiceref ab ipsa materia priuatio separata erat, quare Plato putauit materiã a priuatiõe differre, & si non adeo aperte verbis id explicauerit vt Aristo. qui asseruit priuationẽ a materia rõne differre, mirũ non est. Nam ipse Arist. dixit nos distinctã rerum cognitionẽ assequi non potuisse, nisi veterum principia seminaq; inquirendi accepimus. Et certe nil mirum est cum alii nobis afferant occasionem ac opem cognoscendi res, nos quæ ab illis disputata sunt dilatare ac dearticulate distincteq; tractare.

PRIMVM enim fatentur simpliciter aliquid fieri ex non ente ea sane ratione qua Parmenidem recte dicere arbitrantur.

Quod attigerint sermonẽ de materia, licet non sufficienter imprimis ostendit eo quod receperunt rões Parmenidis. Nam si concedebant ens vnũ significare, & hoc ingenitũ esse, & dicebant et quedã fieri, necesse oĩno est, vt hæc fiant ex non ente simpliciter. Nam quoduis ens vnũ esse & ingenitũ esse dicebant. Et rursus si cõcedebant q͂ est preter ens non ens esse, & ens ingenitum esse, igitur quod fit ex simpliciter non ente fieri dicebant, quare cum dicant id q͂ fit ex non ente fieri, & q̃m non ens appellabãt materiã, q̃m cõis opinio naturaliũ est nihil fieri penitus ex nihilo in cognitionẽ materiæ venerũt, quæ nihil est tale eorũ quæ fiunt. Verũ quia materiã nõ ens simpliciter dicebant nõ rectã & exactã eius intelligentiã habebant, q̃m ipsa non est simpliciter non ens, sed partim non ens, q̃m per accidens est nõ ens quia habet priuationẽ, ac actu non ens potentia ens. At illã simpliciter non ens dicebãt illi qui Parmenidis ꝓpositionibus cõcesserunt ac assenserũt. Vni. s. dicẽt ens significare vnũ, & alteri dicent, q͂ est preter ens, est non ens. Nã si Parmenides dixit id q͂ est vnũ esse, & q̄cquid esset ꝓter hoc nõ esse ens, & nõ aliqđ nõ ens, sed simpliciter nõ ens, oportet eũ penitus q amplectif & admittit hãc opinionẽ dicẽtẽ ens vnũ eẽ & ingenitũ, cũ fateref gñationẽ esse, q̃m ex ente nihil ꝓduci põt, q̃ppe hoc immutabile sit, ex opposito dicere idẽ fieri, hoc aũt est simpliciter non ens, quãq̃ plane hoc nõ dixerit, quare Plato nõ seruat naturã materiæ cum ipsam simpliciter non ens vocat ex qua fiũt ea quæ fiunt, quæ quidem partim est ens, & partim non est ens, potentia inq̃ est ens, actu vero minime. Itẽ per se ens est, & per accidẽs non ens, q̃m habet priuationẽ quæ per se non ens est. At de his satis superioribus disseruimus ac diximus Platonẽ ens intelligere intellectuale, atq; ipsum minime introduxisse illud nullo pacto ens, sed non ens appellauit secundum diuersitatem.

Cum ex ente nõ põt esse gñatio ergo ex nõ ente simpliciter q̃m q͂ est preter ens est non ens simpliciter secundũ Parmenidẽ, vt voluit Plato.

DEINDE si est una numero, & una potentia ipsis solum esse uidetur.

Non. n. videntur hec distinguere, ceu Arist. facit. Præterea si dicebant ex simpliciter non entẽ scilicet ex materia eo modo quo diximus fieri ea quæ producuntur hoc sane fit, quia materiam accipiebant vnum aliquid cum priuatione quæ simpliciter est non ens.

HOC autem plurimum sane differt. Nos. n. materiam & priuationem diuersa dicimus esse, atq; materiam quidem non ens esse per accidens, priuationem autem per se censemus. Et materiam quidem prope atq; quodammodo substantiam, priuationem uero nullo modo substantiam esse asserimus.

Forsitan quispiã dicet non differre hæc. s. asserere materiã esse vnã numero & rõne, atq; asserere illã esse vnã numero, rõne aũt duo propter priuationẽ. Atqui non parua est differentia inter hæc, & quanta sit Arist. infert, & inquit materiã esse ꝓpe substantiã aliquo pacto, priuationem aũt nequaq̃. Inquit aũt materiã ꝓpe substantiã q̃m sit pars substantiæ, & q̃m substantia quẽadmodũ ceteris ꝓdicamentis subiicif, ita et materia substantiis, ob id materia est aliquo modo substantia, priuatio autem nullo pacto subiicitur, sed fugit & cedit formis aduenientibus.

QVIDAM aũt q͂ nõ est magnũ paruũq; similiter inquiũt esse, aut utrũq; simul aut utrũq; seorsum. Quare hic modus trinitatis diuersus ab illo est penitus.

Inquit nos ita priuationẽ a materia seiungimus. Illi aũt magnũ & paruũ materiã esse dicunt siue autem vnũ aliquid vtraq; nomina apud eos significant, siue diuersa nihil ad rõnẽ attinere videtur. Nam si apud eos magnũ & paruum materiã significant, ergo diuerso modo nos poni-

Hic pater quõ

essentiæ atq; eē,& eē bonū est,prorsus oportet,vel eādē appetere seipsam,vel cōtrariū suū priuationē.s.dico sui in materia,sed neq; eadē seipsam appetit,quippe,seipsa nō egeat. Appetit autem quis id q ab est & minime habet.itē neq; priuatio suā corruptionē appetit. Relinquit ergo materiam appetere formā,q si materia formā appetit,& materia eadē est cū priuatiōe,suimet corruptionem appetet. Præterea si materia esset eadē priuatiōi quo tueremur successiuis vicibus quandam formā recipere. Nam si hominis materia eadē foret cū priuatiōe humana,atq; simpliciter si quedam materia alicui priuatiōi eadē foret,cū ergo interiret priuatio hominis in gñatione eius corrumperet ēt eiusdē materia,sed si corrumperet quo susciperet formam,non igit in materia hominis forma esset. Et si quedam materia alicui priuatiōi eadē esset,& simpliciter materia,simpliciter priuatiōi eadē erit,& ecōtra si ipsa simpliciter materia eadē ē simpliciter priuationi,& quedam cuidā erit eadē. Quod si simpliciter materia eadē est priuatiōi, & cōstat ipsam vicibus suis quandā formā recipere,quandā aūt minime,itaq; corrūperet & nō foret incorruptibilis,quare si materiæ eadē esset priuationeq; ipsa incorruptibilis esset neq; formæ in materia cōstituerent qm ipsa corruptibilis est. Vt.n.priuatio formā fugit,huicq; cedit,ita ēt materia cū sit eadē priuationi ipsam fugeret. Diuinā igit appellat formā, qm a deo pficiscit. Bonā vero qm essentia ac esse cuiq; bonū est ob id ēt appetibilē inquit esse, qppe bonū ab oībus expetendū sit. Ver quo pacto inquit formā nō egere aliquo,cū materiæ in sit. Dicimus ipsam nō egere aliquo nō hoc mō,vt nō egeat materia vt sit,sed qm cū materia in formis sit & indeterminata eo indiget quod ipsam terminet & informet,forma aūt cum sit quoddā pulchrū,& terminus nō eget aliquo, vt hoc sit. Nā oportet id q nō eget aliquo imprimis eē,deinde nō egere aliquo, vel egere. Materia igit & si nō eget forma,vt sit quoad suā rōnē,tñ eget aliquo quo ipsa terminet & ornet, forma aūt amplius nō eget aliquo,q ipsam ducat trahatq; ad ordinē, uel ad terminū. Inqt ēt materiā nō p se turpē eē seu informē,sed p accidēs. Nā turpitudo quedā priuatio est,materia ergo turpis est,qm priuatiōe participat,turpis aūt p accidēs est,qm quoad suā rōnē nō est turpis,licet priuatio suapte natura turpis sit. Sed cū materiæ accidat habere formas priuationem,& si idonea sit formas recipere,nō erit p se ipsam turpis,alioqn cōtrariū nūq̄ reciperet. Similiter aūt & femina est per accidēs,qm femina patit,& mas agit & format sic ēt materia patitur,& fit in ipsa forma.

Ponderatio verborum.

Obiectio.

Solutio.

An femina īgñatione patiat tm̄ lis est inter medicos & philosophos. Vide tu quoq; o cucullate. Egidium de formatiōe corporis humani. Tu vero peripatetice lege librum Arist. de gñatiōe aīaliū & Platonē ī Timeo cū de homine disserit.

AT uero tum corrumpitur & gnignitur,tum neq; fit neq; corrumpitur. Nam ut est quidem id in quo per se corrumpitur. Id enim quod corrumpitur in hoc est ipsa inē priuatio. At suapte potentia non per se, sed necesse est nec occidat nec oriatur. Nam si fit, subiici aliquod primum oportet,ex quo hoc pacto inexistente fiat. Hoc aūt est ipsius natura,quare fit ut sit antea quam fiat.

Ostendit hic materiam esse ingenerabilē & incorruptibilem. Ingenerabilē autem non secundum causam,sed tēpore,quod quidem cōstat argumentis quibus ostēdit ipsam esse ingenerabilem & incorruptibilē. Constat ēt ex dictis eius alias. Nam cū de primo loquit,ait illinc datū cunctis esse atq; viuere,licet quibusdā clarius,quibusdā vero obscurius,quare ēt materiæ essentia ex illo pendet. Rursus dixit ex eodē principio igit pendet cælum & mundus,quare & mūdi subiectū ex eodē proficiscet. Constat ergo ex eisdē argumentis hic quod ipse tollat gñationem a materia quæ fit in tēpore. Cur enim inquit,qm si non esset ingenerabilis,sed fieret,& oportet aliquid subiici primum ex quo fit per se & non secundū accidens, & ex hac suppositione ostendens aliquod absurdū sequi,destruit generationē ipsius, & oppositū inducit si autem inquit q si fieret materia oporteret aliqd eidem subiici prius, cōstat ipsum sane tēpore materiā ingñabilem esse dicere, si quidē eidē necesse sit aliquid prius subiici,sed hanc suppositionē tollit igit tollit materiā esse gñabilem secundū tēpus, & non secundū causam. Generabili nanq; secūdum tempus opponit id quod est gñabile secundum causam. Vult ergo materiā non esse generabilem iri tempore,sed minime concludit ipsam non procedere a cā. Inquit igitur materia est ingenerabilis & incorruptibilis,licet gnigni & corrūpi per accidens diceret. Nam cum priuatio sit in materia,presentia formæ corrumpit per se,cuius causa materia diceret corrumpi per accidens. Si enim materia in formis est,& quod informæ est formis priuat,quoniā formis aduenientibus perit informitas,materiæ,quoniam hisce formatur,igitur ipsa etiam per accidens corrumpi diceretur. Non.n.essentia eius & vt ita dicam neq; eius natura corrumpitur,sed solum tollit informitas,quemadmodū in cera quæ per se informis est,cum autē formaret eisdē informitas inte-

riret aboleretur q̃,qua rõne diceref & ipsa cera corrũpi per accidẽs,licet ipsa substãtia ceræ nõ corrũpatur.Idẽ quoq̃ de materia dicendũ est. Nã priuatio cũ in ea fit per se corrũpitur,cuius rõne materia corrũpi per accidẽs diceref.Rursus fieri affirmaref qñ abiiciens formã assumeret priuationẽ.Nam eo q̃ denuo in ea fit priuatio ipsa gnigni per accidẽs diceref,qm̃ suapte ratione informis est,ceu si quis amphorã diceret corrũpi qñ vnũ corrũperef,vel equũ albũ corrumpi cũ albũ interiret,rursus fieri cũ denuo albũ fieret,ita sane dicendũ est ipsam materiã generari & corrumpi,verũ non per se,sed per accidens,per se autem inquit materia est ingenerabilis & incorruptibilis.Et vt hoc demonstret materiæ definitionẽ tradit ex qua ostendit ipsam non posse,vel generari,vel corrumpi per se.

Dico enim materiam id q̃ est primum uniuscuiusq̃ subiectum, ex quo quippiam fit cum in sit non secundum accidens.Si corrumpitur ad hoc ultimum sane proficiscetur. quare erit corrũpta anteq̃ sit corrupta.

Dixit primũ propter trinã dimensionẽ,qm̃ & ipsa est reliquis omnibus subiectũ.Verũ non primo.Et licet vnũ altero sit magis particulare subiectũ,attamẽ non primũ. Subiectum nanq̃ oibus primũ est materia.Dixit et illud ex quo fit cũ in sit propter priuationẽ, qm̃ quæ producuntur ẽt ex priuatiõe fiunt.Verũ illa nõ inest,sed per accidẽs est,ex materia aũt per se quæ quidem insit,quo in loco ẽt habes quecunq̃ producunf fieri ex quo per se.Vnde cũ definitio materiæ hoc mõ se habeat,ostẽdit tandẽ ipsam esse ingenerabilẽ & incorruptibilẽ hoc mõ. Nam si fieret ex quodã subiecto fieret,qppe nihil ex nihilo fiat. Hæc.n.est natura materiæ vt sit primũ subiectũ,quare materia prius esset q̃ fieret.Præterea si corrumperef, in aliquid interire necesse est,sed id in quod vltimũ extremũq̃ corrũpitur qcquid interiit,materia est, ergo corrupta erit anteq̃ corrũpatur.Nã si id in quo res corrũpuntur materia est, anteq̃ materia aũt interiret ipsa erat igif priusq̃ corrũpatur corrupta erit & postq̃ corrũpif rursus erit. Vnde de illa materia ex qua rursus fit,& in q̃ corrũpitur perctũctandũ est si illa sit ingenerabilis & incorruptibilis, vel ne.Nã si illa gnigneref,& interiret,& eidẽ oportet alterã prius subiici, vel ergo in infinitum fie procedere oportet,q̃ quidẽ absurdũ est,vel stare oportet ad aliquid ingenitũ & incorruptibile sed hoc tale quicquid erit prima materia erit. Sed cur de prima hæ dicimus, quia de prima loquimur.Hoc mõ igitur ostendif materia esse ingenerabilis & incorruptibilis,hac posita cõstitutaq̃ dignitate,vel nihil ex nihilo fieri queat.Et si quis nõ cõcederet hanc dignitatẽ.Et ẽt apud Arist.formæ cũ ex cõplexiõibus nõ fiat,sed extrinsecus corporibus adueniãt, qppe elemẽtorũ mixtio cõplexioq̃ nõ efficiat aĩam rõnalẽ,vel oĩno reliquorũ vitã,neq̃ sane reliquas formas.s. carnis,ossis,& aliorũ id genus,sed extrĩsecus ex vniuerso naturæ opificio cõplexiõibus adueĩãt q̃ tñ prius nõ erãt,cõstat certe,vt ẽt apud Arist,aliqd ex nihilo fiat, dico.s.ex nõ materiali cã.Nõ enim prius subiicif aliqua materialis cã q̃ ita trãsmutata efficiat aĩam rõnalẽ. Complexio aũt dũtaxat corpus efficit aptũ idoneũq̃ ad recipiendũ ipsam,attamẽ cõplexio nõ est ipsa aĩa. Nã vt is q lyræ,vel cuiusdã instrumẽti cordas cõderet,ipsas cõgruas idoneasq̃ instirueret,vt cõcentus formã susciperẽt,attamẽ corde nõ sunt ipsi cõcentus,sed extrinsecus ab eo q pulsat cõcentus cordis aduenit,ita se habẽt corporũ aĩatorũ cõplexiones.Nã cõplexionibus optime dispositis extrinsecus vitæ immittunf ab ipso opifice.Nã peius melioris cẽ cã nõ põt.Vñ neq̃ inanimatum poterit esse cã animæ,neq̃ vitæ expers cã vitæ,quare si he formæ sempiterne nõ sunt,sed fiũt & adueniũt igif nõ ex aliqua p̃supposita materia substantiã,& existentiã recipiũt,qũo igif quis posset ostẽdere nihil fieri ex nihilo,sed fieri veluti ex p̃supposita cã materiali. Hæc aũt refero ad primã substantiã materiæ,qm̃ nihil vetat ipsam cẽ ex nihilo,siquidẽ oẽs formæ mõ nõ ex quodã p̃supposito suã substantiam capiãt.Nã cõpositũ est illud q̃ fit ex materia.Verũ de his particularibus q̃ fiunt mõ dicimus cõstare,vt cuiuscũq̃ materia nõ gñef neq̃ corrũpaf. Hæc hactenus quoad p̃sentẽ rõnẽ,cũ in hoc loco plura possint adduci argumẽta.Sed aliquis hoc in loco merito querere põt qũo materiæ definitio tradaf.Nã si p̃spicuo,clareq̃ substantiã materiæ amplecti cognoscereq̃ nõ possumus,& ob id cognitionẽ eius assequmur,p pportionẽ,respectũ vel p negationẽ,qũo igif affert definitionẽ materiæ. Nã definitiones affirmãt aliqd de definito. At de materia nihil affirmari põt. Respõdemus igif definitionẽ eius quã nunc tradit Aristoteles non significare eius substantiã,qppr quæ de ipsa nihil affirmat,sed habitũ respectũq̃ quẽ ipsa erga formas habet declarat.Et quẽadmodũ generũ definitiões nõ aliud qppiã de ipsis affirmãt sed duntaxat habitũ respectumq̃ explicant,quẽ habent erga ea quæ sub ipsis collocanf. Nam quũ dixero genus est illud q̃ p̃dicatur de pluribus differẽtibus specie in eo q̃ quid nõ quandã

Sed vide opposi. ab Ari. primo libro de gñatiõe aialium vbi solã mentem extrinsecus veni re dicit.

Vid ioãnẽ qd p religiõe dicat.

Dubitatio.

Rñsio.

substantiā generis dixi, sed quendā habitū respectū q; ad ea quæ sub illo collocanť, & hæc potius descriptio q̄ definitio appellanda est, sic et de materia dicimus, qm̄ hæc nō est definitio eius quæ nunc tradiť, sed magis descriptio significans qualē habitū ipsa obtinet ad res naturales. Cæterum ad quedam verba superioris textus veniamus. At suapte potentia non per se, idest secundum propriā potentiā per se incorruptibilis est. Nam semper ipsa est potentia omnia. At in priuatione non semper est, sed potētia oīa semper esse videtur. Hæc igitur est ipsius natura.

DE principio autem formali, utrū unum sit, an plura, & quid nam sit, aut quæ sint primæ philosophie diligenter exquisitæq; minus est determinare. Quare hæc contēplatio in illo tpe reseruetur. De naturalibus uero formis quæ oriuntur ac occidunt, in hisce quæ posterius ostēdentur dicemus ac ptractabimus. Hoc igiť pacto sunt hæc a nobis determinata pricipia, & quæ & quot numero sint. Rursus alio sumpto pricipio dicamus.

De principio inquit secundū formam. Dicit aūt de forma separata & cā essentiæ aliarū formarum quæ hic sunt. Non enim loquiť de illa quæ in mulis est, de qua ad naturalē differere attinet. Nuquid vnū sit vel plura, & si vnū quid hoc sit. Et si plura quæ & quot sint differere determinare q; primæ philosophiæ mūnus est. iccirco in illis libris sermonē de his facere distulit, distulit aūt de eisdē in tricesimo textu metaphisices. Nunquid vnū sit, vel plura, & si plura quot sint hæc, & quomodo multa ad vnū se habeant. Item q; omnia inde pendent, quippe non expediat multa dominari præesseq; cunctis rebus, quāobrē ipse et nō ignorauit apud Platonem separabiles formas adiunctas q; & causas earū rerum quæ hic sunt. Vnde non temere superioribus cū dicebamus principia semper oportet manere illū de his formis forte dixisse asseruimus. De naturali aūt forma quæ est gñabilis & corruptibilis in sequētibus libris disputabit, atq; in omnibus operibus naturalibus, vt de formis animaliū, vel earū rerū quæ fiunt in sublimi, atq; simpliciter de aliis formis rerum naturaliū. Quod itaq; sint principia rōne demonstrauimus, qm̄ si sunt res naturales composite, & cōpositiorū simplicia principia, res naturales igiť habent principia. Et quæ, & quot numero sint, quoniam materia, forma & priuatio sunt & partim tria sunt principia numerata, & partim duo, proprie & per se materia & forma sunt principia. Nam priuatio non est per se principium sed per accidens. Duodecimum librū vocat methaphi.

PHISICE AVSCVLTATIONIS LIBRI SECVNDI

Annotationes Ioannis Grammatici.

EORVM quæ sunt quedam sunt natura, quedam ob alias causas.

PRINCIPIO Arist. propositum erat rerū principia afferre, quocirca in primo libro disputatū est de materia & forma. Verum de materia longissimis verbis cū falsas veterū opiniones de ipsa repurgasset, & suam posuisset inquiens materiam esse primū subiectū substātiarū, atq; ipsam numero vnā esse rōne aūt nō vnā. Præterea dixit nos veteres mō pportionis respectusq; venire in cognitionē eius, ipsam quoq; appetere formā vt turpe pulchru, & femina marē, quāq̄ ipsa nō esset per se velut femina & turpe sed per accidēs. De forma aūt cū desseruisset tractassetq; ipsam asseruit esse diuinū quodā p se appetibile & nullo egens, quis q̄d esse forma nō explicās sic ad calcē libri subiūxerit. De forma separata & sempiterna differere primæ philosophiæ munus est. De gñabili aūt & corruptibili in sequēnbus dicemus. Proponit itaq; Arist. in hoc libro agere de forma, sed qm̄ forma est vniuscuiusq; natura, cuius est forma. Nam vniuscuiusq; natura nihil aliud est q̄ forma vniuscuiusq;, & ecōtra forma vniuscuiusq; nihil aliud est, q̄ natura vniuscuiusq;. Ob id cū de forma tractare velit ab exordio huius libri querit quid sit natura. Vnde differit de his quæ denoīantur a natura. f. quid si habēs naturā, quid natura, & quid sit secundū naturam. Verum quia natura non solum est formalis causa sed et efficiens & finalis, vt ipse procedēdo inquit hæc tria formā,

efficiens, & finẽ in idẽ venire, ob id recurrit ad diuisionẽ principiorũ, & diuidit, quot modis sint principia & affert hanc trinã principiorũ diuisionẽ. Principiorũ quedã sunt proxima & immediata, quedam vero per media. Itẽ quedã sunt per se, quedã per accidẽs. Rursus quedã simplicia & quedã cõposita, & hæc cuncta vel actu, aut potẽtia, quo in loco destituo sermone de materia inuoluit, & de ipsa disputat. Item hic disserit de reliquis oĩbus causis, ac de fortuna & casu, & explicat quõ sint causæ quorũ sunt causæ, qm̃ & nonnulla sũt a casu, vel a fortuna. Et vt igit̃ vt breuiter dicamus horum duorũ librorũ intentio agere de materia & forma. sed in primo libro potius de materia q̃ de forma disputatum est, in secundo aũt magis de forma q̃ de materia, ac de reliquis oĩbus causis naturalibus quæ per se dicũtur causæ, vel per accidens. Et tandẽ principio huius libri de forma agere institutũ est, & qm̃ (vt dicebã) forma est vniuscuiusq; natura in primis disserit quid sit natura. Vt igit̃ inueniat quid sit natura accipit id quo res naturales a non naturalibus differũt. Nam quatenus naturalia differũt a non naturalibus, hac ratione sunt naturalia. Idem fecit in libro de anima, vbi cũ voluisset accipere quid sit anima prius quesiuit quõ animata ab innanimatis distarent, & id esse animã dixit quo differunt, quodã igitur differunt res naturales a rebus non naturalibus, qm̃ naturalia videñt in seipsis sui motus ac quietis habere principiũ. Nã animalia cũ mouentur ab aliquo extrinseco nõ mouẽtur, sed in seipsis habẽt id quod mouet. Itẽ innanimata ceu lapides cũ demittunt̃ deorsum non ab eo qui demittit deorsum feruntur, quippe qui duntaxat lapides præcipites dedit, sed in eis clauditur vis naturalis & momentum quod ipsos deorsum defert. Ita ignis deorsum si dimittat̃, suapte natura sursum ducitur & fertur. Vnde cũ tandẽ elementa ad suã vniuersitatẽ peruenerint ac illi restituta fuerint propriis in locis suapte natura quiescunt. Verũ naturalia non mõ in seipsis obtinẽt principiũ motus localis, sed & alterationis & auctionis. Nam id quod intus auget est materia quæ vtitur nutrimento, & secundũ qualitatẽ est transmutans ex nigro albũ, vel ex magis frigido magis calidum, vel humidũ & siccũ efficit. Quod.n. non a quadã natura extrinseca, sed a natura materiæ quæ vtitur cibo & nutrimento alteremur & augeamur patet, quæ & cum cibũ in sanguinẽ conuertit & ad vnãquamq; partẽ illũ mutet & diffundat alteratione vtit̃. Sic igit̃ cuncta naturalia habent principiũ motus in seipsis. At non naturalia, ceu quæ ab arte fiunt cãm motus externã obtinent. Nam lecti cã externa est faber lignarius, quippe in ligno nõ si cã quæ lectũ edificet & cõdat, sed extrinsecus est. Eodẽ & mõ qui domũ extruit, ac ipsam ad talẽ formã deducit, edificator est & opifex externus, si ergo hac rõne naturalia a rebus nõ naturalibus differũt eo q ipsa naturalia habẽt in seipsis motus quietisq; principiũ, & quæ arte fiunt extrinsecus principiũ habent, videt̃ igitur vt natura sit hoc principiũ. s. motus & stationis. Verũ natura nõ est solũ principium motus, sed & quietis. Nam ipsa quippiã mouet vt ad formam redigat, firmat aũt & manet vt cõseruetur in forma. Tradit igit̃ hic definitionẽ naturæ quod ipsa sit principiũ motus & quietis in quo est primo per se & nõ secundũ accidẽs. Quies aũt apud me non solũ mõ intelligenda est ea quæ cõtra motũ diuidit̃ sed & ipsa statio & immobilitas, quippe natura non solũ sit cã quietis quæ motui succedit, sed & cuiuscunq; quod semper manet atq; immobile est, vt dicere solemus de immobilitate centri, & cardinũ polorũq;. Hæc igit̃ est definitio vt natura nõ solũ sit principiũ motus sed & quietis, qm̃ ipsa quẽdã finẽ intendit & coniectat. Non.n. simpliciter ob id ipsum natura mouet vt moueant̃ mobilia, sed & vt aliquẽ finẽ & formã attingãt, qm̃ ipsa ad hanc rẽdit idq; adnimaduertit, merito quamprimũ ad hãc deducta fuerit mobile quod iam finem assecutũ est, quiescet & stabit vt cõseruetur in eo propter q.n. mouebatur. Adiecit & (primo) qm̃ & anima rõnalis mouet animal, & talis est principiũ motus non externũ, sed eodẽ mobili internũ insitũq;, quæ tñ primo non mouet, sed per animã irrationalẽ quæ & primo nõ mouet animal nisi eo q natura est. Hæc igit̃ est quæ primo mouet. Nam sensus mouet ad aliquod, siue ille sit visus, siue auditus, siue aliquis alius sensus, quippe nos quum aliquid intuemur ad ipsum moueamur, sed nõ primo visus aspectusq; animal mouet, dico aũt primo idest proxime immediateq;, qm̃ visus prius vim appetendi ciet, ipsaq; deinde naturales potẽtias excitat, quæ postremo animal mouent. Si ergo neq; anima irrationalis primo mouet animal, multo magis neq; rõnalis, quare & si anima tum rõnalis, tum & irrationalis moueat, atq; sit cã mouens in ipso mobile, tñ quia nõ primo mouet animal. i. proxime, ob id anima nõ est natura. Itẽ nauis habet in seipsa id quod mouet. s. gubernatorẽ, qui ipsam ciet. Verũ eam remis temoneq; mouet q extrinsecus mouet neq; est in ipso temone initiũ motus & cã, sed in gubernatore, qui mouet temone veluti quodã instrumẽto nauem. Si ergo natura organo instrumentoue quippiam mouet, tñ ipsa inest eis quæ primo mouet, Gubernator aut nõ est in temone, sed extrinsecus ipsam

In prologo idẽ.

Aduerte optimã declarationem quietis.

Duo sũt cæli mũdiq; poli articus & antarticus q distant a polis Zodiaci per 23. gradus his ergo polis dicam & nõ de aliis ceu de polis octaue

cus ipsam

Cum dixerit trifariã naturã dici materia, formam, & viã gñationemue in formã, atq; formã propriiſſime naturã dici & alia dico. ſ. materia & gñationem dici naturam qm̃ habent formam, materia inq̃ ob ſuam aptitudinẽ recipiendi formas, gñatio aũt quia tendit ad eam, cum diſcipli na naturalis ſit pas partis philoſophie ſpectatiue contemplatiueq; & ſpectatiua ſcientia diuiditur in naturalem diſciplinam, in mathematicem, & rerum diuinarũ cognitionem, vult hic ſegregare diſciplinam naturalem a mathematica, & theologia. Nam ſciens eſt qui cum differit de his rebus quæ ſubiiciuntur ipſi & attinent ad eum, ſeparare ſecerneq; ea ſcit quæ videntur ſubiici & ponenda eſſe ab his quæ non ſubiiciuntur neq; ad eum attinent. Cum igitur ſcientie ipſius ſint quedam cognitiones, cognitiones autem ſunt ſpetierum. Nam ſi eſt cognitio eorum quæ ſunt informis, hanc ſane cognitionẽ ex cognitione formarũ & ſpetierũ habemus, quippe vel ſecundũ proportionẽ, vel per ablationẽ informe cognoſcamus, vt prius diximus, ob id igitur merito facit diuiſionẽ harũ ſcientiarũ. Verum nõ ſeiungit omnes inter ſe, ſed ſolũ reliquas a diſciplina naturali, & minime alias a ſeſe. Et primo diſtinguit mathematicem ſcientiã a diſciplina naturali, & inquit non ea rõne diſtingui abiũgiq; philoſophiã a mathematica eo modo quo multis videtur, quo in loco patefacit operepretiũ eſſe de diuiſione diſtinctioneq; ſcientiarum differere. Nam quidã arbitrati ſunt naturalẽ diſciplinã a mathematica differre quod naturalis ſcientia verſatur circa ſubſtantias rerum, mathematica aũt circa affectiones & figuras, ſed hoc verũ non eſt (inquit). Et. n. naturales non modo videnť differere de ſubſtantiis, ſed ẽt de figuris & affectionibus. Porro Ariſto. in libro de cælo non modo de ſubſtãtia celorum differuit oſtendens ipſam eſſe alicuius alterius ſubſtantiæ preter quatuor elemẽta, ſed etiam illa ſecundum naturã obtinere figuram orbicularẽ, & eſſe orbicularia. Itẽ ibi differitur de elementis non ſolum qualis ſubſtantiæ vnũquodq; ſit, verũ etiam omnia eſſe orbicularia demonſtrat, in quibus locis elegantiſſime per lineas & diſcriptiones oſtendit aquã & terrã orbicularia eſſe, quare ſi etiam philoſophi differunt non modo de ſubſtantiis, ſed ẽt de accidentibus ſubſtantiæ, nõ videtur hac ratione differre mathematicus a philoſopho. In quo igitur diſcrepant. Dico non eo quod de rebus differentibus differant ac tractent, ſed modo docendi, quoniã mathematicus differit de figuris & accidentibus earũ non excogitans animaduertenſq; quali quanteq; materiæ inſint, ſed cum ratione cogitationeq; ſeparat ea ab omni materia, ſic accidentia earum contemplantur. At vero naturalis cum conſideret figuram & reliquas affectiones eas nimirum in materia contemplatur. Nam ea ſunt in cælo, vel in ſole, vel in terra, vel in quadam alia re naturali. Theodoſius igiť cum in ſuo libro de ſphera docuiſſet affectiones quæ ſunt accidentia ſpheræ nullo pacto materia conſiderauit, ſed orbicularẽ figuram ſeiungit ab omni materia, & hoc modo eius accidentia conſiderat, ceu ſi ſphera moueretur in plano efficeret circulũ & quecunq; alia eiuſdẽ generis docet. Aphtolicus cum ſcripſiſſet de ſphera mota, & de quibuſcunq; accidentibus ſpheræ motæ de rebus magis particularibus, ac de his quæ magis accedũt ad phyſicam contẽplationem tractauit, q̃ Theodoſius, quippe motus ſit aliquo modo prope ſubſtantiam. Nã & ſi non cõſiderauerit ſubſtantiã quandã in ſphera mota, attamen quandã cõpoſitionem accipit ex figura & motu, qua rõne prorſus accedit aliquomodo ad ſubſtantiã, huius etiã placita & ſimpliciter tota aſtrologia ſunt magis particularia q̃ diſciplina Euclidis, qppe cũ his ſimul ẽt excogiteť cõſideretur q; ſubſtantia. Nã cæli motũ ſolis, & aliorũ ſyderũ cõſiderat. Nõ. n. ſimpliciter motũ ſpheræ conſiderat, ſed ẽt motũ firmamenti, vel Saturni ſpheræ, vel alicuius alterius. Præterea animaduertit aſpectus eorũ inter ſe. Vnde nonnulla ſunt mathematices diſciplinæ prorſus extrema quæ facile abiungi queunt ab his quæ in philoſophia tractanť, qualia ſũt ea quæ a Theodoſio de ſpheris diſputanť, qualeſq; extãt illi treſdecim libris de numeris. In his materiæ mentio nulla habita eſt, ſed extrema Aſtrologiæ aliquo modo prope accedunt ad philoſophiã. Et. n. aſtronomus conſiderat ceu figurã ſolis, atq; motũ ſolis magnitudiniſq; ipſorum, naturalis aũt ſimiliter conſiderat. Quæ igitur differentia eſt, cum de eiſdẽ atq; de his quæ inſunt eiſdẽ vtriq; aſtronomus & naturalis differant. Verũ naturalis ſpeculatur huiuſmodi figuras & motus quæ ſunt propria innataq; tali ſubſtantiæ dico. ſ. quintæ. Nam ob id cæleſtia eſſe orbicularia, & ſpheriæ figuræ inquit, qm̃ ipſa neq; ex vno, neq; ex oĩbus elemẽtis cõſtant,

Idẽ ſexto metaphiſices & in prohemio huius.

Vide p hoc ſimplicium.

Aſpectus quinq; proprie

sed alterius quinti corporis sunt, quibus & talé figurá, & motum cõmodius meliusq; tribui dixit. Mathematicus aũt motũ solis simpliciter speculat̃, & secũ non reputat ne is motus ei innatus sit, vel figura huic substantiæ congruat. Item neq; hmõi hæc scire contendit, si hæc meliora sint corporibus cælestibus vel ne, sed duntaxat in eis contemplat̃ motus & figuras. Prætérea neq; rõcinatur si ignea sint ea quæ mouentur, vel alicuius alterius substantiæ. Et si ea profecto quæ tractant̃ in scientia magis vniuersali mathemathices huc adaptant, ceu cũ ostẽdunt oẽm spherá sic diuisim hæc pari atq; hoc idẽ præpositæ sphere conuenires, in hæc extra materiá considerant, & si ipsa velut in cælis esse ac facta esse spectarent. Item naturalis solá qualitaté motus considerat, mathematicus aũt spectat & quantitaté, quemadmodũ igit̃ & Aristo. in libro de arte demonstrandi cũ ostenderit demonstrationé esse vniuersaliũ & nullũ particulare demonstrari posse, dubitauit nunquid astronomia posset vti demonstrationibus. Nam quecunq; de solis & lunæ deliquio, ac de aliorũ astrorũ dicunt̃ de quibusdá particularibus agunt̃, ceu de sole, luna, aut aliquo, alio astro, aut de hac sphera. Cum igit̃ soluit dubitationé. inquit, qm̃ & si de particularibus astronomus sermoné facit, attamen non de his loquit̃, vt particularia sunt, sed accidentia eorũ tanq̃ nonnulla vniuersalia inquirit. Nam cũ ostẽdit verbi cá sinodũ & coitum solis & lunæ efficere deliquiũ solare, & talé eorũ aspectũ efficere lunare, hæc profecto non ita ostendit, qm̃ vnus sit sol vnaq; luna, qm̃ hæc hoc modo accidũt, sed ostẽdit hoc accidere perinde atq; si mille infinitiq; soles essent ac totidé lunæ. Vt igit̃ in his astronomus de particularibus efficit sermoné & vnũ solé, vnamq; luná inuestigat de quibus nõ vti particularibus, sed tanq̃ vniuersalibus quibusdá disserit. Item & si velut solaré spherá, vel motum inuestiget, hæc tñ nõ tractabit, vel simpliciter insunt substantiæ solari, sed simpliciter accidétia tali spheræ motæ inquirit & perscrutat̃ cum cognitione animiq; rõne motũ & figurá seiungendo a substátia. Et ii (vt ipse inquit) cum cõsideratione ac intelligẽtia affectiones a substantia separant nullũ incõmodũ absurdumq; efficiunt, quippe quæ idoneæ sint, vt per intelligentiá & consideratioé a substátiis subiectisq; separent̃. Nam si separarẽt substantiá ab eis falsum certe & impossibile illis accideret, sed cum sola cogitatione eorũ discrimen differentiáq; afferant, qm̃ idonea sunt cogitatione abiungi nullũ incõmodũ hmõi separatio atq; diuisio suscipiet, si ergo vt inquit nullũ absurdũ afferunt. Verũ ecõtra ii qui ponũt species formasq; separatas quæ cogitatióe neq; idoneæ sunt seiungi abstrahiq; immo eas sentiũt non mõ cogitatione seiũgi, sed et per se subsistere maxime aberrant impossibilia statuentes. Nam affectiones quæ nihil cõferunt ad substátiæ rõnem, sed propriá habent rõnem essentie sue, si secundũ hoc cogitatione a substátiis separẽtur nullũ absurdum sequeret̃ & si a mathematicis separarent̃ non secundũ subsistentiá, sed cõsideratione. At vero naturales forme ceu forma hominis, equi, lapidis, & reliquorũ, neq; cogitatióe queunt ab ipsa subiecta materia separari. Nam cũ ipse vero cogito formá carnis, mox cogitabo post talé complexioné elementorũ humiditaté eius, sanguiné, mollicié & hmõi alia. Sed discrimen earũ & patet ex diffinitionibus inquit. Nam figuræ sphericæ, vel motus, vel alicuius alterius affectionis ceu curuitatis, vel rectitudinis siquis diffinitioné attulerit, nullá de materia mentioné faciet. At si quis voluerit reddere diffinitioné ossis, vel carnis, aut alicuius alterius rei naturalis prorsus cõmemorabit subiectá materiá qm̃ ipsa participat tanta humiditate, vel caliditate, aut mollicie & his similibus quæ indicant complexioné elementorũ forme carnis subiectá, itaq; intelligi accipiq; cogitatione formas substátiales esse sine materia est impossibile, atq; ipsas statuere per se subsistere sine materia ociosum est ac stultum.

Qũo eclipsis fiat 4. capite de sphera vide.

Quid dicat interpres de id eis vide primo post supra illo loco. Valeant ideæ qa teterismata sunt. Sexto taphi idẽ & primo de anima.

ET enim corpora naturalia superficies habent solida, longitudines atq; puncta de quibus conderat mathematicus.

Naturalis inquit differit de naturalibus corporibus. In corporibus autem naturalibus sunt superfices, solida, lineæ & puncta, & de iis considerat mathematicus, igitur vtreq; scientiæ videntur versari circa eadem.

Et insuper si astrologia sit altera, an pars scientie naturalis.

Astrologiá vocat q̃ pprie vocamus astronomiá. Ná apud veteres noia confundebant̃, & vicissim de seipsis ambo dicebant̃. Sed cũ dixerit de vniuersaliter de mathematica specialiter pserimq; mentioné de astronomia fecit, propterea q̃ nõ parua cognatio eius est ad naturalé, quippe prorsus sine materia non videatur accidentia cælorum considerare posse, vt diximus.

Astrologia. i. sermo de astris

Et enim

ET. enim ſi ad naturalem philoſophū ſpectet quid nam ſit ſol, aut quid luna ſit ſcire, & nullam earum affectionum quæ per ſe illis competunt ad eundem ſcire attineat, abſurdum profecto eſt. Præterea ii qui de natura dicunt de ſolis ac lune figura dicere uidentur, & utrum terra mundusue rotundus ſit nec ne.

astronomia.i. ſciētia de lege & mō curſus ſyderum.

Diſcrimen harū ſcientiarū quod videbatᷣ nonnullis oſtendit non eſſe verū. Erat aūt diſcrimē qm̄ naturalis ſcientia de ſubſtantiis agebat, mathematica aūt de accidētibus per ſe. Vnde inquit exiſtimare nullo pacto ad naturalē attinere de accidentibus per ſe ſubſtantiis diſſerere primum hoc per ſe abſurdum eſt, ſi non diſputat de grauitate & leuitate naturalis, vel de finita, vel infinita figura corporū naturaliū. Nam ſi de nullo horū diſputabit, accidat ipſi agere diſſerereq̄ de corpore mathematico. Sed qūo cognoſceret vniuſcuiuſq̄ ſubſtantiā, & quo inter ſe differunt ſubſtantiæ. Neq̄.n. ſimpliciū vniuſcuiuſq̄ ſubſtantiā attingere poſſet cū nō ſuppetat dicere illa ex materia & forma conſtare, neq̄ in cōpoſitis dicere ſimpliciter ꝙ ex quatuor elementis conſtent. Præterea oēs qui de natura dicunt, de figura mundi & ſingulariū tractantes dicere videntᷣ, quare abſurdum eſt exiſtimare tum ex rōne, tum ēt ex ipſa euidentia, non ſpectare ad naturalē de accidentibus per ſe rerum naturalium diſſerere, ſed de ſolis ſubſtantiis, igitur hoc nō erit diſcrimen naturalis & mathematici.

DE iis igitᷣ & ipſe mathematicus tractat, ſed nō ut eſt unū quodq̄ naturalis corporis finis neq̄ accidētia contēplatur quatenus talibus accidunt. Quapropter & ſeparat.

Hinc verū diſcrimen harū ſcientiarū affert, qm̄ quanq̄ vtriq̄ de eiſdē agant, tn̄ naturalis in materia talia eſſe conſiderat & contēplatur, mathematicus aūt ipſam ſeparās a ſubiectis ipſa per ſeipſa conſiderat ſine omni ſubſtātia, nihil curans ſiue natura ſubiecta ipſis ſit ex eadē ſubſtātia cum his quæ ortui ſubiacent, ſiue nunq̄. Itē ſiue figura ſit naturalis ſuis ſubiectis, ſiue non.

MENTE nanq̄ a motu ſeparabilia ſunt, nihilq̄ intereſt. Neq̄ cum ſeparant efficitur falſum.

Nullum impoſſibile facit geometer cum ſeparat tales affectiones & figuras a ſubiectis, quippe apta ſint ſeparari ſecundum intelligētiam & conſiderationem, igitur geometer facit id quod ſane inſitum eis eſt. Dixit autem a motu pro hoc naturali materia ipſorum, ſiue ſubiecto. Nam in hoc eſt cauſa motus. Diximus autem prius quomodo nō ſolum corpus naturale eſt cauſa motus, ſed etiam materia videtur eſſe cauſa motus.

Aduerte qđ p motum intelligat vide ſimplicium.

LATENT autem id facientes, & ii qui dicunt ideas eſſe. Nam naturales formas ſeparant, quæ minus ſeparabiles ſunt q̄ mathematice forme. Quod quidem eſſe patebit ſi quiſpiam utrorumq̄ diffinitiones, ipſarum inq̄ & accidētium dicere enitatur, & enim par quidem & impar, rectum & curuum erit.

Quod quidē mathemathici faciunt id aptū eſt fieri. Quid autē faciunt. Separant.n. affectiones a ſubſtātiis ſecundū intelligentiā, quæ ſic abſtrahi ſeparariq̄ apte ſunt, hoc ēt faciūt ii qui ideas ponunt, latent aūt ſeipſos, qm̄ forme ſubſtantiales non ſunt apte ſeparari a ſuis ſubiectis quēadmodum figuræ & affectiones. Dixit aūt quæ minus ſeparabiles ſunt pro hoc quæ nullo pacto ſeparari queunt. Itē augent abſurdū, qm̄ formas non ſolū intelligentia ſeparāt ceu figuras, & affectiones mathematici ſeparāt, ſed ēt dant exiſtentiā eis quæ rōne ac intelligētia nequeunt ſuapte natura abſtrahi. Quod vero formæ ſubſtātiales neq̄ intelligentia apte ſint ſeparari a ſuis ſubiectis & materia, veluti figure affectioneſq̄ patet (inquit) ex diffinitionibus vtrorumq̄. Nam triangulus, circulus, ſphera & omnia id genus poſſunt definiri nulla mētione habita de materia. Nā circulus eſt figura plana vna linea contēta, par eſt numerus diuiſus in duas partes, & omnia huiōi poſſunt definiri ſine vlla mentione materiæ tanq̄ ſint apta rōne & intelligentia ſeparari, quāq̄ non ſubſtāt. Caro aūt, os, neruus, & omnis forma ſubſtātialis non pōt definiri non cōmemorata materia ſubiecta, tanq̄ nequeāt nec rōne, nec intelligentia ſeparari. Nam cum caro verbigratia eſt mollis, & humida atq̄ talē actū actioneq̄ habeat qūo concedunt talia omnia a materia ſeparata ipſa per ſe, vel concipi imaginatione vel intelligi, vel rōnem ipſorum tradere aſſignareq̄. Nam dicere ipſum humidū & calidū cōplexionem ſubiectorū elementorū quæ quidē ſunt carnis materia, vel oſſis eſt dicere. Non.n. quemadmodū figurā intelligo non

simul intelligens in qua materia talis sit, sic et carnis & ossis formã possum intelligere. Nã quã primũ siccũ & albũ ossis intelligo, & quęcunq; alia quæ ipsi insunt intelligã. Et si voluero carnem aliter definire forte hoc modo caro est corpus calidũ & humidũ sanguine plenũ molle tales habens actiones statim hoc dicẽdo subiectã materiã dixi, sed neq; aliquod simpliciũ potest intelligi sine materia. Nam mox intelligendo aquã forte humidũ eius & frigidũ intelligo hoc aũt intelligens cõpositum intellexi & non est aliquod fusile per se intelligere vel humidum. Quantũ igit dii boni absurdũ est quæ suapte natura nequeunt cõsideratione, neq; intelligentia concipi separata, ea separare secundũ subsistentiã. Hæc igit sunt Aristo. & qũo persuasionẽ habeant diximus, & q inuectus sit in Platonẽ constat. Ego aũt dico quod siquidẽ ipsi obiectũ est qm secundũ subsistentiã concedebat diuisim seorsum formas naturales subsistere obiectio cõsentanea est, quippe quæ sunt in subiecto ipsa per se nequeant subsistere. Verũ si hoc inquit q nequeat forma rõne, vel intelligentia separari a materia, id mihi a rõne alienũ esse videt. Nã & si formæ substantiales per se difficillime sint imaginatione cõcipi, attamen rõ apta est & hæc separare. Porro diximus formã esse diuersam a materia & materiã vnã & eandẽ manentẽ diuersas formas diuisim recipere, perinde atq; formæ sint diuerse ab ipsa, & quid dico de materia, immo secũdũ subiectũ per se q est ipsa trina dimensio diuersum est a carne, osse, & reliquis omnibus formis igitur erit aliquod quale per se, qũo itaq; inquit formas neq; intelligentia posse separari a subiecto. Ipse nanq; in libro de gñatione inquit carnes, os, & omnia naturalia tripliciter dici, equidẽ interdũ de materia, interdũ de forma, interdũ de aggregato ex vtroq;, aliquo modo sane separans secundũ intelligentiã formas a materia. Nam cum hoc facit sic inquit trifariã dici carnẽ, & aliorũ vnũquodq;, aliquãdo .n. nomen carnis dicit de materia, aliqñ de forma, aliqñ aũt de aggregato ex vtroq; & ipse deinceps supponit formas separabiles esse a naturalibus, circa quas inquit versari Theologũ, quare videtur non pulchre dicere q forme non sint separabiles rõne & intelligentia nisi sic formas & species vocet velut substantias, si aũt formas substantias dicit, & naturales substantiæ sunt cõposite ex subiecto & forma, sic aliquãdo tales substantias intelligi sine materia est impossibile, hoc aũt videtur facere qui ideas ponũt. Nã aiũt ipsum per se hominẽ .s. ideã & ipsum per se equũ .i. ideã equi per se subsistentẽ. At simul intelligendo hominẽ subsistere iam formã in materiã intellexi, & hoc est cõpositũ ex vtrisq;, quare qm ideas ponẽtes nõ simpliciter hominis rõnem, vel equi rõnem posuerant sine materia, sed ipsum per se hominẽ, & ipsum equũ, pulchre dixit q hmõi forme .i. substantiæ cõposite non sunt separate a materia neq; intelligẽtia, sed si quis hæc intelligere voluerit & definire mox necesse est & materiã conijcere opinari atq; intelligere, sic ergo intelligendũ est ipsum dicere formas substãtias vt dicebã non vt ipsi hoc videbatur, sed tanq̃ deductũ ex his qui ponunt ideas. Nam dicentes ipsum per se hominẽ, & ipsum per se equũ quid aliud q̃ substantia hominis, & substantiã equi & reliquorũ ponunt. Dicunt nanq; tales substantias esse in ppria subsistentia separatas quas neq; intelligentia sine materia possumus intelligere, vt diximus, igitur quæ intelligentia non possunt separari secundum subsistentiam erunt separata q quidem absurdum est.

Aduerte quid de Platone is dicat circa ideas, sed vide primo posteriorũ quid ipse agat contra ideas.

INSVPER numerus, linea, & figura sine motu nimirum diffinientur. At carnis ossis, ac hominis definitio sine ipso non erit, sed hæc ueluti nasus simus, sed nõ uelut curuum concauumq; dicuntur.

Idest sine materia. Nam dicimus cãm motus esse materiã. Nã forma quæ suapte natura indiuisibilis carens dimẽsione est in ipsa extendit atq; diuidit. At carnis, ossis, ac hominis diffinitio sine ipso non erit, sed hoc veluti nasus simus. Idest non quemadmodũ definientes rectũ vel curuum vel cubũ nõ vtimur materia, ita & in definitione carnis, ossis, & reliquorũ accidit, sed quẽadmodum simitatẽ definientes cõplectimur subiectũ nasum. Nam dicimus q simitas est cauitas in naso, sic et carnẽ definimus, os, & reliqua subiectũ cõplectentes in definitione, quẽadmodum aũt si nõ simitatẽ, sed simpliciter cauitatẽ definimus nullã prorsus facientes mentionem de materia definimus, ita & accidentia definientes in definitione non cõplectemur subiectum.

Loquit accidẽtibus mathematicis.

HAEC autem indicant & mathematicorum facultatum quæ magis sunt naturales. Vt perspectiua, musica, & astrologia.

Inquit quod formas naturales neq; cõsiderare, neq; definire sine materia possimus indicant inter mathematicas disciplinas quæ proprius ad philosophiã accedũt, dico .s. astronomia, perspectiua,

ſpectiua & muſica. Nam perſpectiua cõſiderant viſuales lineas rectas & quæ accidunt circa aſpectus, ac ea quæ conſtant ex his. Item eas lineas & refractiones quæ a conis emittunt, angulos quoq; & quecunq; alia conſiderans modo geometrico ea inquirit & tractat. Nam cum geometria hmôi affectiones conſideret ſeorſum, perſpectiua aũt tales lineas ſubſiſtentes & affectiões quæ conſequuntur eas non ſine motu & materia accipit. Similiter aſtronomia figuras cæli & quecunq; alia quæ modo mathematico demonſtrat a motu ſeiuncta non conſiderat, qm̃ ipſa hæc actu ſubſiſtentia accipit & cum materia coniuncta ſpeculat. Rurſus cum geometria & arithmetices ſimpliciter duplam, ſexquialteram & hmôi alia ſeparata conſideret, muſica aũt tales proportiões actu exiſtentes cõtẽplatur, quas neq; ſine materia cõſiderare põt. Si ergo quecũq; rõne ſeparari poſſunt, qm̃ actu ſubſiſtentia acciperentur neq; rõne ſeparant, quanto magis ea quæ neq; conſideratione & intelligentia abſtrahi poſſunt, conſentaneũ erit non abiungi abſtrahiq; a ſubſiſtentia. Huiuſmodi ſunt formę ſubſtantiales. Ceterũ antiqui aſtrologiá cõiter vocabant quá nunc exquiſitius cõmodiuſq; appellamus aſtronomiá. Item dixit & mathematicarũ facultatum quæ magis naturales ſunt, qm̃ quæ modo geometrico demonſtrantur in illis eadem in corporibus naturalibus ſpectantur ab illis.

NAM econtrario modo ſeſe habent atq; geometria. Geometria nanq; de naturali quidem linea conſiderat, ſed nõ ut naturalis. Perſpectiua uero mathematicam quidem conſiderat lineam, at non ut eſt mathematica, ſed ut eſt naturalis.

Quod inquit per hæc hoc eſt, qm̃ geometria cũ accipiat lineas ex corporibus naturalibus. Nam lineę ſunt termini corporũ naturaliũ non velut de corporibus naturalibus ac terminis eorum ita conſiderat de ipſis, ſed cum ipſas ſeparet rõne a corporibus naturalibus ſic de ipſis velut de mathematicis & non naturalibus cõſiderat & agit. At aſtronomia, muſica & perſpectiua ecõtrario modo ſe habẽt cum geometria, quippe quæ cũ accipiant demonſtrata in geometria, non amplius iis quæ a mathematicis acceperunt velut mathemathicis vtuntur, ſed velut naturalibus ipſa non ſeparata a materia intelligentes, quare ſi hę ſcientiæ, qm̃ ea quæ ſunt rõne intelligentiaq; ſeparabilia velut ſubſiſtentia accipiunt, mox & materiá intelligunt. Nam cæleſtia corpora, cordas, aſpectus ſpeculantur, igit vanũ erit naturales formas aliquádo ſeparari a ſubiectis quod quidem faciunt qui ideas ponunt.

CVM autẽ natura ſit duplex materia atq; forma, res naturales perinde contemplari oportet, atq; ſi de ſimitatẽ quid nam ſit conſideremus. Quare neq; ſine materia, neq; ſine ratione materię res huiuſcemodi conſiderande ſunt.

Cum diſtinxerit ſeiunxeritq; mathematicũ a naturali & dixerit mathematicũ cõſiderare formas in naturalibus rebus, ſed non velut naturales, ſed velut mathematicas ſeparantem ipſas a ſubiectis. Phiſicũ ipſas inſeparabiles & cũ materia cõſiderare, deinceps hic conſiderat nunquid ſpectet ad naturalẽ differere de vtriſq;, vel non. Nam cum prius demonſtrauerit naturá dici de materia, & de forma, inquit nunquid igit de vtriſq; naturalis diſputabit, & aſſignans definitiones rerũ naturaliũ ex altero tm̃, vel ex vtriſq; tradet definitionem, & inquit quod qui rerũ eſſentias per formas diſtinguendo deſignabũt, is maxime definitionẽ ex forma aſſignabit, neq; excipiet materiá, ſed ipſam quoq; cõprehendet. Queſiuit ẽ idipſum in libris de anima. Nam ibi dixit tripliciter definitiones conſtituendas eſſe, vel ex forma, vel ex materia, vel ex vtraq; ſimul vt cum irá ex materia definiuerimus eſſe aduſtionẽ ſanguinis circa precordia ex forma aũt cum dixerimus ipſam eſſe iniuriá vlciſcendi appetitũ. Inquit igit cum ſit triplex definitio, naturalis non ex ſola materia definet, neq; ex ſola forma, ſed ex vtraq; ſimul. Verũ vt dicebá qui eſſentiá rerũ per formá conſtitui & differre affirmabit, is neq; materiá definiendis rebus excipiet. Nam inquit quantũ ex philoſophia veterũ aſſequi poſſumus phiſici intereſt ſolũ de materia differere. Nam antiqui omnes multũ materiæ inuigilarunt, de forma vero quidá nullum ſermonẽ fecere, qui aũt nonnihil de ipſa attigerant breui ſeſe expediſſe ac parũ ei inſudaſſe videntur. Hi aũt ſunt Democritus & Empedocles. Nam cũ Democritus aſſeruit materiá eſſe ſubiectũ athomis, formales cauſas athomorũ .ſ. inſectiliũ dixit eſſe figuras, ignem .n. conſtitui figuris orbicularibus, aquá vero cubica figura, atq; alia aliis figuris formari dixit. Similiter Empedocles litem & amicitiá cauſas formales eorũ quæ ſunt affirmauit. Nam & ſi litẽ & amicitiá cás efficientes aſſeruerit, attamen formari reliqua per ipſas dixit, ceu ſpherũ mundũ illũ .ſ. intellectualem per

Primo de anima.

Vide p hoc primo metaphi.

amicitiam formari & hunc nostrũ sensibilem per litem. Quare cum cās efficiētes dixerint non prorsus de causis formalibus dicere curarunt. Nā faciunt tales cās materiā & non formas. Item Anaxagoras, quāq̄ mentē cām formationis reꝝ esse censuit, formalē tñ cām non cōmemorauit forte ob ea quæ de ipso dicta sunt in Phedone statuit cām productionis vniuersi mentē ipsam. Verũ gn̄ationi rerum particulariũ illam non accōmodauit, sed rursus inciderat in materiales cās, quippe qui eoꝝ cās carnis. s. ossis, & alioꝝ similaria posuit, quæ profecto vt materialē cām subiecit. Quantũ igitur antiquoꝝ opiniōē assequi possumus, videt phisici munus esse de materia disserere. Veꝝ q̄ de vtrisq̄ oporteat naturalē disserere multis argumētis demonstrat, & in

Primũ argumētum, primis ex proportione respectuq̄ artis ad naturā. Et qm̄ ipsa est simulacrũ exemplarq̄ naturæ si ergo videmus ad eandē artē attinere vt sciat materiā & formā. Nam ædificator non solũ sciuit formā domus, sed ēt materiā aptam idoneāq̄ efficit ad suscipiendũ formā domus. Item opifex cum sciuerit formas vasoꝝ lecticæ, scabelli, & reliquoꝝ, sciet ēt qualis materia apta idoneaq̄ sit ad talē formā, si ergo eiusdē artificis est formā & materiā domus cognoscere, igitur & ad naturalem consideratio de materia & forma attinet. Secundũ argumentũ est, qm̄ inquit eiusdē artis esse vt finē sciat, & quecũq̄ alia quæ gratia finis fiũt. Nam cu ædificator scit qualis quæ domus

Secũdũ. forma esse debeat, q̄ statuit intentionē & finē artis, sciuit ēt viā iterq̄ quo in finē perueniet. Item medicus sciens sanitatē sciuit ēt viā attigendi sanitatē, alioquin si artifex cognouerit finē, & viā attigendi illum ignorauerit nunq̄ in finē perueniet. Si ergo eiusdē est scire id cuius gratia idest finē, & id quod fit gratia illius idest viā attigendi finē, cum materia sit illud q̄ est gratia finis, ac via in formā sit ipsa materiæ aptitudo, naturalis igitur cognoscet finem, & id q̄ est gratia eius idest materiā, quare ad naturalē attinet vtrāq̄ considerare materiā. s. & formā. Sed qm̄ finis duplex est, vnus quidē qui gratia cuius dici solet, alter vero cui, ceu ianue forma, hæc profecto est finis cuius. Nam hunc artifex intendit ac animaduertit, quē scopum. s. intentionē vocant, alius aũt est, finis cui vt ostiũ. Nam fit ianua non propter idipsum vt talia forma fieret sed vt vsui cōmodoq̄ hominũ sufficeret ac veniret quare cum homo sit aliquomodo finis, ianua fit vt obseruet domum igitur sciens & finē cuius gratia idest formā ianue, mox sciuit ēt finē gratia huius qui quidē materia est. Item qui scit finē cui ceu homo sciens q̄ ianua fit ad vsum eius. Nam hic est absolutissimus finis ianuæ vsus hominũ, sciuit ēt ea quæ fiunt gratia huius. Nā q scit oportere totā firmāq̄ habere suppellectilē, sciuit ēt illum egere quodā solido & corpore renitente q̄ vetet inhibeatq̄ volentes impetũ facere ac offendere qui hoc assequi vult. Quare cum finis dupliciter dicatur, sciens quēuis finē, neq̄ ignorabit ea quæ sunt ad finē de quoꝝ numero ēst materia, quare naturalis interest non solũ formas cognoscere sed ēt materiā. In his quoq̄ persoluit dubitationē quandā tanq̄ ab aduersariis adductā. Nam dubitauit quidā si naturalia assimilantur dignis artificialibus, cum videamus nonnullas artes materiā preparare, nonnullas vero materiæ formā duntaxat apponere, igitur in naturalibus alterius scientiæ naturalis erit cognoscere materiā, & alterius formā. Nam peritia gubernandi nauē scit qualis esse debeat forma temonis vel remi & ordinat iubetq̄ fabricatori nauiũ vt sibi instrumentũ extruat & efficiat, quo ipse nauē circuncidere queat, & ob id oportet ipsum effici forte ad instar cilindre vt facile circunducatur. item iubet ipsum oportere si contingerit inferius latũ esse atq̄ expansum vt aquarum multitudini occurrat atq̄ impingat & renitendo impellat nauē. Hanc igitur formā ordinat & iubet gubernator, at materiā ex qualibus lignis esse oporteat minime sciuit, sed nauis fabricatori cedit huius scientiā. Immo & nauis extrutor cum fit talē formā remi temonisue opificiũ materiæ alteri cōmittit & ordinat. Nam simpliciter ars scindendi ligna preparat materiā arti edificādi & idē opificiũ opusq̄ vt accurate efficiatur peritia incidendi ligna facit, deinde formā naui apponit ars efficiendi condendiq̄ naues. Item ei qui domos condit alia quidē ars materiā simpliciter parat, ceu ars incidēdi lapides, & alia illā accurate extruendā efficit, veluti ea quæ lapides aptos idoneosq̄ poliendo dolandoq̄ vt recte ponantur preparat æs vt ea quæ versatur circa metalli congregationē & cōpressionem, alia aũt apponit formā eri ceu ars æraria, cur ergo & in disciplina naturali ita dicendũ non est, vt ad aliā attineat disserere de materia, & ad alteram de forma. Inquit igitur soluens hanc dubitationē in artificialibus materiā ipsoꝝ non inesse eisdē, sed extrinsecus nos illā, assumimus, quā ēt consideramus, & cum ingeniũ nostrum naturaq̄ omnia recte efficere nequeat, alia quidē ars versatur circa materiā, alia aũt circa ipsam formā. At in his quæ constant natura nihil extrinsecus suppeditat disponitq̄ materiā naturæ sed ipsa materiā disponit & formā introducit materiā aũt dico proximam. Nam hominis natura quāq̄ ipsa non efficiat elementa, attamen ipsa cum nihil extrinsecus accipiat sed in seipsam vim agendi obtinet

eadem

eadem miscet, hæc aūt mixtio est proxima materia animalis & vniuscuiusq; particularis naturæ. Si ergo natura formā efficit & proximā formæ materiā qui ergo considerabit naturales formas, ēt spectabit materiā eisdem subiectā ceu ipsum metallū, sed cum alia sit quæ hoc operetur ob id ærarius non cognoscit illud, neq; sciuit metalli naturā qm̄ & qūo extruēda preparandaq; sit, consequens igitur est postq̄ natura proximā sibi materiā & formā efficit, vt phisicus vtrāq; cognoscat, quare naturalis simpliciter materiā & formā considerat, qm̄ natura simpliciter materiam, & simpliciter formā procreat, & quidā naturalis quandā materiam, & quandā formā cū quedā natura quandā formam, & quandā materiam efficiat. Veꝝ id q; modo prolatū allegatumq; est, videtur dictis superioribus contrariū esse. Nam si eadē ars ēt efficit materiā & formā, qm̄ paulo prius diximus esse eiusdē artis vt materiā & formam sciat, qūo igitur ars gubernandi nauē formam temonis remiue sciuit, & materiam ex qualibus lignis esse oporteat, ignoret.

Dubitatio.

Dico igitur vtrūq; esse verū & primum & secundū qm̄ eiusdē sunt plures materiæ quedā proximiores, quedā aūt remotiores ceu humani corporis materia maxime proxima est totius corporis dissimilaria vt ipse ait, sed ante hæc precedit alia materia ipsa.i.similaria, quippe quæ in ratione ordineq; materiæ subiiciantur partibus organicis. Et ante hanc materiam sunt humores & ante humores elementa, & ante elementa est ipsa trina elementorū dimensio, & deniq; ante hanc est prima materia. Proximam igit̄ materiam necesse est penitus artificē scire. Nam si faber lignarius & opifex materiā maxime proximam vasis q̄ ipse poliendo dolādoq; taliter ac taliter ligna & secando ea in partes, atq; alia preparando ad suscipiendā formam operat̄, quæ quidē habent eam rōnem materiæ respectu formæ q̄ partes animalis ad formā animalis, quippe horum cōpositioni immitat̄ forma, igitur & in aliis artibus similiter erit. Et.n. ars gubernandi nauem quia sciuit formam temonis & remi sciuit ēt hoc modo materiam, qm̄ sciuit simpliciter illū oportere, ex lignis constitui. Veꝝ ex qualibus lignis constituendus sit ad conditorē nauis & opificem scire attinet, qm̄ ad eum attinet formam operari, cum is qui formā efficit scire debeat qualis materia sit capax illius. Proximā igitur materiam omnis artifex scit sed remotiorē ei scire nō opus est. iccirco faber ærarius naturā ferri & æris, ac quale esse debeat æs ad formam suscipiendam sciuit, licet ignoret qūo metallū producat̄, qm̄ hoc est materia remotior. At hoc est illius artis scire quæ operatur circa metallū. Si ergo omnis ars proximam materiam sciuit, & remotiorem minime, alterius artis erit eandē cognoscere, quare quæ prius diximus verissima erant.s. eiusdē artis munus esse formam & materiam proxima cognoscere, atq; verissima sunt quæ postea subiunximus.s.q; alia sit ars quæ circa formam agit & alia quæ circa materiam non proximam remotiorē. Vnde ipse ēt Ari. cum dixisset eiusdem scientiæ esse formam & materiam scire subiunxit vsq; ad terminū quendam. Nam medicus cum sciat corpora constare quatuor elementis, atq; hæc ipsa eoꝝ esse materiam non tñ quatenus medicus sciet q; hæc non sint prima materia sed ante hæc esse alteram quæ informis est. Sed postq̄ hæc dubitauit tertiū argumentum Arist. adducit quo concludit ad naturalē spectare vtrāq; cognoscere. Nam inquit materiā & formam esse de numero illoꝝ quæ referunt̄ ad aliquid, quippe materia sit formæ materia, & non queuis materia cuiusuis formæ temere est, sed quedā certa ac definita materia est cuiusdam definite ac certe formæ, si aūt materia & forma sunt de numero eoꝝ quæ sunt ad aliquid, qui ergo ignorauerit alterū eorū quæ referunt̄, & reliquū ignorabit, quippe quæ mutuo referantur ac simul cognoscantur, patet ergo ad naturatē spectare de materia & forma differere, sed cum hæc inquit, distinguit & separat naturalē a theologo, & inquit qm̄ vt medicus cum aspectus visionesq; considerat, & de ipsis sermonē facit, sane non de quacūq; actione ipsorū quatenus medicus discepabit, sed sibi sat est didicisse eas idoneas esse vt talibus coloribus disgregentur, & ab aliis congregentur, & si aliquā aliā actionē habeant vel affectionē quæ spectet ad medicum, de quibus nihil aliud considerat ceu qūo ab oculis exeant, & quæ sit actio eaꝝ circa visibilia propterea quod eminus minora vident̄ & per aquā maiora quæ ēt sit actio eoꝝ circa specula, & nunquid suapte natura queant refrangi vel non, atq; si ad rectos angulos reflectantur vel non, & quecūq; alia infinita fere quæ de ipsis perspectiui cōsiderant. Similiter faber ærarius aliquas actiones eris hucusq; considerat q; ad extruendum cimbalū oportet id sumere q; optimū sonū reddere possit, quod aūt bonū sonum reddere potest tale est, & vnicuiq; formæ congruit. Verū an æs habeat aliquam vim ad curā alicuius egritudinis vel sit adurens & ardens, & vnde sit assecutū bonū sonū cum participet spiritu, et aere, & quecūq; alia quæ simpliciter non cōferunt ad artē eius non considerat. Eodē igit̄ modo cum naturalis attulerit rerū naturaliū cās, eas profecto assignabit quas peculiare naturali est tradere. He alitē sunt quecūq; fine ma-

Solutio.

Inter partes organicas manus sunt organa organorū.

Proinde Auicēna primo fen recte dixit hoc modo cūq; aliquis medicoꝝ loqui incepit & affirmare elemēta & cōplexionē & quæ ista sequūt̄ ex eis q̄ scientiarū naturalis subiecta existunt, egressus fuerit errabit ideo q; in scientia medicinæ mittit q; eius non est.

Motus solis in zodiaco cã gñationis & corruptionis rerũ est vide 2. de gñatiõe hoc.

teria esse nequeunt. Nam & si proximas cãs non solũ tradiderit, sed etiam primas & separatas ab iis quæ fiunt, attamen neq; hæc sine materia sunt, Assignabit nãq; hominis gñandi cãm nõ solũ patrem illius atq; naturam, sed ẽt solis motum orbicularẽ, qui ẽt nõ est aliqua res a materia prorsus separata, sed in materia est. Verum si quedam alie cause naturales sunt quæ a materia separantur siue formales, siue efficientes, aut finales fuerint, quæ & quot quomodoq; hæc sint & se habeat inter se nõ amplius phisici munus est considerare, sed theologi. Nam hac rõne differt theologus a naturali, qm̃ spectat ad theologum differere de his formis quæ prorsus a materia seiunguntur, cum tm̃ phisici intersit de formis differere quæ sunt in materia. Ceterum ad textum. Cum aũt natura sit duplex est, forma & materia. Alterum significatum omisit quo gñatio natura appellabatur qm̃ illa est via & mutatio in naturã denominata ab ipsa sicut dealbatio ab albedine. Cum igis sit duplex, querit vtrum naturalis definiat naturalia quẽadmodũ definit simum, quippe qui assignet definitionẽ essentiamq; simitatis per concauitatẽ & mentionem faciemus interdum de subiecto quod quidem nasus est. Nam dicimus simitatẽ esse concauitatem nasi, quare non per materiam essentiam rerũ assignabit, sed per formam quemadmodum ẽt essentiam simitatis per concauitatẽ tradimus, neq; mentionem faciet de materia veluti neq; hic de naso cum dicimus simitatem esse cauitatem.

NAM & de hoc ipso quispiam dubitauerit, cum due sint nature de utra considerare ad naturalem spectet, an de eo q ex utrisq; componitur quod si de ipso, & de utraq; contemplari ad eundem utiq; spectat. Vtrum igitur eiusdem sit facultatis, uel alterius utranq; cognoscere.

Quoniam dixit naturalẽ de vtrisq; disputaturũ, vult ostendere q necessario sermonẽ de his tractabit qui consentaneas dubitationes habeat. Verum illud an de eo q ex vtrisq; componitur subiunxit tanq̃ ex consequenti pro hoc vel profecto de eo q ex vtrisq; cõponitur, si aũt de eo q ex vtrisq; cõponitur, naturalis disputabit, patet ẽt ipsum disputaturũ fore de vtroq; simplici. Quod si de vtroq; naturalis disputabit, igitur vnus & idem naturalis disputabit de vtrisq;, vel alius quidem de materia, & alius de forma.

NAM respicienti quidem aduerteres materiei cognitio ad ipsum pertinere uidebitur. Perparum. n. Empedocles & Democritus formã & illud q quid erat tetigerunt.

Quantum inquit ad veteres naturales, videbitur profecto ad naturalem scientiam spectare de materia differere, quoniam & illi multa de eadem tractauerunt, sed de forma aut nemo, aut ipsi breuibus agere curarunt.

AT si ars imitatur naturam, eiusdem autem scientie est formam atq; materiam usq; ad terminum quendam cognoscere, ueluti medici sanitatem, bilem, & pituitam in quibus est sanitas, & edificatoris similiter formam ipsius domus atq; materiam, lateres inq̃ ac ligna, & ceterum similiter. Eodem modo naturalis etiam facultatis erit profecto utraiq; naturas cognoscere.

Hinc primũ argumentũ ex similitudine artis ad naturã. Pulchre aũt adiecit q sciuit artifex nõ simpliciter materiã sed vsq; ad aliquẽ terminũ. Nam medicus procedens vsq; ad elemẽta, & hæc esse materiã corporũ asseruerit nõ vltro procedit. Eodẽ ẽt mõ de alis artibus dicendum est.

PRAETEREA facultatis eiusdem est id gratia cuius est finẽ, & ea quæ horum gratia sunt cognoscere. At natura finis est, & cuius gratia. Quorum nanq; motus continui est finis aliquis, eorum is ultimus est & id cuius gratia.

Secundum argumentũ. Id cuius gratia & finis ex geminatione vocabulorũ idẽ significant. Id ergo cuius gratia in naturalibus est forma, quippe huius gratia natura cuncta efficiat, ex principio quidẽ vt generetur deinde & conseruetur. Id aũt q est gratia finis est materia, instrumẽta, & siquid aliud est persimile. Nam quorũ motus continui est aliquis finis, is est ẽt extremũ & cuius gratia. Verũ oportet verba parũ mutare. Quorũ nanq; continui motus est aliquot extremum hoc est finis & id cuius gratia. Sed sententia mensq; predictorũ hæc est, qm̃ appellauit id

Textus.

cuius gratia finem hoc idem proposuit ostendere. Inquit igitur qn̄ id q̄ cōtinue mouetur, deinde peruenit ad aliquod extremū & quiescet eo itinere quod prius ceperat, hoc inq̄ finis est motus cuius gratia fiebat, quare id cuius gratia finis est motus cuius gratia fiebat, quare id cuius gratia finis est, & ecōtra finis est cuius gratia. Intelligit aūt apud me eū motū qui nulla interpollatione interceptus, nullaq; causa extrinsecus impeditus sponte ad finē tendit peruenire, si vero interpollaretur nō esset finis motus statio illa p quā fit interpollatio, verbi gratia si aliquis medicus remediū adhibebit alicui & interea aliquod impedimētū fieret quo morbus peior euaderet deinde alteq; remediū denuo adhibēs sanaret ipsum restitueretq; sanitati huius motus & nō precedēs dicimus sanitatem esse finē & id cuius gratia, immo neq; priorem dispositionē precedentis motus quem remediū operabatur finē esse asserimus, qm̄ ad eam non tendebat intentio neq; ex eadē, sed ex quodam euentu extrinsecus peior dispositio excitata est, qn̄ igitur motus qui vergit ad sanitatem interpollatus non erit, finis eiusdem & extremum in quo quieuit, id est id cuius gratia omnis motus fiebat, hoc autem est ipsa bona ualetudo. Nam si non interpollabitur actio medici nunq̄ stabit quousq; ad sanitatem peruenerit, quoniam igitur motus generationis nisi quippiam impedimēto fiat, forma est finis ad quem ducitur. Hæc autem est id cuius gratia.

QVAPROPTER & Poeta ridicule compulsus est ad hanc sententiam afferendam. Extremum ob quod natus erat fatumq; petiuit. Nā uult non quoduis ultimum esse finem, sed id q̄ est optimum.

Poetam Euripidem dicit. Qm̄ (inquit) recte definiemus finem & ad cuius gratia atq; de motu non interpollato Euripides fide dignus est, qui cōi consensu accipit cōtinui motus extremū esse finem & id cuius gratia. Veq; ridicule hanc vniuersalem cōceptionem adaptauit particularibus. Quoniam igitur cōtinuæ vite finis est mors existimauit eam esse finē & id cuius gratia. At omne cuius gratia est finis, ecōtra autē minime oīs finis est id cuius gratia, sed optimus finis est id cuius gratia, & cū optimū sit ipsum esse, q̄ nō esse, igitur mors nō est id cuius gratia, imo neq; cōtinui motus ab ortu mors est extremū aliquod & finis, qm̄ mouetur natura vsq; ad naturam integram aīalis atq; vsq; ad perfectam etatē, quæ deducta ad perfectionē quiescit & manet, hoc igitur summū etatis incrementū est finis cōtinui motus a generatione, postea vero qm̄ forma suapte natura in materia ample magnificeq; firmata est, si aīal vltra procedendo imbecillius fit nō a natura id cōsequi videtur, sed cū ex cōtrariis animal constet, & natura amplius non possit cōtraria in cōcentū & cōcordiam naturalem cōgregare & cōtinere, alteq; cōtrariū fit pollentius, & ita cū ipse concentus parū dissoluitur mortem fieri accidit. Nam vult nō quoduis extremum esse finē, sed id quod est optimū. Vult nō poeta qdem, sed req; natura, qm̄ igitur id q̄ est optimū est finis & cuius gratia, igitur gn̄ationis optimū erit finis, sed ipse etatis flos aut summū eius incrementū est optimū, quippe aīal ea etate constitutū oēs actiones naturales exerceat & maxime eas qbus gn̄at. Nā hic est ꝓprie finis naturæ deducere animal ad hoc vt ita generet alteq; quale ipsum est, & qm̄ cūcta bonū appetunt, & esse cuiq; bonū est. Quocirca quæ nequeunt manere eadem numero appetūt & amāt sempiterna fieri in spetie, quare cū hoc fit optimū, natura ad tātum cōtinuo vehit ducitq; animal quousq; hoc attingat vt hmōi actiones exerceat, de huic cū prior motus cessat ea assecuta de quibus erat intentio, principiū accipit præter naturā tēdens ad corruptionē eo modo quem explicauimus & diximus.

Textus

Idem in calce primi libri. Vid Auicē. 1. feñ. si vis scire etates hois vbi flos etatis est de cæteris aīalibus nihil cecti hr̄ qa eure exiguæ sūt nisi q̄dā cōiectura.

CVM etiam artes materiā efficiāt quædam simpliciter, quædam idoneam aptamq; ad opus. & utimur quia omnia sunt gratia nostri. Sumus enim & nos quodāmodo finis. Nā id cuius gratia cætera sunt dupliciter dicitur ut in philosophia distinximus. Due igitur sunt domine materiei cognoscentesq; artes ea quæ utit̄, & ea quæ preest facultati opetandi ipsa inq̄ architectura. Quapropter & ea quæ utitur aliquo modo architectura est. Sed hoc interest, altera nanq; formam cognoscit, altera uelut materiam facit.

Cū multa in constructione p̄tis loci interserat, verba reddit obscurissima. Nos igitur oportet ut textus seruetur cōtinuatio singula verba discurrere & pōderare, & vnicuiq; loco suū ac proprium afferre assignareq; illud itaq;. (Et vtimur qa omnia sunt gratia nostri) cū præcedētibus sic construendū est vbi sic inquit. Præterea facultatis eiusdē est id gratia cuius finemq; & ea que

horum gratia sunt cognoscere. At natura, finis est & cuius gratia, qbus deinde copulans hæc dicit. Et vtimur quia oĩa sunt gr̃a nostri vsq; ad ea verba, vt in philosophia, distinximus. Hæc igitur est huius loci cõstructio, sentẽtia aũt est, qm̃ duplex est finis, alter cuius, & alter cui, dicẽs autem finẽ velut cuius. qm̃ dicit natura est finis & cuius gratia, adiecit & alterũ significatũ finis dico scilicet finem cui, quia dicit. Et utimur quia oĩa sunt gratia nostri. Vnde apertius hoc faciens subiunxit. Sumus enim & nos quodãmodo finis. Nam dupliciter dicitur id cuius gratia cetera fiunt ut distinximus in philosophia, dicit autẽ per philosophiã librum de moribus aut philosophiam moralem quã vocat philosophiam, qm̃ per ipsam philosophũ reddit moralem. Hæc igitur est cõstructio. Quæ autem interiecit partim probant finem esse cuius gratia, partim ad cõfutationem Euripidis adducuntur sed ea verba. (Cum etiam artes materiam efficiant. Quedã simpliciter. Quedam aptã idoneamq; ad opus) cõiungenda sunt his uerbis. Due igitur sunt dñe materiei cognoscentesq; artes & cetera. Hic autem est dubitatio quam diximus, qm̃ nõ quemadmodum artiũ quedam uersantur circa materiã, quedam autem circa formam, ita sciẽnarum naturaliũ, alia quidem formã cognoscit, alia uero materiã. Quod uero hæc tanq̃ dubitationem proferat deinceps ostẽdit cum solutionẽ infert in quibus dicet. In his igitur quæ per artẽ conficimus nos operis extruẽdi causa materiã facimus. Cum igitur dicat cãm differentiæ indicat hanc esse, qm̃ eadem prorsus ars non versatur circa vtranq; scilicet materiã & formã. At natura versatur circa utranq;. Est igitur tota sententia textus talis. Artiũ quedam efficiunt materiã, quædam presunt & dñantur eidẽ. item earũ artiũ quæ materiã efficiũt, alia materiã simpliciter efficit ceu peritia scindendi ligna, alia uero efficit illam idoneã aptamq;, similiter earũ artiũ quæ sunt dñe materiei. Nã he artes præsunt materiæ quæ versantur circa formã, quippe nauis opifex iubeat ordinetq; ei q ligna incidit qualia ligna sibi pparare aptareq; debeat, qualiaq; sint idonea aptaq; ipsi ad hæc faciũdum & qua rõne sint apta. Artiũ igitur quæ præsunt materiæ quæ etiã architecture appellantur. sc̃ dñe extruendi operis facultatis, alia formã opponit ut ars extruendi naues, alia autẽ utitur eadem ceu ars gubernandi nauem, recte igitur appellauimus peritiã gubernandi nauem architectonicam, quippe quæ magis sit architectonica quã ars extruendi naues. Nam ipsa iubet preestq; arti quæ naues condit qualem formã sibi claui ipsa debeat facere. Verũ differunt inter se artes quæ versantur circa formã quæ etiã architecture sunt, qm̃ alia efficit formã, ceu ars condendi naues, alia vero solum cognoscit formã & non efficit, itẽ quedã vtitur forma, quædã minime. quare quattuor sunt quæ circa idem uersantur, quarũ due circa materiã, due vero circa formã, sed cũ hæc dicit reliquũ dubitationis non adiecit, quod quidẽ erat, igitur nunq̃ in naturalibus eiusdẽ scientiæ naturalis erit versari circa materiã & circa formã, sed altera versabitur circa formã, altera autem circa materiã, ob id ergo sñiam obscuram fecerat q; hæc apposuerit gratia dubitationis, sed qa subiunxit solutionem (vt diximus) clarã apertamq; suam sñiam facit. Postremo dicẽs ars gubernandi architectura est nõ sine aliqua determinatione dixit, qm̃ inquit aliquo modo architectura est. Adiecit aũt hoc (aliquomodo) qm̃ ars gubernãdi nõ edificat non extruit. Nam potius imperat iubet ac preest arti extruendi naues, quã extruat. Itaq; adiecit hoc (aliquomodo) ob id quia ipsa non extruit, sed non ob id quia imperat & præsit.

NAM gubernator quidem qualis est forma claui cognoscit ac iubet. At architectus ex quali ligno, & ex qualibus motibus erit nauis cognoscit.

Vtreq; igitur artes versantur circa formã, quæ etiã non ignorant materiã. Verũ ars quidẽ gubernandi nauẽ magis formã cognoscit q̃ materiam, & iubet hanc gubernatori, sed ars extruendi naues potius discit ab ipso gubernatore formam & materiã callet, igitur ipsimet vicissim aliquid mutuant. Nam ars extruendi nau es discit formam a peritia gubernandi nauem, ars autem gubernandi materiam accipit ab ipsa arte extruendi naues. Cum autem dicit ex qualibus motibus, ponit pro hoc ex qualibus naturalibus momentis viribusq;, qm̃ non quod uis lignum temere assumetur ad extruendum nauigium vel clauum.

IN his igitur que per artem conficimus nos operis extruendi causa materiam facimus, in naturalibus autem est.

Solutio dubitationis, qm̃ in artificialibus materiã extrinsecus artifex suscipiens eidẽ sic formã apponit, quocirca ipsa spectat ad aliã artẽ, & forma ad aliã. At in naturalibus nature nõ traditur

extrinsecus

extrinsecus materia, sed eidem inest, & ab eadem efficitur & procreatur. Quod si hoc cōceditur, igitur q hmōi naturæ scientia peritus fuerit, materiā ēt cognoscet. Nā utrāq; naturā opatrix est, & ei q utrāq; ignorauerit nō patet aditus scientiæ naturalis siqdem utriusq; natura sit magistra.

ITEM materies est eorum que sunt ad aliquid.

Tertium argumentum q; spectet ad phisicum naturalemue cognoscere utranq; materiam & formam.

AT quousq; naturalem philosophū, formā & ipsum q; quid est scire oportet. An ut medicum neruum, uel fabrum es usq; ad quendam terminum considerare oportet. Nam alicuius gratia est unaqueq; & circa res uersari que separabiles quidē sunt ratione in materia aūt sunt. Homo nanq; generat hoiem atq; sol. Quo uero modo sese habeat separabilis forma, & quid nam sit, philosophie prime munus est pertractare ac determinare.

Hic separat naturalē a theologo. Equidē de materia ita cōsiderat naturalis queadmodū diximus, sed de forma iuxta quēdā terminū cōsiderabit.i.qm eiusdē rei plures formas accipe possumus. Nā Socratis est ut hois forma aial rōnale mortale, & ante hāc substātia animata sensitiua. Nā quedā sunt naturaliū forme separate ceu numeri apud pithagoreos siue ille forme que dicunt ante multa, & he siue sint apud Platonē p se subsistētes dico, talium idealem hoiem p se, & idipsum aial per se, siue sint rōnes quas ipse in opifice statuit, iccirco inqt, uel naturalis de omni forma simpliciter disputabit, uel usq; ad aliquē terminū deducet doctrinā, inqt igit nō esse munus naturalis de omni forma differere sed vsq; ad aliquē terminū procedit. Et queadmodū faber ærarius nō singulas actiones æris cōsiderat, verbi gra si quippiā conferat ad medēdi peritiā, sed q; sit liquabile & fluxibile & quecūq; conferunt ad res subiectas ei, item medicus cū cōsiderat de neruo spectabit etiā oēs actiones quæ ad suam artē cōferūt, verbi gra q; sit motus eius aliqua cā, nō tñ rimabit si aliqua illius forma sit ab opifice vel si ex forma & materia cōstituat, sed spectabit qūo accidat aliis siccius esse vel frigidius. Eodem ēt modo naturalis nō de omni forma simpliciter disputabit sed procedet vsq; ad aliquē terminū.i. quatenus a materia nō separat. Nā si forte quispiā interrogabit eū si cōtingit hoiem esse, certe nō rñdebit formam hois in opifice eē, oportet aūt eam esse factam & naturalē. iccirco hic forma ponit & est, sed sufficere putabit assignare cās nō sine materia, qm hō & sol gñant hoiem. Nā solis accessus atq; recessus est cā gñationis & corruptionis eoꝝ quæ hic fiūt, hæc inq̄ gñant ex pximis & nō quoduis a quouis, sed simile ex simili, cū igit hanc cām affert, hoiem & solem gñare hoiem affirmabit, & utriq; sunt in materia. Et forte nō affirmabit quasdā formas medias esse in vniuerso, atq; hmōi esse animam nfam quæ recedit & reuertit, quocirca homo in mūdo est, qm attinet ad theologos hæc & huiusmodi inuestigare ut quæ, & quot sint formæ separate, atq; quis sit habitus respectuiq; ipsarum, & qdam habitus est ad seipsas, & qdam ad hæc quæ hic sunt, naturalis igit interrogatus nō oēm causam assignabit neq; efficiētē neq; formalē sed solū eas quæ nō sunt sine materia.

DETER minatis aūt hisce considerādū est de causis quales & quot sint numero.

Cū differuerit de cōcausis quæ sunt materia & forma, vult nūc de reliqs duabus agere.s. efficiēte & fine quæ pprie sunt cāe. Nā cū nfa intētio sit res naturales agnoscere nihil prius cognoscere possumus anteq̄ pricipia eiusdē & cās oēs cognoscamus, quare oportet oēs cās reꝝ natura liū pnoscere si exactam eaꝝ cognitionē asseq volumus. Qm igit vult de reliqs causis agere.i. efficiēte & finali repetit summatim sermonē de causis, & inqt esse quatuor cuiuslis rei causas materiam, formā efficiētē, & finē, ceu domus causæ sunt ueluti materia lapides, & lateres, ac ligna, forma uero talis figura, efficiēs edificator, finis deniq; vsus hois p quē domus extruit quā definire solemus cooperimētū q; nos ab imbribus pcellisq; ptegit atq; defendit, similiter de oibus rebus dicēdū est. Appellat aūt materiā ex quo formā aūt secūdū quod, efficiētē unde motus principiū. finē vero ppter qd. Sunt ēt eoꝝ que fiūt alie due cause vna instrālis, altera exēplaris quas Plato inter causas numerauit. Veꝝ Ari. tanq̄ naturalis his nō vtit, exēplarē inq̄ omisit qm ipsa superior præstantiorq; est causis secūdū naturam, qppe natura exēplaria nō intueaē cū qppiam agit, quæ quanq̄ habeat rōnes eoꝝ quæ pducunt, tñ nō cognoscit vt faber & opifex, sed duntaxat rōnes animantes obtinet quibus agit & producit. itē causam instrumētalem simul cōprehendit cum materiali siquidem sit instrālis causa velut insitus innatusq; calor naturæ. Verum

Aduerte q; hīc sicut aliquid textus.

Aduerte hūc interpretē plures formas & materias cōposito ponere.

Proīde Auic. sederat de complexiōe ei & reliquorū mēbrorum.

Hic fore tei pitagoreos aut i Platonē de reditu aiæ ad corpus.

Idēi cōmētario primi textus.

hæc dixi cōprehēditur simul cū causis materialibus, qm̄ statuit oīno quattuor elemēta in qbus sunt quattuor qualitates, materiā omniū quæ fiunt, sed quale esset instrumentū gñationis eo℞ pretermisit. Plato igit̃ theologus dixit oium q fiūt cām efficientē esse opificē instrumētalem aūt materiā. At uero Ari. naturalis merito naturā & hāc vnde motus initiū statuit esse cām efficientem instrumētalē aūt nō habere ꝓportionē & respectū neq̄ similitudinē. Et.n. instrumēta vult prorsus esse separata a causis efficiētibus, & ab effectibus. Atqui calor insitus innatusq̄ nō secū git̃ ab ipsa opifice natura sed est subiectū ipsi nature in quo firmata & fusa aīal procreat. Possumus ēt ipsam naturā in naturalibus exēplar appellare, siquidē ipsa simile ex simili ꝓducat, & intentio illius naturæ q̄ in pñe est atq̄ in mre sit sibi ꝓcreare, ve℞ nō cognoscēdo (ut diximus) in seipsam ītuet̃ uelut in exēplar & vult exēplar a causis efficiētibus separari scdm substātiā. Que cū Arist. dicat, deinceps narrat que cōsequūtur cās, & imprimis inquit. Cū multe sint re℞ cause accidit ut eiusdē sint plures cāe p se. Nā ille cāe quattuor oēs sunt p se cāe, sed nō eodē mō qppe aliter sit materia cā & aliter efficiēs, ac de reliquis similiter dicēdū est. Itē ait has esse īuicē vicissim que cās seu labores bonæ valetudinis cāe sunt, & ecōtra bona ualetudo cā labo℞ est. Ve℞ non eodē mō, qm̄ labores sunt bonæ ualetudinis cāe efficiētes. At bona ualetudo est eo℞ cā finalis. Nā sepe laboramus ut obtineamus bonā ualetudinē. Et.n. siqs me iterrogaret cur ambulas. Rñderē ꝑfecto, ut ualeā. Preterea inquit fieri posse ut idē sit cā cōtrario℞. Nam gubernator nauis si adsit naui sit cā salutis nauis, si uero absit eā naufragii est, & inquit gubernatorē cū absit, nō esse cām p se naufragii sed p accidēs, quippe que seruari possit absente gubernatore. Idcirco inquit exēplū cōmodius ueriusq̄ in sole afferri posse qui ꝑsens luminis cā est, absens uero tenebra℞, & utriusq̄ p se cā sol est. Nā si absens foret cā p accidēs tenebra℞ & nō p se, igit̃ q̄q̄ absens sit nō esset cā tenebra℞. Nā hmōi sunt cāe p accidēs. Dico itaq̄ q̄q̄ gubernatoris absentia sit cā naufragii, nō tñ ob id existimādū est ipsum esse cām p accidens naufragii, cū & ꝑsentia eius nō sit oīno cā salutis, & tñ nō ꝓpter hoc qn̄ seruaret nauē nō p se sed p accidens seruaret, sic igit̃ q̄q̄ absente gubernatore nauis saluaret̃, fortuna casuq̄ illius salutē dicimus quo naufragiū quod fit ꝑsentia gubernatoris impetu & violentia fieri dicimus. Nā artes uersantur circa ea que plerūq̄ fieri solent. Atqui naufragii q̄ fit absentia gubernatoris causa p se erit absentia eiusdem, quare gubernator sua absentia & presentia est causa p se cōtrario℞ dico scilicet salutis & naufragii.

Vide Platonē i Timeo cū agit d ortu vniuersali.

Qūo natura exēplar.

NAM cum sciendi gratia sit naturalis pertractatio, scire aūt unūquodq̄ nō prius putemus q̄ circa unūquodq̄ propter quid est capiamus, idq̄ est primā accipere cām. Patet & a nobis hoc esse agēdū, & de generatione corruptioneq̄, ac de omni mutatione naturali, ut ipsarū sciētes principia enitamur unūquodq̄ quod querimus in ipsa reducere.

Inqt illud uerbū pp quid pro hoc circa unūquodq̄ cās qua℞ gr̃a est. Nā interrogati cur homo est, rñdebimus afferrētes cām efficiētē, uel finalē, aut aliquā aliā uel oēs. Patet & a nobis hoc esse agēdū, & de gñatione corruptioneue ac de omni mutatione naturali, id est de cāis gñationis & corruptionis, & uniuersaliter omnis mutatiōis naturalis, quare & hinc habes ipsum agere de his que cōiter cōsequūtur gñabilia & corruptibilia. Vt sciētes ipsarū principia enitamur unumquodq̄ quod querimus in ipsa reducere. Nam scientes omniū naturaliū quattuor esse causas unūquāq̄ redigemus in eadē principia, ceu cum de lectica querimus, dicimus eius efficientem causam esse edificādi artem, formā uero talem figurā, materialem ligna, & finalem hoīs usum.

Textus.

Textus.

VNO itaq̄ modo causa dicitur id ex quo quippiam fit eo pacto ut insit, ut es statue, argentumq̄ phiale, & horum genera.

Materialē cām inquit quā nūcupat ex quo ut dicimus ex lignis abaculū, & ex materia & forma æ scōstare. Ve℞ si nos supiore libro asseruimus illud (ex quo) magis ꝓpriū esse priuatiōi, & materiæ (hoc) tñ hic cōtrariū nō dicimus. Nā ibi diuidētes seiūgētesq̄ rōne priuationē a materia eo q̄ ipsa ꝑmanet istud aduerbiū (hoc) eidē adaptauimus. Nūc aūt qm̄ uolumus quattuor causis ꝓpriū aduerbiū tribuere, nimi℞ inter oīa illud (ex quo) tanq̄ magis ꝓpriū materiæ cōgruere videt̃. Nā ipsa est que mutat̃, & alterat̃ & minime cā efficiēs, finis, & forma mouet̃. Dixit aūt (vt insit) perinde ac dicat̃ cū causa materialis insit eidē rei que ꝓducit̃ ac eiusdē fiat elemētū, & non quemadmodū causa efficiens que extrinsecus ad est. Nā artificialiū artifex extra cā est q̄ pater filii, & celestiū orbicularis motus solis oīum que producūtur. At materia in ipsis est. (Ex horum genera)

Textus.

genera) qm̄ proximas materias tradidit, idcirco adiecit. Et horū gn̄a.i. & quæ sunt his communiora, vel quæ sunt gn̄alissima subiecta. Nam æs est proxima materia statuæ, & qm̄ huic etiā altera materia subijcit̄ ceu aqua erit materiæ statua. Itē erit trina dimensio quæ subijcit̄ aquæ, & prima materia quæ subijcit̄ trinæ dimensioni, siue igit̄ ex aqua, quippiā agere ceu eris metallum, siue ex terra, cuius erit materia æs eiusdem etiam erunt materiæ quæ subiiciuntur æri siue proxime, siue per multas intermedias materia fuerit.

ALIO modo forma atq; exemplar, hæc autem est ratio illius quod quid rei appellatur, & huius genera.

Alio mō inquit principiū est forma. Verū exēplar dixit nō eo modo quo ii q posuerūt ideas, neq; quia putet ad naturalē spectare exēplarē cām afferre, qppe natura nullū exēplar intueat̄ cum quippiā agit, ac nihil cognoscat eoꝝ quæ ipsa operat̄, sed tenet rōnes eoꝝ quæ fiunt sine cognitione. Sed qm̄ qui aliquid iuxta exēplar effic. unt determinata certaq; agunt, cū neq; pauxillum quippiā eis vltra adiiciant, neq; mācum opus magis q̄ exēplar operent̄. Et cum ēt quæ a natura producunt̄ certa definitaq; sint, quippe determinata certaq; habeat̄ forma hominis, bouis, fici, vitis, & reliquoꝝ, atq; in tm̄ natura moueat materiā donec ad formā perueniat propter hoc formā exēplar vocauit. Hæc aūt est rō illius q̄ quid rei appellat̄, & huius gn̄a, ceu statuæ forma, & non æs quippe hoc fit materia, sed simulachrū hominis, huius aūt genus imago simulachrumq; est. Nam omnis statua simulachrū est, sed nō oē simulachrū statua, igit̄ simulachrū exēplar & imago erit genus artificialiū, & naturaliū forma erit definitio rei. Itē genera huius sunt partes eiusdē vt ipse diuinitus dicit. Nam genus hominis definitionis est animal rationale, mortale, quippe vnaquęq; pars communior latiorq; sit ratione hominis. Genera autem solent dici materia definitionum.

VELVT eius concentus diapason ratio est duarū ad unum proportio, atq; omnino numerus itemq; partes in ratione sumuntur.

Exemplū ponit de his q̄ sunt formales causæ, & nō mō de forma pxima, sed ēt de generibus eaꝝ q̄ nō pxime sū remotiores sunt. Inqt igit̄ forma cōcentus q diapason dicit̄ erit responsum duoꝝ ad vnū. Est.n. diapason cōcentus quidā in quo corda vel vox inferior dupla est ad superiorē.i. duplū illius sonū habet. Est igit̄ forma eiusdē cōcentus duoꝝ ad vnū pportio. Quā enim pportionē habet duo ad vnū, eandē ēt habet corda vel vox inferior ad supiorē. Itē genus duoꝝ ad vnū q̄ duplū esse dicimus subse spēm habet cōcentū diapason. Nā duplū est eōius q̄ duo ad vnū siquidē duplū competat oībus duplatis numeris, pterea dupli genus est numerus qppe q latior ampliorq; sit ipso duplo. Nā si aliqd est duplū id ēt numerus est, eeōtra aūt nō se quit̄ aliqd numerus est, igit̄ id duplū est. Ceterū cū dicit hoc, itēq; partes quæ in rōne sumūt̄ expositio est illius loci vbi dicit quedā esse gn̄a definitionis. Inqt igit̄ ipsa gn̄a definitionis partes eisdē voco. Nā cū i exēplo de forma ac pximo genere eius accepisset pportionē duoꝝ ad vnū & numeꝝ velut genus in eodē pposito trāsferens sermonē subiūxit, ite partes q̄ sumūt̄ i rōne.

PRAETEREA id unde primū motus principiū uel quietis, qualis est cā his qui cōsuluit & pr̄ filii, atq; prorsus q̄ efficit eius q̄ efficit̄, & q̄ mutat eius q̄ mutat̄. Itē ut finis, hic aūt est cuius gratia cetera fiūt ceu ambulādi sanitas. Cur.n. ambulat interrogati dicimus ut ualeat. Atq; si hoc pacto dixerimus reddidisse cām arbitramur, & quecunq; alio mouēte inter ipsum & finē fiunt, ut inter medicū sanitatēq; macies, aut purgatio, aut potiones, aut instrumenta. Nam uniuersa hæc gratia finis fiunt.

Explicat efficientē cām. Nā quū interrogati fuerimus quis extitit cā belli? R̄ndebimus eū esse qui cōsiliū dedit. Itē quis gnignit filiū? R̄ndebimus patrē. Veꝝ dixit (principiū) qm̄ instrumēta quoq; vident̄ mouere, in principio nō mouēt, quare hæc nō erāt causæ efficiētes, qm̄ efficiēs cā est principiū primū vn̄ motus, et quēadmodū eā efficiēs est principiū motus, ita ēt est principiū qetis. Nā q de ineunda statuendaq; pace cōsiliū affert is hmōi qetis cā esse videt̄. Et quecunq; alio mouēte inter ipsum & finē fiūt. Nā (inqt) vniuersa hæc gratia finis fiūt & pter fine habēt esse.i. quecūq; fiūt alio mouēte inter cām efficiētē & finalē hæc oīa fiūt gr̄a finis, quāq̄ itermediorū aliud ex altero fieret ceu ex laboribus macies, Non solū.n. labores fiunt pp sanitatē sed ēt

Vid̄ q̄uo ex diffinitione cā æ efficietis instrumētum talē cām esse negat.

macies attenuatioue, quare horum omnium finis est salus, sed forte fortuna ipsa salus propter exercitũ legendi expetẽda est. Nam iccirco cupimus incolumes esse ac valere vt legamus, quod etiam alterius gratia est. Nam gratia adipiscendi fælicitatem legimus quæ est omniũ maxime finis & alia omnia huius gratia fiunt.

INTER sese autem differunt. Alia nãq; sunt opera. Alia instrumenta, causę igitur tot fere modis dicuntur fit autem ut cum multipliciter causę dicantur, multe etiam eiusdem sint non per accidens causę ceu statue statuaria ars, & es, non per aliud quicq̃, sed quo statua est. At non eodem modo, sed es quidem uelut materia. Ars autem ut id a quo motus proficiscitur. Sunt præterea quæ sibi mutuo sunt causę ut exercitium & labor causa bone ualetudinis, & hæc laboris. Verum non eodem modo, sed hæc ut finis, ille autem ut principium motus. Item idem est causa contrariorum. Nam q̃ presens est causa cuiuspiam est, & id absens nonnunq; causam contrarii esse dicimus. Vt gubernatoris absentiam subuersionis nauis, cuius presentia erat causa salutis. Vniuersę autem nunc dicte causę quatuor in modos manifestissimos cadunt. Elementa nãq; syllabarum, & materia eorum quæ arte conficiuntur. Ignis & talia corporum partes totius, & suppositiões conclusionis, ut id ex quo fit, causę sunt. Atq; horum quedam sunt ueluti subiectum ut partes. Quedam ut quid rei. Totum quoq;, compositio, atq; forma.

Inquit ea quæ fiunt ante finẽ differunt qm̃ nonnulla sunt opera vt deambulatio & attenuatio purgatio nonnulla aũt instrumenta & remedia phlebotomia, i. vene secatio & reliqua, fit au-
Textus. tem vt cum multipliciter causę multe dicant̃, ẽt eiusdem sint causę nõ per accidens. Numerans cãs deinceps vult afferre ea quæ consequuntur cãs & imprimis inquit eiusdẽ multas esse cãs per se & non per accidens. Verum non eadẽ rõne, ceu statuæ causę sunt æs & statuarius & non
Textus. alio modo q̃ per se, attamen alia est vt cã efficiens, alio vero vt materialis. Vniuersę aũt nunc dictę causę in quatuor modos manifestissimos cadunt. Redigit ad summã breuiter ea quæ dixit cum afferat quatuor esse modos causarũ materialẽ, efficiẽtem, formalẽ, & finalẽ. Deinceps adducit multa exẽpla materialis causę, qm̃ elemẽta sunt syllabarũ causę vt materia & subiectum fictiliũ ceu Thuribuli & hmõi alio℞ atq; omniũ artificialiũ. Item elementa sunt materia corporum cõpositorum, & partes materiales causę sunt totius, & propositiones sunt causę conclu-
Textus. sionis velut materia. Atq; horum quedã sunt vt subiectũ veluti partes. Hæc aũt verba sunt copulãda his superioribus. Vniuersę aũt nunc dictę causę in quatuor modos manifestissimos cadunt, quibus deinceps copulanda sunt hæc. Atq; ho℞ quedam vt subiectu & cetera. Quæ aũt ipse interseruit exempla sunt materialis causę. Sed cum multa adiecit exempla, iccirco repe-
Textus. tens sermonẽ recenset iterũ quatuor modos causarũ. Quedam vt quid rei, totum cõpositio, & forma. Dixit vt quid rei loco huius vt forma. Nã per ipsam vnicuiq; essentia tribuitur ac vnumquodq; habet esse. Item forma hæc dicitur cõpositio partium, & vniuersitas earum, atq; illud ipsum dicitur forma q̃ eidem toti vniuersoq; apponatur.

SEMEN autem genitale, & medicus, ac qui consuluit, & omnino efficiens, omnia unde mutationis, uel stationis, uel motus principium.

Semen genitale inquit esse causam efficientẽ, qm̃ in seipso tenet rõnes naturales, fætus substernitur eidẽ velut materia, sunt aũt rõnes formæ ex quibus procedunt in formam. At prius accepimus semen genitale vt materiam tanq̃ ad producendã prolem aptissimũ quatenus sperma & fætus vt materia subiirerentur naturæ. Præterea si est natura velut efficiens in eo quod producitur profecto erit semen genitale velut materia quo ad hãc rõnem, queadmodum & animal ipsi naturæ subiicitur in ordinem materiæ cum mutatur mutatiõibus naturalibus auctione. s. & alteratione, atq; ceteris aliis.

QVEDAM autem causę sunt finis bonumq; ceterorũ. Nam id cuius gratia cetera fiunt, optimum esse solet ac finis aliorum uult esse. Intersit autem nihil bonũ ipsum an apparens bonum dicatur.

Quedam

Quedam aūt sunt causę(inquit)velut finis aliorū,& velut bonū & cuius gratia cuncta fiunt. Nam finalis cā esse optimū & bonum vult esse.Nam omne q̄ fit propter ipsum bonū fit.Deinde qm̄ non omnia bonū finem habent,inquit.Intersit aūt nihil,siue reuera finis bonum sit,siue ap parens. Nam hoc patet vt omne q̄ fit alicuius boni gratia fiat, & si circa lectionem boni existens aliqñ error fit,tamen omnia intentionem & finem ponunt hoc bonum esse atq; statuunt.

Duplex finis bonum & apparēs.

TALES igitur atq; tot causę spetie esse uidentur.Modi autem causarum numero quidem sunt multi.Si uero in capita redigantur,& ipsi pauciores euadunt.

Cum aggressus sit sermonē de causis per se,qm̄ cum cās assignamus non solū eas,quæ sunt per se afferre consueuimus,sed aliquādo eas quæ sunt per accidens.Nam dicimus caluum edificare domū,vel simum philosophari. Iccirco explicaturus cas per accidens sermonē de causis summatim repetit & diuisionē earum vniuersalē efficit.Nam inquit,causarū quedam sunt per se,quedā vero per accidens.item quedā propinque,quedam remote.Rursus alie simplices,alie aūt cōposite & coniuncte.Per se igitur cā statuæ est statuarius,per accidens aūt caluus vel musicus.itē cā propinqua per se similiter est hic statuarius huius statuæ,remota aūt artifex. Præterea in causis per accidens propinqua est albū,remota vero coloratū. Rursus simplex est artifex,vel statuarius,aut caluus,coniuncta aūt vt statuarius caluus vel artifex statuarius,in quarum prima collegi coniunxiq; in vnum cām per se & per accidens,in secūda proximā & remotam.Cum igitur tres sint oppositionis partes,sex opposita esse patet quorū vnicuiq; si adiūxerimus diuisionē qua quispiam in actu, vel potentia dici solet numerus duplabitur & duodecim erunt oēs partes causarū.Nam causa per se in actu est,qñ statuarius condit efficitq; statuam, in potentia qñ ipse efficiet statuam.Rursus cā per accidens in actu est vt caluus edificat, potentia vero caluus edificabit,& de aliis similiter dicendum est.Cum igitur duodecim sint membra sectionis particularis causę,qm̄ quatuor sunt genera causarū videlicet,effitiens,formalis,finalis, & materialis,quibus igitur si coniungant illi duodecim modi causarū totus numerus earū erit quadraginta octo. Dubitaret aūt quispiam contra collectū numerum causarū,qm̄ si voluerimus particulariū causarū duodecim modos afferre non inueniemus nos recte supputasse. Sit enim de cā efficiente questio.Nam cum ipse dico statuariū esse cām statuæ mox eundem dico cām per se simplicē,& propinquā,quare fieri nequeunt tres inter se abiuncte & separate, quin alia in aliam incidat aut alia cum alia conueniat.Rursus cum dicit cām simplicem, & coniunctam esse siquidem susceperis per se solū significatum causarū & non iuxta vocum collectionē fieri non posset vt aliqua cā simplex sit,secundū significatum.Nam cum ipse profero statuariū simul & dico per se cām & proximam quō itaq; erit cā simplex similiter de aliis dicendū est. At si solum secundū prolationē vocum accipimus simplex & cōpositum,vt Aristo.per exēpla sentire videt.Nam coniungentes nos voces dicimus Policletum statuariū,eadem rursus cā per se & per accidens proxima & remota nihil minus in simplicibus & in cōpositis simul intelliget. In simplicibus igit demonstrauimus,ceterū de cōpositis demonstrauimus.Nam si dixero Policletum statuariū,simul intelligo spectoq; per se & per accidens, quippe statuarius sit cā statuæ per se,& Policletus per accidens.item simul animaduerto cām proximā. Præterea simul cuncta inueniri possunt ceu si hoc modo proferā homo statuarius.Nam in hac vocum cōplexione homo est cā remota & per accidēs qui quatenus statuarius est cā proxima & per se,quare hæc inuicē separata inueniri nequeunt. Ad hanc igit dubitationē respondemus Arist.hæc non ita adduxisse in mediū vt partiet numerū triū oppositionū eorū qui modi causarū appellantur,quippe hoc reuera fieri nequeat,sed voluit nobis afferre proprietas causarū. Nam & si infinities vnumquodq; eorū diuisim considerare nequiremus, attamē rōne a sese vicissim abiungi queunt.Quum igit dico statuariū & si vnam alquā rem subiecto dixi attamen rōne nō est vna,quippe statuario non sint eadē hæc cā.s.& proximū.Nam si hæc eadē essent cā & proximum profecto ois cā proxima foret,simplex aūt & cōposita siue,vt iungamus per se & per accidens,siue propinquū & remotū,& vtraq;,vel per se,vel per accidens insint,similiter rōne differunt,quare per hæc proprietates causarū nobis tradidit Arist.& non simpliciter numerū causarum quæ possunt a sese abiungi & separari. Neq; magni interest si aliis tribus oppositionibus hanc adiecerimus qua aliquid in actu,vel in potentia dicitur,vel aliā quandam connectere oppositioni secundū potentiā & actum cum aliis.Nam simpliciter querimus earū inter se coniugationes Arist.igit cum reliquarū vnamquāq; per se & per accidens,propinquā & remotā,simpli

Dubitatio.

Solutio.

cem & cõpositam rõne seiungat, inuenit sex harũ differentias esse quarũ vnaqueq; coniuncta cum diuisione qua aliquid in actu, vel in potentia dicitur duo denariũ numerũ efficit. Verũ si quis non sola rõne has differẽtias contẽplari voluerit, sed contenderit eas ita inuenire, vt queant in re ipsa subsistentiaq; afferri, sic inuenire poterit. Nam cum sint cause per se proxime, remote, & per accidens quatuor partes simplices duntaxat nobis subiiciende statuendeq; sunt, statuarius inq̃ per se & proxima cã est, artifex per se & remota. Vnde simplices modi lõge plures q̃ hi haberi non possunt. Verũ si hos modos inuicẽ coniungere voluerimus, orientur nascenturq; ex his omnibus iuxta regulã quã introduximus sex coniugationes, Nam si accipiamus numerum ternariũ qui vnitate deficit a quatuor & multiplicauerimus per quatuor numerus emerget duo denarios cuius medietatẽ si postea accipiamus idest sex, tot coniugationes causarum dũtaxat esse nanciscemur. He aũt sint velut ante oculos subiecte. Prima artifex statuarius quæ per se & remota simul est. Secunda statuarius albus quæ est per se, & per accidens, & proxima simul. Tertia statuarius coloratus quæ proxima, remota, per accidens, & per se simul est. Quarta artifex albus quæ ẽt proxima, remota, per se & per accidens est, quare quarta & tertia eedem essent tñ differunt, qm̃ in tertia statuarius erat cã per se & proxima, per accidens vero & remota erat coloratus, in quarta aũt ecõtra artifex per se & remota causa est, albus vero proxima & per accidens. Quinta coniugatio est coloratus artifex per se & per accidens & remota simul. Sexta coloratus albus per accidens, proxima, & remota simul. Oportet igitur cum cãm diuiserimus in eam quæ per se & per accidens est, atq; in proximã & remotam, non amplius has partiri in simplicẽ & coniunctam, sed mox in eam quæ in actu & in potentia est, quo fit vt non eadem bis accipiamus atq; tuebimur & seruabimus numerũ duodecim modorum.

3 3
| 4 |
3 3

Coniugationes causarũ.

Addubitatio. Sed quispiam forsitã addubitabit adhuc de ipsa diuisione accipies occasionem ex dictis, qm̃ cã proxima per se cum diuiditur in simplicẽ & cõpositam non oportet amplius per se remotam secari diuidiq; in cõpositam & simplicẽ, siquidem propinqua per se coniũgatur ei quæ est per accidens, vel ei quæ est remota.

Solutio. Respondeo igiť, immo hoc fieri debet, queãdmodum per accidens coniũgitur ei quæ est per accidens, & oportet hanc per hæc diuidi. item qñ dicimus proximam per se coniungi cũ remota, hoc non prorsus fatemur ꝙ per se remote copuletur, sed ei quæ maxime per accidens est, vt sic sit proxima & per se coniuncta connexaq; ei per accidens, vel remote coniungenť, vel proxime, sed qñ proxime copulareť non esset cõiugatio cum proxima, quippe vtraq; sint vnũ & idem & secundũ idem, sed solũ erit coniugatio qñ coniungetur ei quæ est per accidens, quẽadmodum igitur qñ proxima per se remote per se coniungereť coniugatio nõ foret cause per se, sed remote & propinque, sic ẽt qñ dicimus remotam per se coniungi, vel ei quæ per accidens est, vel proxime ei quæ est per accidens, vel proxime, vel remote dicimus copulari & rursus in hoc coniugatio quæ est cause remote per accidens non est remote, sed eius solũ quæ est per accidens, si ergo proxime per se coniungitur vt proxime, & non vt per se, consentaneũ est igitur vt proximã per se & remotam diuidamus in simplicẽ & cõpositam, cõis equidem est ea coniugatio ad ipsam per accidens in vtrisq;, seorsum aũt proxime cõpetit coniugatio aũt quæ est ad remotam, siue hæc remota sit per se siue per accidens, & econtra remote cõpetit ea quæ est ad proximam siue hæc sit per se siue per accidens. Nam diuisio fit suscipiturq; in ea quæ sunt magis vniuersalia ac gñalia, & minime in ea quæ sunt magis propria. Modi ergo causarum tot sunt.

Quot modis itaq; causarũ dicunť totidem ẽt sunt effectuũ. Nam horum alii sunt per se, alii vero per accidens. itẽ alii propinqui, alii remotiores. Rursus alii simplices, alii coniuncti facile inueniuntur, & hi oẽs diuidunť in potentiã & in actum. Verum appellat materiales & formales effectus, sed formalis est ceu statua materialis autẽ cã ceu æs, immo neq; materia est effectus, sed potius ipsa formã solum, quippe omne ꝙ fit aliqua forma fit, & nihil fiat vt materia. Nam materia proprie neq; fit a natura neq; corrũpitur. Verũ & si nihil vt materia producitur, attamẽ quia propinque materie sunt alique forme, & multe fiunt ille, sed vt sint aliorũ materie, ceu æs ceteraq; metalla, idcirco materiam effectũ appellat nõ tanq̃ materia id fit ꝙ producitur, sed forma, qm̃ ita accidit proximã materiam formã esse, ob id asserit materiam fieri. inquit igiť sunt hi oẽs harũ causarum modi.

Idẽ ostẽdit de effectibus. Nam quum dico Socr. simulachrũ effingi, per se dixi effectum & proximum, sed quũ simpliciter dico simulachrũ per se dixi effectũ & remotũ. Item cum animo imaginẽ esse bicubiti, vel decẽ cubitorũ, effectum dixi per accidens & proximũ, quã si magnam adhuc, vel paruã affirmauero, per accidẽs effectum & remotiorẽ appellabo. Rursus qñ decem cubitorũ imaginẽ, vel magnam dixi, coniunctũ effectum protuli. Postremo cum dixero imaginem effigiemq; extruendã esse, effectum in potentia exprimam, qñ vero eam modo effici, dixero,

xero,

xero, tũ cprofecto effectũ in actu dicã. Similiter de materia dicendũ est, ceu cũ dico æs fieri, uel metallũ, uel æs flauũ, uel æs aptũ idoneumq; ad sonũ, & sic de oibus. Verũ patet nos aliter accepisse formã ut cãm, & aliter vt effectũ, quippe forma appellãda sit cã cũ eã spectamus tanq̃ id q perficit & cõplet cõpositũ, que postea vt effectus opusq; efficiẽtis causæ appellatur res effecta. Cũ ergo accipiat eo mõ quẽ diximus cũctos causarũ modos, deinceps multa theoremata quæ cãs cõsequũtur, affert, & hoc primũ est vt cũ sint cãe & effectus in actu & in potẽtia, nõ eodẽ modo se habeãt causæ in potẽtia respectu suorũ effectuũ in potẽtia, sicut si habent causæ in actu ad effectus in actu. Nã cãe & effectus actu simul sunt, & simul nõ sunt, ceu actu simul urẽs & id q vritur, atq; actu similis qui edificat & id q erat fabricãdũ. At in causis effectibusq; in potentia nõ ita dicendũ est, quippe nõ simul corrũpat ædificator cũ domo, sed remanet domus postq̃ obiit edificator. Itẽ opifex potẽtia nõ est, sed id q extruendũ est potẽtia esse dicit. Sc. ẽ dũ autẽ est id modo in potẽtia appellari ut cõsuetudo tulit, id. s. dico q nondũ ad actũ uentũ est, sed duci põt, at id dicimus mõ in potẽtia q cessauit a motu, nõ amplius est in motu, ceu domus iã cõdita atq; absoluta, ea nãq; vocat potentia edificabilẽ qa nũc nõ edificat. Verũ cũ & ipse sciuit effectũ qui est ꝓprie in potẽtia simul esse, & nõ esse cũ sua cã, quemadmodũ se habent cã in actu. & effectus in actu mox dixit oportere cãs que sunt in potẽtia tradere ac tribuere effectibus q sũt in potẽtia & possunt esse, & cãs actu iis que sunt ĩ actu. Is ergo nõ ignorauit ut se habẽt cãe ita se hr̃e effectus in actu, uel in potẽtia. Ceterũ inquit eũ oportere qui vult uniuscuiusq; rei causas reddere maxime proprias & ꝓpinquas afferre, atq; illam assignare in quã cessat qõ pp quid, ceu si querat. Vnde nã cã domus est, r̃ndere nõ oportet hoiem esse, uel artificẽ, sed maxima ꝓpinquã ut edificatorẽ qui etiã nõ dicit causa eẽ quatenus aliquid aliud est, sed quatenus artẽ edificãdi callet, uerbi gr̃a non qua caluus est, uel musicus, uel penitus hõ. Preterea inquit gñales cãs gñalibus effectibus assignandas esse, & particulares particularibus, ceu si quis a me ꝑcunctaretur alicuius rei artificialis cãm mihi r̃ndendũ nõ esset edificatorẽ, neq; geometrã, sed gñalem cãm afferre. s. artificẽ, similiter & domus particularis aliq̃ causam particularẽ mihi opus esset assignare, ceu edificatorẽ, & tandẽ huius domus hũc artificẽ. Vnde si effectus fuerit maxime gñalis, tradẽda assignandaq; est cã gñalissima, si uero maxime particularis, uel singularis, similiter erit causa particularis, uel singularis. Preterea inquit effectibus in potẽtia causas in potẽtia assignandas esse, & effectibus in actu causas in actu, ceu domus in actu edificator actu est causa, & domus in potentia edificator in potentia. Hec aũt Theoremata ipse affert que prorsus ad animum nostrũ erudiendum suppetũt ut queat cãs maxime naturales & rõnales attingere. Vñ ex his ẽt soluit dubitatio que in ꝑdicamẽto eorũ que ad aliqd dicũtur, adduci solet. Querit enim quõ ea que sunt ad aliquid, simul natura sint, quippe circuli quadraturã scire possimus, & tñ eius sciẽtia nõ est. Habes igitur hoc in loco solutionẽ, siquidẽ nõ oporteat quascũq; causas quibuscũq; effectibus temere assignare, sed sunt eiusdẽ ordinis & cognate suis effectibus. Nã circuli quadratura potentia scibilis est, & non actu, quare huius erit scientia in potentia & si actu ea cognosci posset prorsus eius scientia actu haberetur. Verũ dubitatio accidere potest ne eius rei que in potẽtia scibilis est actu scientia eius inuestigare tractareq; valeamus.

Lege calcẽ, 2. posterio. de cãis circa suos effectus quõ sese inferant.

Quõ ex dictis tollit qdã dubitatio & sibi consimilis. Sed aduerte q scibile & sciẽtia non sese perimũt & ponũt vid 5. metaph. sed ablato scibile tollitur scia prio posteriorũ & nõ econtra.

MODI autem causarum numero quidem sunt multi, si uero in capita redigantur, & ipsi pauciores euadunt.

Inquit vnãquãq; cãm multos hr̃e modos vt efficiẽtẽ, & vnãquanq; aliã, dico. s. materialẽ formalẽ, & finalẽ. Verũ iqt modos numero multos eẽ ut edificãdi, uel geometriã tractãdi uel circa architecturam versandi modi sũt, atq; in aliis ꝑticularibus artibus similiter dicẽdũ ẽ, ii tñ in capita redacti ad cãs p se redigunt. Rursus dicere solemus albũ eẽ cãm, vel caluũ, vel sinũ, & in oibus hmõi, sed oia hec gña causarũ redigunt ad causas p accidens, similiter & de aliis dicendũ est.

DICVNTVR enim causæ multipliciter, & ipsarum quæ sunt eiusdem speciei, alia prior alia, & posterior.

Eiusdem speciei dixit ceu efficiẽtes, vel materiales. Nam vnaqueq; harũ multipliciter dicitur. Affert autem oppositionem per se, & per accidens, & proxime & remote cõiunctam. Nam cum adducit causam per se statim eidem cõnectit proximam & remotam. Itẽ cum affert causam per accidens, rursus eidem copulat proxima & remotam.

CEV sanitatis medicus, artifex, & concentus diapason, duplum, & numerus, & semper ea que continent ad eas quę sunt singulares.

Cause p se exemplum adducit, & hoc de causa proxima & remota. Nam remota causa & per se medicus est, proxima uero & remota artifex & adhuc remotior agens. Item concentus diapason proxima causa est duorũ ad vnũ ꝓportio, duplum vero remotior, qualonge remotior est numerus, & semper ea que continent ad eas que sunt singulares. i. que sunt proxime cause. Nã has proximas singulares appellauit, qm̃ nequeunt diuidi in magis particulares.

PRAETerea ut accidens & huius genera. Ceu statue alio modo Policletus, alio statuarius, quoniam accidit statuario ut sit Policletus. Et ea etiam que continent accidens, ut si homo sit causa statue, aut omnino animal.

Cum ostẽderit exempla de causa p se, proxima, & remota, vult etiã idẽ ostendere & de cã p accidens. Verũ anteq̃ hoc indicet, prius discrimen inter cãm p se & p accidens ostendit. Ceu statue alius Policletus, & alius statuarius. Nam statuarius est cã p se statuæ, Policletus aũt per accidẽs, quippe accidat statuariũ Policletũ esse. Hic patet Aris. dixisse statuario accidere ut sit Policletus, ceu in predicamẽtis dicit accidere dño vt sit homo. Et ea etiã que cõtinẽt accidens. Cũ dixerit discrimen inter cãm p se & p accidens, vult deinceps dicere causas ꝓximã & remotã. Nam causa p accidẽs propinqua homo est, remotior aũt est animal, uel animatũ, homo enim nõ est p se causa statuæ, sed p accidẽs, qa accidit statuario, ut homo sit.

SVNT autem & accidentium alia remotiora aliis, atq̃ propinquiora, ceu si albus ac musicus causa statue dicerentur.

Ad probationẽ eius q̃ prius dixit hoc subiunxit. Qm̃ causarũ p accidens quedã sunt propinquæ, quedã uero remote. Vnde illud (autẽ) loco huius (enim) intelligere debemus. Vel his ostẽdere vult quasdã causas in eodẽ ordine causarũ p accidẽs magis proprias esse his que sunt p se, quasdam uero minus, vt intelligamus p remotiora, & proximiora magis propria & minus ꝓpria. Vnde etiã exẽpla posuit hmõi albũ & musicũ, quorũ neutrũ magis cõtinet q̃ alterũ, sed musicũ magis propriũ est, siquidẽ hoc nulli accidat q̃ homini, quemadmodũ etiã nihil aliud musico accidit q̃ hõ, sed minus ꝓpriũ est albũ. Etenĩ plerisq̃ ac multis aliis ꝓter hoiem insit & cõpetit.

PRETer autem omnes que proprie dicuntur & per accidens, alie ut potentes, alie ut operãtes sunt ceu ut extruat domus edificator causa dicitur, aut edificans edificator.

Hec est tertia oppositio modorũ cãrũ, que fit p id q̃ ptãte est vel actu, q̃ differt ab ea oppositione qua dicit cã p se, & p accidẽs. Dixit enim que proprie dicũtur loco huius, que p se dicũtur.

SIMILITer & in hisce dicentur, quorum cause sunt ipse cause ut huius statue, aut statue, aut omnino imaginis, & eris huiusce, aut eris aut omnino materie.

Inquit quæcunq̃ de causis diximus, eadem etiã asserere possumus de his quorũ cause sunt cause dico. i. de effectibus, illud vero similiter & in his dicetur, quorũ cause sunt ipse cause, vt huius statuæ, aut statuæ, aut omnino imaginis uelut gratia causaq̃ exẽpli posuit, proxima ꝓpinquaue causa dicitur hec statua ceu Homeri simulachrũ, remotior vero est statua simpliciter, & hac remotior ipsa imago est. Cæterum ponit æs in exemplo causæ quæ materia vocatur tanq̃ ipsa sit res effecta. At nos diximus nihil ꝓduci ut materia, sed id q̃ fit & ꝓducitur forma est.

ET in accidentibus simili modo.

Quoniam dixit exempla de effectis per se, inquit eũdem modum assignabimus etiam de rebus effectis per accidens, vt quum ipse dico simulachrum imaginemq̃ esse trium cubitorum, aut magnam aut quippiam simile.

PRAETerea & hæc coniuncta ac illę dicentur, ueluti non policletus, nec statuarius, sed policletus statuarius.

Alteram oppositionem quæ fit per simplex & coniunctum prætereą adiecit. Inquit igitur cau

se quæ

Aduertere q̃ recte duorũ ad unũ proportio diapasõ tribuit, qa aliter diapẽte & diatessaron se hñt pete a musicis h & a Boetio i sua musica. Policletus fuit excellẽtissimus statuarius de quo mẽtionẽ facit Gale. ĩ li. d cõplexionibus.

se quæ simpliciter proferuntur coniungi queunt, dico uidelicet causam per se, & causam per accidens. Nam & hę inter se & cum causis proximis & remotis coniungi queunt.

ATTAmen hæc omnia multitudine quidem sunt sex. Dupliciter autem dicuntur. Nam uel ut singulare, uel ut genus, uel ut accidens, uel ut genus accidentis, uel ut coniuncta hæc, uel ut seiuncta dicuntur, & insuper omnia aut potentia aut actu.

Rursus numerat quæ dixit, qm̃ sex sunt causarũ modi secundũ tres oppositiones. Dupliciter aũt dicuntur, vel potentia, vel actu, quare accidit duodecim esse modos causaru singulariũ. Vel enim ut singulare, uel vt genus accidentis. Cũ aũt inquit, vel vt singulare, vel vt genus oppositionẽ propinquarũ & remotarũ causarũ afferre videtur, sed qa subiunxit (vel vt accidẽs) indicauit priorem oppositionẽ fuisse de causis p se quasdã uidit cõtra eas quæ sunt, per accidẽs, tamen ut supra dicebam oppositionẽ causę proxime & remote vtriq; coniunxit dico scilicet ei quæ per se est, & ei quæ per accidens. Postremo addit oppositionem causę simplicis & coniunctę, & eaiũ quæ sunt in potentia, uel in actu causæ. Textus.

INTerest autem tantum. Nam causę actu singulares, & singulares, atq; ea quorum sunt causę simul sunt & non sunt. Vt hic qui medetur, cum hoc qui sanatur, & hic qui edificat, cum hoc q; edificatur. Sed quæ sunt potentia non semper. Non enim simul domus & edificator corrumpitur.

Inquit causas quæ sunt prorsus actu similiter se habent cũ rebus effectis, quippe simul sint, vel non sint. Sed causę in potentia non prorsus eũ effectus simul sunt & nõ sunt, sed alterũ eorũ esse potest cũ alterũ nõ fuerit, sed de qua potentia Arist. dicat supra diximus. Dicit ergo interest autem tantũ inter causam in potentia & causam in actu, qm̃ causę in actu & propinque. (Nam significat apud eũ singulare ipsum proximu) simul sunt, vel nõ sunt cũ his quorũ sunt causę.

OPORtet autem semper causam querere prorsus extremam quemadmodum & in cæteris, ceu homo edificat quia est edificator. At edificator est per artem edificãdi. Hęc igitur prior est causa & in omnibus simili modo.

His qui causam indagare cõtendũt, opus est extremam causam querere. i. maxime propinquam. Nam eũ qui causam artificialem afferre vult, pfecto oportet nõ quis causam temere assignare, sed maxime propriam. At causa maxime ppria est maxime propinqua, ceu siquis interrogaret cur homo edificat eũ nõ oporter hmõi afferre rñsum, q homo sit artifex, sed quia edificator est, quod si vltro instabit qui interrogat dicẽs cur edificator edificat? rñsp̃õdendũ est, quia artem extruendi condendiq; ædes callet, Vltro vero procedere veriari ac dementis hominis est quippe prima & maxime propinqua ædium causa sit ars ipsa edificandi.

PRETerea generum quidem genera, singulariũ uero singulares dicende sunt causę, ceu statuarius quidem statuę, hic autem huius.

Alterũ theorema non sine magna arte ponit, quoniam cũ respondebimus causam alicuius q quidem fuerit maxime generale, causam etiam generalem reddere afferreq; oportebit, vt alicuius imaginis causam aliquam esse pictorem quendam dicentes, & simpliciter imaginis pictorem non aliquem, sed generalem & simpliciter respondebimus.

ET potentia quidem causę effectuum potentia & actu effectuum actu.

Alterum theorema ponit q potestate causę affectibus in potẽtia sunt referẽde ac assignande, ceu extruẽde domui edificaturus edificator tribuẽdus est. ite actu effectibus actu causę reddende sunt, vt domui que modo extruitur assignandus est edificator qui modo edificat.

QVOT igitur sint causę, & quomodo sint satis a nobis determinatum. Fortuna & casus de numero causarũ esse dicuntur, multaq; esse & fieri ob fortunam & casum.

Cum disseruerit de causis per se, & de causis per accidẽs & easdẽ diuiserit a sese inuicẽ atq; accurate & diligenter de ipsis sermonẽ absoluerit, qm̃ casus & fortuna sunt de numero causarũ q

accidens, v ult etiam de ipsis differere. Et enim multa esse venire q̃ a casu & fortuna dicere cõsue uimus. Et quærit de ipsis vt ecõtrario ordine numerandi q̃ones dicamus quemadmodũ & ipse, in quo gñe causarũ ponẽda sint casus & fortuna, nũquid in gñe causæ efficiẽtis, vel formalis, vel aliarũ, deinde quærit q̃uo a sese inuicem differant casus & fortuna atq; si aliq̃n penitus sunt fortuna & casus, deinde quid sint hæc, itẽ cur differunt a sese inuicẽ, & quarto in quo gñe causarũ hæc collocẽtur. Imprimis igitur quæret ne prorsus fortuna & casus sint. Equidẽ dubitabit cõtrariũ adducẽs videlicet nõ esse omnino fortunã & casum, sed ipsa esse quedam noĩa dũtaxat futilia & innania vulgo dicta, quæ nullam rem significant. Et enim ortus eorũ quæ dici solent a fortuna euenire causas quasdã definitas certasq; facile inuenire possumus, ceu si q̃s in forũ exiuerit ob aliquod negotiũ, qui vltro procedẽs offendat ibi amicũ ex itinere redeũtem, quẽ videre cupiebat ac volebat, tñ nõ existimabat illum sibi fieri obuiũ, vel ex itinere redire, vel in forũ offendere, is ergo fertur amicũ fortuna hic nactus fuisse, sed vanum incassumq; est tradere huius rei causam fortunã. Nam huius rei cãm redigere possumus in certam perscriptamq; cãm videlicet voluntatẽ qua ille mouebatur in forũ exire. Nam & si non ob id in forũ prodiuit attñ nulla alia causa est cur amicus cõpertus sit q̃ voluntas illius qui ad forũ proficisci voluit, si ergo fortunam instabilem indefinitamq; cãm etiam ii aiũt, qui eam cãm statuerũt, & eorũ quæ a fortuna eueni re dicũtur aliqua causa certa definitaq; assignanda est, igitur videtur vanũ & sine re vlla nomen fortunæ inter causas collocari. Eodẽ etiam modo de ipso casu agẽdũ est. Nam in bello si q̃dam equus sitis causa deiecerit equitẽ & ascẽsorem, & cucurrerit ad amnẽ fluuiumq;, & confecta pugna dñs victus cõcidisset in prelio & perditus interfectusq; esset, equus igitur diceretur casu ereptus ac liberatus. Itẽ si lapis a quodã eminente loco laberetur ac caderet, & frãgeret adeo circum eminẽtia, vt fiat aptus idoneusq; alicui ad sedẽdũ, equidẽ casu ita fieri diceretur, sed horũ quoq; certe definiteq; causæ sunt assignãde, imprimis lapidis naturalem affectũ quo deorsum tendit cãm dicimus esse. Deinde eq̃ sitim qua ex acie prælioq; fugerat, quare fortuna & casus nõ sunt causæ aliquorũ. Præterea inquit si casus & fortuna forent causæ, cur veterũ sapientũ nullus qui de causis tractauerũt casum & fortunam inter causas numerauit. He igitur sunt dubitationes quæ fortunã & casum ex causis demere tollereq; videntur, quas persoluit Aristo. & priorẽ rationem ex eisdẽ deniq; quibus ipsi fortunã de medio adimũt ipse efficiet. Nam quæ illi veteres ad tollendam fortunã protulerũt cõtrariũ probant. s. fortunã esse aliquorũ cãm. Nã si fieri potest vt oĩa quæ pcreantur & fiũt ad quasdã causas certas determinatasq; redigãtur, ecu sentiũt ii q̃ ambigunt, & veritas admittit, tñ cõi consensu oẽs hoĩes nõnulla fieri a fortuna, & quædã non fieri aiunt, q̃q̃ & nõ dubitẽt ea quæ dicũtur fieri fortuna ad certas definitasq; causas reducere, igitur videtur fortuna collocãda numerãdaq; esse inter causas aliquorũ præter definita & statuta principia. Nam reuera si nõ a causa definita reducebãt hoĩes quedam in indefinitam cãm fortunam & casum profecto visi sunt aliq̃d dicere dubitãtes, si aũt perspicua est cã definita eorũ quæ dicuntur fieri a fortuna, & cũcti veluti veritate & cõi cõsensu cõpulsi nõ definitam cãm, sed fortunam eorũ quæ ita eueniũt cãm statuere, q̃uo igitur dubitatio eorũ nõ probat contrariũ ei q̃ volebant. Vnde oẽs hoĩes dignos venia putant q temere quiccq̃ & fortuito cõmittunt ex his quæ phibẽtur vt si quis palum in aerẽ ludendo iaceret ita vt illud cõtra amicũ iacere nollt, ille tñ fortuito vulneratus intereat, certe homicidam cũcti dignũ venia putabũt, q̃m homicidiũ fortuna & nõ voluntatis arbitrio accidisse dicimus. Et q̃q̃ liceat in his etiã voluntatẽ cãm homicidii dicere, q̃m nisi palum iacere aut telum voluisset pfecto amicus vulnera nõ tulisset, attñ nemo voluntatem homicidii cãm approbaret, q̃m videt voluntatem ream esse dignã supplicio, sed voluntatẽ cãm iacien di homicidii aũt nõ arbitriũ sed fortunã affirmabit, quare fortuna est aliquorũ causa, hec est responsio ad primã rationẽ. Ad secundã aũt dubitationẽ r̃ndet non eo quod veterũ nullus fortunam cãm aliquorũ dixit, ipsam tollere inficiariq; oportet, sed q̃m fortuna est, idcirco veteres taxandi arguẽdiq; sunt cum eãdem cãm statuere, prætermiserint, & nihil de illa tractauerint, obiicit ergo veteribus q de natura agere studuerũt, q̃m ii q̃q̃ nõnulla casu, & fortuna euenire asseruerint, nihil tñ de ipsa disputarunt. s. q̃d esset, & q̃uo foret causa eorũ quæ ipsa duce eueniunt.

Quid Empedocles. Empedocles igitur inquit aerẽ fortuna superiorẽ locũ & regionẽ occupauisse, q̃m cum in sphero. i. in ipso intellectuali mũdo oĩa confusa concretaq; essent, q̃primum seiuncta separataq; ab odio liteq; fuerũt, vnũquodq; nõ sponte prouidentiaq;, sed vtcunq; sors tulit locũ petiit in quo cõtinetur quẽ profecto de motu aeris dixisse quo ipse sursum peruenit eius versus pandit. Sic

Versus Empedocles. cecidit volitans aliter quoq; sepius aer. Hic. n. tulit aquã supra terrã collocatã esse, alio tñ modo (si acciderit) collocabitur & ordinẽ habebit ingenitura mũdi, quũ denuo mũdus a sphero producetur.

ducetur. Is etiã partes animaliũ plurimas fieri factasq; esse a fortuna cecinit, perinde ac quadam prouidentia facte fuissent. E quidẽ dentes ante positos accutos & aptos ad scindendum cibum, & molares ad extenuandum a fortuna factos fieriq; dicebat, quare merito a nobis accusandi danãdiq; sunt veteres propterea quod cũ nõnulla fieri a fortuna asseruerint nihil de fortuna determinarunt ac copiose tractarunt. Verũ Empedocles qui paucis quibusdã fortunam causam cõstituit si nullã mentionẽ de ipsa fecisset minus a nobis culpãdus accusandusq; esset. Sunt autẽ quidam (inquit) quos imitatores Democriti esse dicit, qui cæli ac rerũ diuinarũ causam fortunã esse cum existimarent, neq; pauca ac per exigua de illa commenti sunt ac tractauere. Nam Democritus cũ statuisset infinitos mundos, fortuna dixit in hac infiniti vacui parte hunc mundũ fieri, & in alia aliũ, immo eiusdẽ rerũ ordinis atq; dispositionis causam fortunã esse causam autumauit. Nã insectilia athomosue cũ fortuna cierentur, in vnum redigi cõuenireq; dixit, quarũ ope fortuna ipsa extra hoc vniuersum, cælũ & reliqua deinceps iuxta eorũ ordinẽ collocauit. Item fortuna tellus in medio stare dixit, quoniã cæli circumuolutio cũ aerẽ intra se circũducat, ipse qui terre proximus vndiq; & attiguus veloci cursu suo nõ sinit eam labi cadereq;, sed immobilẽ seruat, ceu ii qui phialas aqua plenas circumagere solent nihil aque ob velocẽ phialæ reuolutionẽ effundentes. Nã cum sit motus & illa continentis reuolutio velocior motu eius quod intus est, preuenit circũducendo anteq̃ illud propria basi sedeq; deiiciatur. Vnde taxat accusatq; Democritũ, quoniã is nihil rerũ particulariũ fortuna euenire fieriq; dixit, quoniã nõ quoduis temere fit a quouis, preterea cum vellet affirmare reddereq; causam cur calida & alba disgregarent, vel cur mel dulce esset, causas statuit ordinẽ, positionẽ, & figurã insectiliũ, qui etiã asseruit causam ortus generationisq; totius casum esse, quiq̃ cõtrariũ (vt ait) eũ asserere oporteret, quoniã in celestibus, atq; vniuersitatibus elementorũ nihil a casu & fortuna fieri videtur, sed potius rerũ particulariũ casum & fortunã causas cõstituere debuit. Nã in celestibus nihil fit cõtingẽter, neq; aliquid eorũ interdũ est, interdumq; abest, sed ipsa semper eodẽ modo se habent & elementorum vniuersitates. At res particulares nihil necessarii tenent, quoniam natura nõ semper quinq; digitos in manu efficit, sed aliquando ab intentione longe abest, si ergo casus & fortuna cause sunt eorũ que ex necessitate nõ eueniunt, sed eorũ que raro cõtingunt, cõsentaneũ magis est, potius rerũ particulariũ causas esse statuamus, que quidẽ necessitatẽ nõ habẽt, q̃ vniuersitatũ, que semper necessario sunt. Verumtamen Democritus cum causas similiũ casum & fortunã constitueret, tamen deprehenditur nullum sermonem nobis de fortuna & casu reliquisse.

QVONIAM igitur modo sunt in his causis fortuna & casus, & utrum idem sint an diuersa, atq; omnino quid sit fortuna & casus. Nam quidam & si sint, necne dubitant: Nihil enim a fortuna fieri dicunt. Sed omnium definitã causam quandam esse, que fieri a casu dicimus, aut a fortuna, ceu profectionis a fortuna alicuius ad forum, & inuentionis eius quem uolebat, non putabat autem inuenire, causam hoc aiunt esse illum inq̃ profectum illuc emere quippiam uelle. Similiter & in ceteris que a fortuna prouenire dicũtur, semper causam quandam inquiunt esse quam sumere licet, sed non fortunam, quod si quippiam esset fortuna absurdum sane uidebitur, & dubitabit quispiam, cur nullus ueterum sapientũ causas generationis & corruptionis dicens, de fortuna quicq̃ determinauit. Sed ut uidetur, nec illi quicq̃ esse a fortuna putabãt. Verũ hoc mirabile est, quippe multa fiant, & sint a casu & fortuna.

Que hisce verbis numerat hec sunt an fortuna & casus collocẽtur in gñe cause efficientis, vel reliquorũ trium. Verũ recẽset prolemata aut questiones ecõtrario vt diximus, deinceps inquit. Causam in hoc aiunt esse illũ inq̃ profectũ illuc emere quippiã velle, emere quippiã idest in foro versari. Vnde Aristophanes, vbi certe Clistenes versabitur in foro & Srato. Quod si quippiã esset fortuna, videbit sane dubitatio personarũ nõ ignobiliũ in philosophia habere rationẽ cur nullus veterũ sapiẽtũ causas eorũ que fiũt cũ tradidisset, casum & fortunã inter eas numerauit, sed erat cã, ve. lis, vel amicitia, vel ignis, vel mẽs, aut aliqua aliarũ. Verum hoc mirabile est. Hinc solutio predictarũ dubitationũ capit initium, & demũ persoluit primã dubitationem inquiens idipsum ex quo dubitationem probatis ac facitis mirabile erit, scilicet quomodo fieri posset, vt ea que a fortuna fieri dicuntur in certas causas redigantur. Sed aiunt nonnulla esse que fortuna fiunt quod ipsi nõ dicerent si adeo pateret causa determinata ad quã possent reduci omnia que

Quid Democritus.

Textus

Textus

Textus

fiunt fortuna, tamẽ taliũ fortunã dixerunt eſſe cauſam, quod nõ feciſſent niſi foret ipſa fortuna preter definitam cauſam, que teſtimonium habet ex ipſa rerum natura. Vnde (vt dixi) eos qui tali cauſa quippiam committunt dignos venia putamus.

QVE etiam non. ſ. ignorantes unũquodq; eorũ que fiunt ad aliquam cauſam reduci poſſe ut ille ſermo antiquus dixit qui fortunam tollit eorum tamen omnes alia a fortuna, alia non a fortuna fieri dicunt.

Cuncti homines nõ ignorantes ea que dicuntur fieri a fortuna poſſe reduci ad aliquam cauſam determinatam, quemadmodum & ii qui tollunt fortunam aiunt, tamen ad cauſas definitas non referunt.

QVAPROPTER & mentionem aliquam ipſius illos facere oportebat. At uero neq; quicq̃ illorũ ut litẽ aut amicitiam, aut ignem, aut mẽtẽ aut aliquid aliud huiuſmodi fortunam eſſe arbitrabantur. Abſurdum igitur eſt ſiue non eſſe putauerunt, ſiue putãtes eſſe omiſerũt, preſertim cũ interdum utantur. Vt Empedocles non ſemper aerem ſupra inquiens ſegregari, ſed forte ut accidit. Dicit enim cum de mũdi loquitur extructione. Sic cecidit uolitans aliter quoque ſepius aer. Item partes animalium plurimas ortas fuiſſe fortuna dicit.

Solutio ſecundæ dubitationis his verbis adducitur, quoniã oportuit eos qui de naturalibus cauſis diſputarunt, ſaltẽ perparũ, de his diſputaſſe & tractaſſe, Non enim quia ipſi de his non tractarunt, caſus & fortuna tollerentur, ſed cũ omnes homines communi cõſenſu hec eſſe fateantur, oportuit etiã veteres, ſaltẽ parũ de his diſſeruiſſe. At vero neq; quicq̃ illorũ fortunã eſſe putabant. Vt ne quis dicat eos diſſeruiſſe de fortuna & caſu hec ſubiunxit. Nã Empedocles vel litem & amicitiã, vel ignẽ Heraclitus, vel mentẽ Anaxagoras cauſas dixere. Inquit igitur hec nõ arbitrabantur eſſe fortunã & caſum. imprimis quia idipſum apertiſſime, nõ determinarunt, deinde cauſe quas illi attulere aſſignauereq; ſunt definite & effectiue earũ rerũ que certo ordine conſtant. Nã amicitiæ munus eſt congregare conciliareq; ſimilaria & litis ſegregare, & mẽtis ſecundũ Anaxagorã opus officiumue eſt velle ſeiungere ſimilaritates, fortuna autẽ & caſus indefinite ſunt & indefinita atq; incerta efficiũt. Abſurdũ igitur eſt, ſiue nõ eſſe putauerũt, ſiue putantes omiſerũt. Nã ſiue fortunã nõ eſſe putauerunt, idipſum tamẽ dicere oportuit eos cũ viderẽt multos opinari ipſam eſſe ac nõ exiguam opinionẽ multos imbibiſſe de ipſa, ſiue putauerũt cum tamen de ipſa nihil diſſeruerint, nõ euadunt fugiuntue crimen & damnationẽ. Et quamq̃ in ſuis placitis ac ſermonibus de ipſa mentionẽ fecerint, tamẽ quid illa eſſet, quẽq; ordinẽ teneret inter cauſas minime explicarunt.

Textus

Textus

SVNT etiam qui & huiuſce celi ceterorumq; celorum omium caſum eſſe cauſam aſſerunt. Nã a caſu conuerſionem motionemue fieri dicunt, que quidem diſtinxit, & in hunc ordinem redegit atq; conſtituit uniuerſum. Hoc etiam ipſum ualde dignũ admiratione eſt, quippe dicant animalia, & plantas neq; eſſe neq; fieri a fortuna, ſed aut naturã aut mentem, aut aliquid aliud tale cauſam ipſorum aſſerunt eſſe. Non enim ex cuiuſuis ſemine quoduis naſcitur, ſed ex tali quidem oliua, ex tali homo. Celum uero & diuiniſſima ſenſibilium caſu fieri aſſerunt, nullam autem cãm talem ipſorum eſſe, qualem animalium atq; plantarum inquiunt eſſe.

Nõ ſine admiratione ponit hoc ſcilicet (& huius) quoniã talium & ſimiliũ at magis diuinarũ rerũ in ſenſibilius poſuerũt abſurdã & indefinitã cãm eſſe. Nã a caſu conuerſionẽ motionemue fieri dicunt que quidẽ diſtinxit & in hunc ordinem redegit atq; conſtituit vniuerſum. Quoniã vnũquoq; elementorũ proprium motũ habet qui ipſum diſcernit ac ſeiungit ab aliis. Nã cum ſimul exſtit ignis deorſum mox recipit ſeſe ad proprium locũ, & ſeiũgitur ab etherogeneis, ſimiliter & ſi aqua ſurſũ cõſtituta fuerit, vel terra, ſtatim in propriũ ſecedit locũ, & aqua apta eſt in cõcauitas terre cõfluere, & tellus aqua ſubſtare, & vtreq; aeri, talẽ ergo motũ quo elemẽta a ſe ſe inuicẽ ſeparant, fortuna fieri aiũt, atq; reuolutionẽ que vniuerſum in hũc ordinẽ cõſtituit quẽadmodum nunc eſt. Vnde cum aer ſimul cum celo circũagatur propter velocem cõuerſionẽ eius

Textus

terra in medio seruatur, que similiter fieri casu & fortuna aiunt. Sed q aiunt admiratione dignũ est, quomodo in animalibus quidẽ & in plantis, atq in partibus eorũ nihil aiũt fieri a fortuna, nec a casu que sane nõ semper eodẽ modo se habent. Et diuinissima sensibiliũ, & ea que semper eodẽ modo se habẽt casui subiiciũt, qui sane neq est causa eorũ que plerũq fiũt, sed eorũ dũtaxat que raro eueniũt. Magni ergo deliramenti ac demẽtie erit casum eorũ q semp eodẽ modo se habẽt, causam esse dicere, & eorũ que nõ semper eodẽ modo se habẽt, sed sunt de numero eorũ que aliquando intentionem naturalem non consecuntur, qualia sunt ea que ortui subiiciunt. horũ prouidentiam quandam efficere & nõ casum asserere causam. Nisi quis ob dementiã opinionis sententiæ respondens pro illis dixerit eos appellasse casum materialem causam, quemadmodum nos dicimus qualitates ex casu fieri, quoniã nõ est aliqua causa particularis generationis ipsarum, sed ex materiali causa generationem habent. Defensio pro ueteribus.

ATQVE si hoc ipsum ita sese habeat consideratione est dignũ, & bene se habet si aliquid de hoc ipso dicatur. Et alio nãq modo absurdũ est id q dicitur. Itẽ absurdius est hec illos dicere, cum uideant in celo nihil a casu fieri.

Si hec ita se habẽt (inquit) id ipsum etiã dignũ est consideratione ob rei absurdũ, & non oportet ipsos ita sine inquisitione pcedere sed dicere de ipso casu quid sit qui est similiũ ac taliũ causa.

IN his autem e quibus fortunam de medio tollunt multa eueniunt ab ipsa quod tamen par erat contrarium fieri.

Non a fortuna inquit ea que obnoxia sunt ortui interituiq. Nã hec illi dicebant nõ esse a fortuna. In quibus igitur illi dicunt nihil esse a fortuna multa fieri ab ipsa & a casu uidẽtur, ceu sunt ea que nascuntur preter naturã. Nã que fiunt a fortuna raro eueniunt, hec autẽ sunt preter naturam, sed in celestibus nihil raro fit, que quidem illi a fortuna fieri dicunt.

SVNT autẽ quidã quibus fortuna cã esse uidetur, tñ ipsa obscura est humane mẽti ceu diuinũ quoddã & admirabilius. Quare spectandũ est quidnã sit utrũq, fortuna inq̃ & casus, & si idẽ sint, an diuersa, & quomodo in eas causas quas definimus cadant.

Quidã aũt alii (inquit) fortunã esse aliquid dicũt, diuinũ quoddã inq̃ & rẽ admiratione dignã. Verũ hec est obscura & immanifesta mẽti nostre, & definiũt ipsam ab ignoratione & occultatione sua dicentes fortunã esse occultã menti humanæ. At hoc nõ est dicere quid sit fortuna, sed quid nõ sit. Quare spectandũ est & quid vtrũq sit. Quoniã demõstrauit fortunã esse, ceterum oportet (inquit) ad reliquas questiones proficisci, & ostẽdere quid sit vtrũ q, & quo differãt, & in quo genere causarum sint collocanda.

PRImũ itaq cũ uidemus alia semper fieri eodẽ modo, alia plerunq, patet horũ neutri fortunam cãm dici. Neq id q a fortuna proficiscitur, aut ex his esse que necessario & semper, aut ex his que plerũq sepeq fiunt. Sed cũ quedã etiam preter hec fiant, atq hec omnes a fortuna proficisci dicant perspicuum est fortunam atq casum aliquid esse.

Cũ ostenderit fortunã esse tũ quia soluit dubitationes que adducebãtur cõtra eã, tũ etiã quia rerũ naturã, & cõmunẽ omniũ tãq testimonia huius rei adhibuit, ceterũ proficiscitur ad reliquas questiones, & querit quid fortuna & casus sint. Verũ prius docet quid eisdẽ cõmune in sit, deinde aperit, quo a sese inuicẽ differãt, & cũ sit quoddã cõmune casus nomẽ q de fortuna, & de illo q proprie appellatur casus predicatur, imprimis de illo differit, deinde de illo qui proprie ac re uera casus est. Vt ergo nanciscatur quid sit fortuna & casus, quoniã effectus sepe sunt notiores suis causis, atq plerũ q ex effectibus causas cognoscere solemus primũ docet que a fortuna & a casu esse euenireq dicũtur. Nã patet, si cognouerimus que sint hec, vt eorũ etiã ope possimus deduci ad causam eorũ efficientẽ. Vt ergo cognoscãt que hec sint, eorũ que producũtur, accipit plures diuisiones, ex quibus inducit quid sit vtrũq & ipsorũ definitiones affert. Inquit ergo eorũ que fiunt alia semper eodẽ modo fiũt, alia autẽ plerũ q & ex maiori parte, alia quoq raro & ex minori parte proueniunt. Que enim semper eodem modo se habent celestia sunt. Nam semper sol in ariete suis statutis diebus inuenitur, similiter in tauro ceterisq signis. Vnde similiter de omnibus celestibus dicẽdũ est. Que autẽ plerũ q & ex maiori parte fiũt naturalia sunt, quip-

pe natura plerunq; manum quinq; digitis formet & procreet, quibus aduersantur ea que raro
fiunt. Nam cũ sint nonnulla que plerũq; eueniunt,& non habent semper necessariũ euentum,
que quidem sunt naturalia & artificialia. Natura enim & ars plerũq; & ex maiori parte intentio-
nem assecuntur necesse est. vt quedã sint que raro fiant, qualia sunt que necessarium illorũ or-
tum abrumpũt. Verum Arist. omittit que equo euẽtu fieri solent, vt ea que in nostro arbitrio no-
straq; voluntate duntaxat consistunt tanq̃ perspicuũ sit, vt ea que equo prouentu a nobis pro-
ueniunt nõ a nobis sed a casu fortunaq; procedant. Quoniã igitur alia necessario fiunt, alia ple-
rũq;, alia vero raro & ex minori parte que a nobis non proficiscuntur, & demum alia que non
a nobis sed a fortuna equaliter & equo euentu proueniũt. Iccirco explorat & inquirit in quo ge-
nere hoꝝ fortuna & casus collocanda sint. Et ne quis ambigat cur nullam mẽtionem fecerit de

Tollit dubitationem.

his que haud quãq̃ fieri possunt. Dicimus manifestum esse vt ipse efficiat diuisionem eorũ que
fiunt. At que fieri nequeunt nunq̃ fiũt, quare merito nullam mentionem fecit de materia eorũ
que impossibilia sunt. Itaq; fortuna & casus in his que semper & necessario fiunt locũ non ha-
bent, quoniã nemo diceret solẽ ad arietem fortuna accessisse, vel lunam fortuitũ lumen a sole re-
cipere, que etiã neq; ex casu vlla ratione euenire dicendũ est. Preterea fortuna & casus non sunt
reponenda in his que plerũq; fiunt, quis nam assereret casu Socratem cũ quinq; digitis nasci, re-
linquitur ergo vt casus & fortuna collocentur in his que raro fiunt & ex minori parte. Nam que
fortuna & casu accidunt raro vel ex minori parte accidunt, & econtra que raro & ex minori par-
te accidunt casu & fortuna fiunt. Habemus igitur ex hac diuisione fortunam & casum in his col-
locari que raro fiunt. Rursus eorũ que producuntur alia alicuius gratia fiunt, talia autem sunt
omnia naturalia & artificialia, alia autem nullius gratia exercentur, vt cũ is qui disputat manũ

Alia diuisio.

mouet, vel caput, aut barbe tricas trahit, Hec enim quadã potius consuetudine exercentur, quã
alicuius gratia, casus igitur & fortuna ponũtur in his que alicuius gratia fiunt, tamen in his tali-
bus non tanq̃ primo collocantur, sed in his que cõsequũtur ea que alicuius gratia fiunt. Habe-
mus igitur fortunam & casum in his esse que alicuius gratia fiunt per secundã diuisionem, atq;
in his collocari que raro accidunt per primam. Item diuidit ea que alicuius gratia fiunt in his
que voluntate & arbitrio aguntur, & in his que voluntate nõ fiunt. Ea autem omnia aguntur
imperio voluntatis que a nobis tractantur geruntur q;, ea autẽ sunt preter cõsilium & volunta-
tem, que tũ natura tũ etiã arte producũtur, fortunã ergo reducet ad ea que sponte nostra & vo-
luntate aguntur, casum autẽ ad ea que nõ preelectione & consilio eueniunt. Nam artificialia ra-
tione industriaq; gerũtur, & minime ex preelectione & decreto. Nã preelectio est electio huius
ante hoc, opifex autẽ non eligit id quod vult, sed quod quidem fortuna expostulat. Et quanq̃
interdum sese consulerent opifices in extruendis rebus, tamen nõ quatenus opifices sese consu-
lerent. Nam consilium vt ipse inquit, defectu prudentiæ requiritur, quare si presens ars consilio
non eget, quare neq; ars que versatur circa ea que a nobis inuenta sunt. Nam que a nobis volũ-
tate & consulto fiunt, hec verbi gratia sunt lotio & non lotio, & similia. Vnde tertia diuisione vti-
tur, vel magis ea que alicuius causa fiunt aliter diuidit. Nam eorum alia fiunt ratione, alia vero
natura. Verum sub iis que dixit fieri ratione & mente, complectitur tum ea que fiunt arbitrio &
voluntate, tũ etiam ea que arte construuntur. Nam latior cõmuniorq; est ratio mensq; ipsa vo-
luntate atq; preelectione, sub iis ẽt que dixit natura fieri comprehendit naturalia quippe omnia
gratia alicuius fiant. Natura enim quippiã efficit alicuius gratia, quoniã ipsa cupit ac vult asse-
qui naturalem formã, & ratio similiter, quoniam tum ea que fiũt arte, tum etiam ea que volun-
tatis decreto aguntur alicuius gratia quoq; fiunt, ceu ipse volo lauari vt valeam, & lego vt exi-
mius & elegantiam. Reduces igitur fortunã ad ea que ratione proueniunt, & casum ad ea que
natura producuntur. Nã cum ea que ratione agũtur, & ea que natura oriuntur alicuius gratia
fiant, quandoquidẽ hec sua intentionẽ consequuntur nihil casu fortunaq; fieri accidit, sed quũ
ipsam intentionẽ finemq; nõ assequuntur, vel etiã quum ea que voluntate vel naturali impetu
accidunt, aliquid extrinsecus per accidens consequeretur quod nequaq̃ erat naturæ intentioni
ac decreto propositũ assequi, id dicitur vel fortuna accidisse si imperio voluntatis assequi finem
propositũ erat, vel casu, si naturali impetu ac principio ducebatur quippiã naturale suum desi-
deriũ implere. Ceu si quis lauaturus amnẽ accedere velit, qui priusq̃ lauari incipiat, quempiam
offendat quẽ antea se inuenturũ nõ opinabatur qui sibi ostẽdat editos libros quos alias emere
diligẽter inquisiuit, quos etiã modo inuenire nõ sperabat, is ergo lotionẽ negligens ad emendũ
libros reuertatur certe dicitur fortuna emptionẽ librorũ fieri, quoniam principio & impetu vo-
luntatis cõtinuabat iter quo ad lotionẽ peruenerit. Quocirca hic voluntas intẽtione frustrata &

nõ assequuta est eã, impetus & principiũ tale aliquẽ alium finem per accidens assecutũ est. Rursus quispiã si processerit fueritq; lotũ, qui deuoluto demissoq; lapide in terrã vulneretur, & nõ amplius lauetur. item si quispiã egressus fuerit versandi ac quippiam tractãdi in forum causa, qui cũ exeat ibi amicũ ex itinere redeuntẽ inueniat quẽ inuenire nõ sperauit, hec a sane fortuna dicũtur intentionẽ & finẽ volũtatis cõsecuta fuisse per accidẽs. Similiter & in naturalibus dicendũ est, ceu cadat lapis ex aliqua altitudine nõ tuto, & firma sede locatus in terrã qui naturali principio ac impetu deferatur ad propriũ & naturalẽ locũ, & lapsus deorsum quibusdã solidis corporibus adeo rumpatur vt fractis eminentioribus partibus fiat idoneus aptusque ad cathedrã, hoc sane factum fuisse a casu dicitur cõsequens naturalẽ impetum ac principiũ intentionẽq; nature per accidens. item nasci cũ sex digitis, & simpliciter cũcta monstra prodigiaue casu nasci dicũtur, qm̃ naturalẽ impetum ac naturale principiũ consequuntur & finem naturalẽ non consecuta sunt, sed natura aberrante illorũ hec accidit fieri, quare ex his habemus casum & fortunã collocari in genere causarũ per accidens. Vnde colligens ex his omnibus que ostẽderat fortunã definit esse causam per accidẽs in his que raro & volũtate fiunt alicuius gratia. Verũ vt definitio apertior fiat sic oportet transponere verba, fortuna est eorũ que fiũt alicuius gratia in his que voluntate & raro fiũt causa per accidens, similiter & casus definitionẽ assignabit quẽ definit esse eorũ que fiunt alicuius gratia in his que natura & raro eueniũt causam per accidens. Nam vt ipse dicebam quum in his que fiunt voluntate, alia quedam eueniant preter propositũ quod a principio receptum erat, horum euentus fortuna fertur esse causa, sed quum in his que natura producũtur aliter eueniũt q̃ institutũ fuerat casus dicitur. Adiecit etiã in definitione in his que alicuius gratia fiunt, quoniã in his que alicuius gratia proueniũt per accidens, si secus euenerint, hoc accidit naturæ & voluntati. Sed si abieceris abstulerisq; in definitione illorum hanc partem (in his que voluntate) atq; hanc, in his que natura, profecto constitues definitionẽ casus cõmunis qui de fortuna & de illo qui est proprie casus predicatur. Sed quomodo differant casus & fortuna a ceteris causis per accidens, ceu a caluo vel albo. Nam caluus vel albus edificare per accidens dicitur, & causa filii si pater is fuerit & edificator. Dicimus quia vnaqueq; aliarũ causarum per accidens cũ sit diuersa a causa per se illi tamen accidit & vnius ac eiusdem finis dicũtur esse causæ tum illa per se, tum etiã illa per accidens. Nã ædium causa per se edificator est, & per accidens caluum. Nam ratione caluum alterũ est ab edificatore, & caluum accidit edificatori. At fortuna & casus econtrario se habent, quoniam vna & eadẽ causa alterius finis est causa per se, & alterius finis per accidens. Nã itio in forũ cũ vna et eadem ratione & numero sit, versandi aut quippiam in foro agendi est causa per se, inueniẽdi autem amicũ est causa per accidens, & lapsus lapidis ac deuolutio deorsum vt in proprio loco cõsiderat est causa per se, sed vt transeuntem vulneret, vel vt fiat aptus vt supra eũ sedeatur, causa per accidẽs est, quare hic duo sunt fines & causa vna, sed in aliis causis per accidens econtrario vnus adest finis & due cause eiusdem secundũ naturam, quippe alia sit ratio calui, & alia edificatoris, quare dices tu generaliter fortunã esse causam per accidens que versatur circa aliquid quod agere institutũ propositũq; non erat, specialiter vero & proxime que agit infinita incerta ac indeterminata. Et enim itio ad lauandum eiusdẽ potest esse causa, & viscendi templum ac aliorum infinitorũ. Similiter de casu assignabis eius naturam generaliorẽ esse que versatur & agit circa aliquid quod naturaliũ rationum intentio & finis nõ est, itẽ dicito casum esse magis specialẽ causam que agit infinita & incerta. Primum itaq; cũ videmus alia fieri semper eodem modo, Prima diuisio est in his que vel semper & ex necessitate sunt, vel que equali prouentu accidunt, vel que raro fiunt. Sed cũ quedam etiam preter hec fiant. Que fiunt non necessario, neque plerumque ea sunt que raro proueniunt. Textus

NAM & ea que talia sunt a fortuna esse, & ea que a fortuna sunt talia esse dicimus: Textus

Inquit ea que raro sunt a fortuna & casu esse. Nã hec mutuo conuertuntur que raro fiunt a casu vel fortuna proficiscuntur, & que fortuna & casu proueniunt raro fiunt. Sciendũ tamen est nõ prorsus que raro fiunt a fortuna esse & a casu. Neq; enim si quis raro opsoniũ aliquod ob inopiam, vel etiam si nõ egeat talis opsoniũ fortuna comedisse dicitur, qui etiam nõ inuitus cum emisset comedit. Preterea margarite, lapides scilicet preciosi in ea numerãtur que raro inueniuntur, attamen ipsi casu non fiunt sed natura. item neque venator a fortuna venatur, quippe qui huiusce rei cã venerat, vt venaretur & inueniret margaritas, & alia huiusmodi multa sunt.

EORVM autẽ que fiunt alia fiunt, alia nõ fiunt gratia huius. Et horum alia fiunt

per electionem, alia nõ per electionem. Ambo aũt in hisce sunt que alicuius gratia fiunt.

Secunda diuisio est in ea que alicuius gratia producuntur, & in ea que nullius gratia exercẽtur. Vnde inquit vtrũq; scilicet casum & fortunam collocari in his que alicuius gratia producũtur. Sed aduerte notaq; quoniã diuidens ea que alicuius gratia fiunt in ea que volũtate proueniunt ac in ea que non ita succedũt, casum & fortunam ad hec non reduxit, sed ad genus eorũ, quoniam inquit. Ambo autem in hisce sunt que alicuius gratia fiunt. Vel intelligamus cum dicit. Ambo autem in hisce sunt que alicuius gratia fiunt, ea que electione voluntateq; fiunt & illa que nõ voluntate gerũtur, in quibus fortunã & casum inquit collocari, fortuna nãq; reponitur in his que voluntate fiunt, casus aũt in aliis que ita non fiunt, que non proueniunt voluntate natura & arte producuntur & facta sunt.

QVARE patet & in hisce que non necessario, neq; plerunq; fiunt esse aliqua circa que potest id esse q; alicuius gratia fit.

Cum acceperit ex diuisionibus fortunam & casum esse tum in his que raro fiũt, tum etiam in his que alicuius gratia producuntur, id q; est ex his ostendendum est syllogismo concludere vult, quod quidem est, vt aliqua eorum que fiũt raro & alicuius gratia fiant. Syllogismus autem in tertia figura ponitur, fortuna & casus sunt in his que raro agũtur, fortuna & casus sunt in his que alicuius gratia fiunt, igitur que alicuius gratia fiũt sunt in his que raro eueniunt. Videtur tamen syllogismus idem per idem probare, quoniam in propositionibus habemus idem esse id cuius gratia, & id q; fit raro quare videbitur idẽ inequale esse. Hoc tamen non sumitur in ppositionibus scilicet id q; fit raro esse in eo q; alicuius gratia fit, sed fortuna & casus sunt que raro & alicuius gratia fiunt, & hoc diuisim & seorsum ostensum est. Syllogismus ergo concludit non q; fortuna & casus sint in his que raro & alicuius gratia fiunt, sed concludit q; id q; raro fit est in his que alicuius gratia fiunt.

Dubiũ. Solutio in his.

SVNT autem alicuius gratia que a mente, & a natura agerentur.

Tertia diuisio, diuidens autem id q; est alicuius gratia in his que electione fiunt ac non fiunt secundum aliã subdiuisionem magis proximam idem diuidit. Nã que sunt alicuius gratia alia a mente quidem fiunt, alia vero a natura. Deinde diuidas iu secundum primam diuisionem ea que a mente fiunt, quoniam ea que a mente fiũt, alia secundum electionem sunt, alia vero non secundum electionem.

TALIA igitur cum per accidens fiunt, a fortuna dicimus esse.

Inquit cum ea que mente, vel natura producũtur non ex mente vel ex natura fierent primo, sed generationem haberẽt, per accidens talia dicimus esse a fortuna, & a casu, ceu inuenire amicum, vel argentum a debitore recipere exigereq; mentis opus est, quando igitur hoc q; quidem est opus mentis non fieret ex mente per se sed per accidens haberet euentum, a fortuna diceretur factum esse. Rursus naturæ opus est simile ex simili producere, ceu ex viti vitẽ & ex platano platanum, quando igitur aliquid horũ ex simile nõ produceretur idem casu produci dicimus. Ob id itaq; dicere cõsueuimus herbas casu nasci que ex non similibus iuxta naturæ legem nascuntur. Non enim semina herbarum precedentis anni temporisue in terra prorsus relinquuntur vt herbas presentis anni sie producat, que quanq; semina omnino non habeant, tamẽ germinant ac pullulant, huius rei inditio sunt loca & prata in quibus vites nascuntur, que agricole cõtinuo suis vicibus purgant, & tamen in his semper herbe nascuntur & pullulant, que etiam pedibus calcata multum temporis euolat, anteq; germinent, si autẽ non calcarentur germinarent herbas, quare si non fuerit id q; perspicitur naturale, sed duntaxat consequens naturalem appetitum atq; impetum, & principium, id casu fieri nasciq; diceretur, ceu eum deuol uitur in terra lapis qui aptus sit ad cathedram. Non. n. is finis naturalis. Item si equus sitim explendi causa deiciens in bello dominum & confecta pugna atq; domino interfecto ipse liberatus esset, sane diceretũr casu ereptus esse, non quod finem naturalem obtinuit a casu, sed q; naturale principium sequebatur.

NAM ut ens aliud per se, aliud per accidẽs est, sic & causa esse potest ceu domus per se quidem causa est ars edificandi, & per accidens musicum aut album. Ea igitur que est

per se

per se definita est, ea uero que per accidens indefinita. Vni nãq; infinita accidere possunt Vt igitur dictum est, cum in hisce que alicuius gratia id fit, tunc dicitur a casu fieri atq; a fortuna. Horum autem ipsorum quam habent inter se differentiam posterius assignabimus. Nunc autem hoc pateat, ambo inquam in his esse que alicuius gratia sunt.

Quod sint alique cause per accidens hisce probat. Nã si (inquit) eorum que sunt aliqua per accidens habentur, patet & horum aliquas cãs per accidens esse. Nam per se profectus est aliquis ad forum qui postea per accidẽs amicum ab hospitio venientem inuenit. Si ergo quedam sunt per accidens, horum etiam cause per accidens erũt. Verũ his que sunt per se interdum cause per accidens tribuuntur, videlicet edium causa per se edificator est, per accidens autem caluus. Sunt autem (vt inquit) cause per accidens indefinite, & incerte, quoniam edium possunt esse cause album, simum, musicum, & alia infinita, cause autem per se definite certeq; habentur, quoniam ediũ causa semper affirmabitur edificator esse, & nauigii qui naues condit, quando igitur (vt inquit) cause per accidẽs consequũtur comitanturq; ea atq; in his collocãtur que alicuius gratia fiunt tunc aliud fortuna & aliud casu fieri dicitur. Hinc itaq; habes cognitionem et sententiam secundũ quam paulo ante dicebamus fortunã & casum collocari in his que alicuius gratia fiũt, quoniã dicuntur esse in his que alicuius gratia agũtur quoniã consequũtur illa, dico. s. ea quæ natura fiũt & ratione. Hec igitur ipsis cõmuniter insunt. s. id ꝙ raro fit, & id quod alicuius gratia geritur, & secundũ accidens. Quæ autẽ differẽtia fit eoꝝ inter se paulopost dicit, quam nos iam diximus esse, quoniã fortuna sequtur comitaturq; ea quæ ratione fiunt uidelicet, ea quæ uolun tatis decreto aguntur, casus aũt reperitur & collocat in his que duce natura producuntur. Tria sũt q̃ cõiter insũt casui & fortunæ.

CEV argenti recipiendi gratia uenisset deferens si sciuisset. Venit autem non huius gratia sed accidit uenisse, idq; fecisse reportandi gratia, neq; plerunq;, neq; necessario proficiscentem ad locum.

Quod fortuna & casus collocent in his que alicuius gratia agũtur q̃q̃ ipsa non sint alicuius gratia ostendit. Quod quidẽ igitur fortuna & casus nõ sint de numero eoꝝ que alicuius gratia quippiã faciũt, patet. Nã si qui mutuo accepit & reportauerit es manuariũ sibi datum mutuo si huius rei conscius fuisset fenerator uenisset. At ob id nõ uenit, igitur causa accipiendi argẽtum quam diximus esse fortunã nõ est de numero eoꝝ que fiunt propter finem sed de numero causarũ per accidens, qm̃ uenit lauandi gratia, & recepit argentũ nactus eum qui reportabat ipsum mutuo datum, itio igitur ad lauandũ que erat alicuius gratia dicitur esse causa recipiendi argentum licet per accidẽs, erat inq̃ & de numero eoꝝ que alicuius gratia fiunt. Nã lauandi causa itio fiebat, causa, igitur per accidens, eamq; est per se & alicuius gratia sequebatur & comitabatur. Verũ in codicibus scribitur, deferens, & accepturus ut de creditore id dicatur. Magis tñ primo modo legatur. Illud autem sed accidit uenisse idq; fecisse reportandi causa neq; plerunq; neq; ex necessitate proficiscentẽ in locum dixit proficiscẽs pro hoc proficiscentẽ. Neq; enim si cõsuetudo erat debitori uel semper, uel plerũq; ad locũ illum proficisci, illic fenerator inueniens illum accepit argentũ. Nam a fortuna argenti receptio exactioq; fit, si ergo non ad propositũ eius qui accepit, quoniã non hoc proponens accipere illic profectus est fortunam huius proprie & eorũ causam esse dicimus in quibus nihil consuetũ est fieri plerũq;. Si autẽ erat consuetum debitori proficisci ad eũ locum, nõ est aduentus feneratoris recipientis argentum incertus & improuisus. At fortuna est incerta & de numero que temere fiunt. Verum potest & illud neq; plerunq; proficiscentem ad locũ intelligi & de illo qui accepit. Nam oportet eum qui inuenit debitorem non plerunq; proficisci ad locum ubi illum inuenit alioquin si debitor inuenerit feneratorem in aliquem locum in quo ipsam consueuit inuenire, certe non erit preter spem & inconsulto debitorem cum illuc accesserit soluere tradereq; argentum. At fortunam oportet esse incertam preter spem & rationem aliquid facere. Põderatio uerborum textus. Textus

FINIS uero ipsa acceptio scilicet non est ex his causis que sunt in ipso, sed ex hisce que eligibilia sunt, & a mente fiunt, & dicitur tunc a fortuna uenisse. Quod si uenerit electione premissa & huius gratia, aut semp proficiscens, aut plerunq; reportans recipiensq; non dicitur a fortuna uenisse. Patet ergo fortunam causam esse per accidens in hisce que per electionem alicuius gratia fiunt.

Idest non est naturaliũ acceptio argenti. Nam naturalia ea sunt que habent in seipsis causam acceptio argẽti extrinsecus habet causam, mentẽ inq̃ que mouet ad lauandũ, acceptio inq̃ argẽti est de numero eorũ que fiunt a fortuna & nõ a casu. Nã que fiunt a casu in seipsis habent causam, licet per accidens eam habeãt in seipsis, qm̃ & natura est causa eorum que sunt a casu per accidens, quemadmodũ etiam mens est causa eorũ que fiunt a fortuna per accidẽs, quare que a fortuna dicũtur esse a mente per accidens fieri cõstat & non per se. Nã vt se habet causa ita effectus qui proficiscitur ab ea & ecõtra. Hec itaq; cũ dicat, fortunã deinde definit colligẽs definitionem eius ex his que demonstrauit.

QVAPROPTER circa idem mens & fortuna uersatur, electio nãq; sine mente non est.

Circa idem dicit, cẽu circa acceptionem argẽti versantur ratio & fortuna. Verum illa per se, fortuna autem per accidens.

INDEFINITAS igitur causas esse eas necesse est, a quibus id fiet quod proficiscitur a fortuna.

Vid Pli. de historia naturali qd dicat de fortuna prio lib.

Cum dixerit quid sit fortuna, q; ipsa est causa per accidens in his que raro fiunt, consequens ea que alicuius gratia agũtur, nunc ostendere vult omnia que cõmuni consensu fortune cõpetunt, cõsona esse, cõgruereq; definitioni eius quam demõstrauit. Nã fertur fortuna incerta atq; indefinita esse hominibus, quoniam dicimus nobis occulta esse que a fortuna proficiscitur. itẽ dicitur ceca preter rationẽ instabilis & nullius esse causa, & quecũq; alia que de ipsa ferũtur definitioni eius qua demõstrauimus congrue cõpetunt. Dicitur ergo merito indefinita, quoniam esse cãm eorũ q̃ fiũt p accidẽs definimus cãe aũt p accidẽs idefinite incerte habent. Nã cãe p se definite certeq; afferunt, quoniam ediũ causa definita certaq; est edificator, & ipsius nauis ille qui cõdit naues. At vero cause per accidẽs indefinite sunt, quoniã ædium cause per accidẽs esse possunt caluum, simum, musicum, iunior, & alia infinita. item accipiendi argentũ cuius causa non exiuit q accipit, cause possunt esse itio ad lauãdũ, profectio ad templum & alia infinita. Preterea inuentionis thesauri ab eo qui fodit, cause multe esse possunt, fossio ipsa, iactio fundamentorũ, & puteũ fodere, atq; alia infinita, ob id etiam dicitur fortuna obscura atq; immanifesta, quia est incerta & indefinita cũ sit causa per accidens. Nã domus causa certa manifestaq; per se edificator est, sed q̃ sit causa eiusdem per accidens occulta est, atq; in cognita esse videtur, quia est indefinita. itẽ non ab re dicitur esse ceca & preter rationem, (quippe ratio sit eorũ que manent & necessario fiunt vel vt in pluribus) fortuna autem est in his que raro accidunt, ob id etiã instabilis appellatur, quoniã stabile est de numero eorũ q̃ semper sunt, vel plerũq; fiũt. At id quod raro accidit non stabile firmũq; habetur, fortuna autẽ in eorũ numero collocatur que raro fiunt. Itẽ fertur fortuna aliquãdo nullius esse causa, quoniam nihil fit a fortuna, & hoc cõuenit definitioni eius quã diximus siquidẽ cause p se sint sole ꝓprie cause, & ille que p accidẽs equiuoce est causa vel falso causa dicitur vel equiuoce, sed fortuna est cã per accidens igitur nõ proprie causa erit, igitur nullius fortuna causa est. Nã ob id dicimus ea que fiũt fortuna sine causa esse dicimus, quoniam nõ habent per se causam definitã & certã, si autem que fortuna prouenjũt sine causa sunt, iure ergo fortuna nullius est causa. Nã si foret causa presertim eorũ esset que fortuna fiũt, quod si neq; eorũ est causa, prorsus nullius cause erit.

VNDE fortuna indefinita causa esse uidetur, & homini immanifesta. Atq; aliquo modo nihil a fortuna uidebitur proficisci.

Quoniam eorũ que sunt a fortuna nihil habet causam certã & definitam, patet etiã fortunã indefinitam esse, quo circa & homini immanifesta est.

NAM hec omnia recte dicuntur, quia rationi consentanea sunt. Nam aliquod quidem ex parte fit a fortuna. Nam per accidens fit. Et fortuna est causa ut accidens.

Omnia (inquit) quecũq; de fortuna dicuntur recte dicuntur, qm̃ & rationi cõsentanea sunt idest congruũt cõpetuntq; definitioni de ipsa quã demonstrauimus atq; ex vnoquoq; q; demõstrauimus q; ipsa diximus possumus reddere cãm eorũ q̃ feruntur q; eadẽ. Hec autem ẽ optima definitio cui competunt omnia que dicuntur communi consensu de ipsa.

SIMPLICITER autem nihil, uelut edium edificator quidem est causa, per accidens

cidens

cidens autem modulator. Et profectus argentum recipiēdi causa nō est profectus, cuius rei causę possunt esse multitudine infinite. Nam & uidere aliquem uolens & persequens, & spectaturus ludos & fugiens.

Inquit secundū aliquid fortunā esse causam aliquorū, & secundū aliquid nullius. Nam simpliciter eorū que sunt per se & proprie nullius fortuna est causa. At p accidens est causa eorum que raro proueniunt.

RECTE etiam fortuna preter rationem aliquid esse dicitur. Nam ratio, aut eorum est que sunt semper, aut eorū que sunt plerunq;. At fortuna in his est que preter hec fiūt. Quare cum indefinita sint ea que hoc pacto sunt causę, fortuna etiam indefinita nimirū est. Verum in quibusdam quispiam dubitauerit.

Dixit preter hec idest preter necessaria & ea que fiunt plerūq;, hec autem sunt ea que fiunt in paucioribus, cum igitur causę per accidens sint indefinite eorum que fiūt, & fortuna nimirum indefinita erit. Verum in quibusdam quispiam dubitauerit.

AN queuis fuerint causę eius quod fit a fortuna necne.

Quod his dictis querit hoc est quoniā fortuna numeratur inter causas per accidens. (Etiam diximus causarum per accidens quasdam esse propriores quasdam vero remotiores & tamen omnes sunt effectus causa, exempli gratia, si quis in forum exeat & interea cuipiam occurrat cū quo colloquium habeat & colloquēde aliquod temporis spacium immoretur post hac in forū descēdens offendat eum qui argentū soluere tenebatur & recipiat. Quoniā ipsa itio & mora inter versandū & colloquendum causę sunt per accidens inueniendi debitorem etiā si nō immoratus esset ocius ad forū profectus esset qui fortassis nō offendisset debitorē & ille nō cōcessisset ad forum. Causa proxima vtiq; & media nanciscendi amicū est profectio in forum, remotior autem est ipsa itio. Similiter igitur quāuis harū causam dicimus esse quatenus igitur ad id cuius sunt causę secundū formam nihil inter est, si quāuis eā proximam vel remotā appellemus. Nā similiter hę sunt causa secundum fortunam sed quatenus ad euentū plurimū interest, quoniā magis cā est, euētus ea que proprior est (nam recipiendi argentū est ēt ipsa itio causa per accidēs si.n. nō exisset in forū nō offendisset debitorē minimeq; argentū accepisset. Verum magis cā est ipsum interea cum amico colloquiū. Si enim non collocutus esset amicū ocius veniens nō inuenisset) quibus etiā proprior cā est & magis accessus ad forū. Inquit igitur nō sine dubitatione de his dicendū esse. Si oporteat quecūq; cōtingunt esse causę vt causas assignare, fortunam autē & id quod a fortuna oritur, rei euentū appellauit.

VT sanitatis, aut spiritus, aut estus, sed non capillorum remotio.

In his causa proprior equidem est vel spiritus vel æstus idest solis ardor. Sed remotior est ipsa capitis tonsio. Nā sit quispiam qui morbo laborans capillos deponat, quum tamen hoc valetudinis causa non efficiet sed potius deponendi capillum, deinceps. Aūt flante spū vel sole caput calefiat. Hec enim gesta sunt ab eo nō valetudinis gratia sed forte exiuit ob aliquem aliū vsum aut aliquid aliud negociandi causa, & interea solis calore vel spiritu relaxabatur caput eius qui sudorem emittēs bonā valetudinem recuperet, quum tn̄ horū nihil salutis gratia fecerit, valetudinis causa itaq; propior erit æstus nō capitis tonsio, quatenus igitur ad euentū rei aliquid dici potest propior causa, sed quatenus ad fortunam simpliciter vel ad id quod oritur ex fortuna spectat, nihil interest si quippiam proximam vel remotam causam dixerimus.

CAVSARVM enim per accidens alię propinquiores aliis sunt.

Dissolutio dubitationis, perinde ac his dicat quoniā per accidens causarū aliæ aliis sunt effectui proximiores. Verū quatenus sunt causę per accidēs nihil interest si vna sit propior altera vero remotior. Sed quatenus ad euentū rei proximior est magis causa.

FORTVNA autem dicitur bona, cum bonum aliquod mala cum aduersi quid euenit prosperitas uero fortune, cum illa sunt magna.

Quum talis finis occurrerit ei, qui non sperabat neq; preeligebat vt preeligebat talis finis dici-

turbona fortuna mala autē quotiens cōtrariū accidit, prospera autē fortuna, & mala quādo vel magnum malum, vel magnum bonum per accidens alicui veluti finis occurrerit.

QVAPROPTER & cum parum defuit, ut malum, quispiam magnum aut bonum accipiat, Infortunatum tum illum, aut fortunatum dicimus esse, propterea q̄ mens perinde dicit de illo, ac si esset. Quod enim parū deest, id quasi minime distare uidetur.

Quando quis casurus in maximū periculū prope fieret, vt periculum subiret & in magnum malū ceu naufragiū vel aliquod quippiam incideret deinde nōnihil parui deficiat intercidatue quo periculū euadet, talē appellamus bene fortunatum, quoniā quū prope periculū obiturus esset, euasit. Similiter etiam qui prope foret vt magnū bonū obtineret possideretq̄ quotiens non obtineret infortunatus dicitur, nā hoc modo dicimus mala fortuna quępiā vti quare si quis causa cōsequendi hec bona vel illa venerit deinde parū defuit quoniā enim propter illud parū nihil videtur a fine abfuisse atq̄ eo frustratus quum animus non animaduertat id parū quemadmodum hec que accidunt sint, bene fortunatū, vel infortunatū appellat, nam qui in magnū discrimen prope versabatur, tanq̄ in illud incidisse, cū mens ipsa consideret, quoniā non animaduertit illud paꝝ, quo liberaſ, Deinde cū is eo periculo eripitur. Sic fortunatus appellaſ. Similiter etiā infortunatus dicitur, qui prope fuit, vt maxima bona consequeretur, quoniā animus iam illū cōsecutū ea bona cōsiderat, spectatq̄, & nō concipiens, cogitatq̄ illud parum. Deinde his illū frustratū infælicē, infortunatū appellat. Etenim eos cōsueuimus appellare fortunatos, qui nō parētum diuitiis, rerumq̄ copia late ampleq̄ perfruuntur. Sed eos, qui ex obscuro genere, vel ignobile nati, repēte ad vbertatē rerū fælicitatēq̄ deuenere. Similiter eos infelicissimos nuncupamus qui ex fausta opulentissimaq̄ vita, inlachrymabilem inciderunt.

Insuper fortune prosperitas instabilis non sine ratione dicitur esse, nam ipsa fortuna incerta, instabilisq̄ est, nam neq̄ potest aut semper, aut plerunq̄ quicq̄ eorum esse que a fortuna proueniunt.

Quod secundū rationē diffinitionis fortunæ prosperitas ipsius, bonaq̄ fortuna inconstans, ac incerta fit, his ostendit, nā est, quod firmū, stabileq̄ est vel in necessariis rebus collocatur, vel in his que plerūq̄ fiunt, fortuna autē collocatur in numero eorū quæ raro, & ex minori parte fiunt, quare fortuna inconstans, incertaq̄ est, ob id etiam bona fortuna, seu prosperitas instabilis incertaq̄ erit.

SVNT igitur ambo casus inq̄ atq̄ fortuna per accidens ut diximus causę in hisce que nō simpliciter, neq̄ plerūq̄ fieri possunt, atq̄ horū in hisce que alicuius gratia fiunt.

Cum ostenderit fortunam, & casum esse, & quid sint, & adaptauerit tradite diffinitioni fortunæ quecūq̄ cōmuni existimatiōe videnſ illi inesse. Proficiscitur ad reliqua problemata, seu que sita, que profecto erant, quo fortuna, & casus a sese mutuo differrent, & ad quē causarū modū reducerentur. Verū ante hæc differit de illo cōmuni, quem cū ostendit fortuna ampliorē communiorēq̄ esse, vtitur Syllogismo hoc in tertia figura. in pueris. Inanimatis, & brutis casus inest, sed in pueris, inanimatis & brutis fortuna non inest. igitur aliquis casus nō est fortuna, hic igitur est Syllogismus. Arist. autē probat vtrasq̄ propositiones, & affirmatiuam inductione. Nā dicimus temere, casuq̄ equū liberatū fuisse, quoniā deiecit dominū, & fugit desiderio potus ex agmine peditū. Accidit autē, vt cōfecta pugna Dominus eius interfectus sit, equus igitur casu, temereq̄ dicitur liberatus, ereptusq̄ fuisse. Itē pueri aliquid a casu ferre patiq̄ eodē modo dicūtur verbi gratia. Si quidē puer amiserit nutricē, aberrauerit q̄, qui nullo ducēte domum propriā redeat, ignorans quo feratur, atq̄ eat, is profecto casu domum redisse fertur. Sic etiam accidere solet in adultis & in iis qui sunt matureq̄ etatis quum non animaduertat quo irent ipsos temere mouere pedes dicimus. Itē qui pedibus vehiculi vehitur casu mouetur. Sed negatiuam propositionē probat per Syllogismū in secunda figura, in quo accipit mediū terminum bonā fortunā. (Et inquit) in pueris, inanimatis, & brutis bona fortuna nō est, sed in quibus est fortuna his etiā inesse potest bona fortuna, ergo pueris inanimatis & brutis fortuna nō inest. Vnde bonam fortunā nulli puero neq̄ inanimato & bruto in esse rursus ostendit per hoc mediū quod est ipsa fælicitas, in secunda figura, pueris, inanimatis & brutis felicitas non inest sed quibus in est bona fortuna ibi felicitas est igitur pueris inanimatis & brutis felicitas nō inest. Vnde ostendit etiā

in secunda

in secūda figura hoc medio quod pueris inanimatis & brutis nō infit felicitas. Pueris inanimatis & brutis non inest bona actio. Sed in quibus est bona actio felicitas inuenitur. in pueris ergo & inanimatis ac brutis fælicitas nō est. Itē q̄ bona actio nō insit eisdē ostendit in eadē figura per mediū q̄ est ipsa actio. in pueris & inanimatis ac brutis actio nō est. Sed in quibus inuenitur bona actio & mala, actio inest. igitur in eisdē nō erit bona actio neq; mala. Vnde exercitij ac diligētiæ causa sumere in syllogismus oportet opposita fælicitati & bonæ fortunæ, in pueris inanimatisq; & brutis bona malaq; fortuna non inuenitur. Sed in quibus collocatur fortuna bona vel mala fortuna inuenitur, similiter de fælicitate syllogismus cōficiatur hoc modo, in pueris inanimatisq; & bellius fælicitas & infælicitas nō collocatur. Sed quibus inest prosperitas fortunæ vel aduersitas in his felicitas & infelicitas collocātur. igitur in pueris inanimatis, ac belluis prosperitas fortunæ vel aduersitas non collocantur. Eodē modo etiā de bona actione equidē Aristotelis Syllogismus proficiscitur concludendo hec vsq; ad id mediū q̄ est ipsa actio, cū accipiat tanquā omnibus cōcessum in pueris inanimatisq; ac belluis actionē administrationēq; nō esse. Tu tamē probabis etiā hoc per id mediū quod est ipsa volūtas seu præelectio. In pueris inanimatisq; ac feris voluntas & præelectio nō est. quoniā horum nullū eligit vnū q̄ hoc ante illud. Sed quibus inest actio etiā inest volūtas & præelectio, ergo pueris inanimatis & feris nō est actio tribuēda. Conficies ergo totū Syllogismū hoc modo. In pueris rebusq; inanimis & brutis volūtas preelectio est in quibus volūtas preelectio nō est neq; actio inuenit. In quibus aūt actio nō est, neq; bona actio statuēda est. Preterea quibus beneagēdi facultas nō tribuitur neq; prospera fortuna post tribui. Itē quibus non elargitur bona fortuna neq; prosperitas ipsa cōpetit. Deniq; quibus bona fortuna nō cōceditur neq; fortuna inest, igitur in pueris inanimatisq; ac feris fortuna locū non habet. Verū pueris & inanimatis, & brutis casus inest, vt demōstrabimus per inductionē. Quibus igitur fit vt aliquis casus nō fit fortuna q̄ quidē a principio ostēdere propositū erat. Dici tur autē (inquit) casus de rebusq; fortuna accidunt, quod quidē deinceps ex vsu cōsuetudineq; vulgi accidit. Quoniā ea quæ a fortuna accidūt ex casu fieri dici solēt, igitur casus fortuna latior ampliorq; est. Verū si quis cōtendat inuestigare demōstrationē, qua ea quæ a fortuna prouenīunt a casu prouenire dicūtur, iis sciat animaduertetq;, nō de significatu rei demonstrationē quærere sed de vsu vulgi aut hominū cōsuetudine. At vsus cōsuetudinisq; nulla est demōstratio, q̄ hominū mos, nisi vsus videatur non solū casum accommodare his (quæ fiunt fortuna, quippe qui dicere soleamus hunc casu cōperuisse amicū. Sed etiā cōsueuimus dicere ea quæ casu accidunt fortuna prouenire. Nā solemus dicere fortuna æquiū liberatum fuisse cū ex instructa acie pedinū bibēdi gratia fugeret. Atq; fortuna accidisse vt lapis qui cecidit ad sessum q̄ cōmodus aptusq; fieret, nullū igitur opus est vt de vsu nominū contendatur, quoties significatus rerū nō aduersatur neq; impedimēto est. Post hec casum proprie distinguit a fortuna. Et in mediū adducens quæ sæpenumero diximus scilicet fortunā cōsequi ea quæ volūtate præelectioneq; gerūtur. Casum autē proprie dictū, ea cōsequi quæ natura producūtur, quæ cū a sese mutuo distinguat, querit preterea reliquum problema, scilicet in quo genere causarū cōstituenda sint casus & fortuna, quoniā in genere causarū efficientiū poni debent. Nā si casus & fortuna sunt causæ per accidens eorūq; fiunt a natura vel a mente. Certe mens & natura sunt causæ efficientes, igitur fortuna & casus collocantur in genere causarū efficientiū. Sunt igitur ambo casus inquā & fortuna per accidēs vt diximus causæ. Cōmune inquit hoc & casui inest vt sit causa per accidens in his quæ raro fiunt, licet nō in omnibus sed in his quæcunq; fiunt alicuius gratia. Sunt enim nōnulla eorū que raro fiunt quæ temere exercētur. Vt si quis pilos triceasq; bardæ vero cōtinuo moueat, quod quidē nō fit alicuius gratia, licet, temere fiet & nō cōsequatur ea que alicuius causa gerūtur. Deinde dicit ac horū in hisce que alicuius gratia fiunt, pro hoc atq; horū quæcunq; consequerentur ea quæ alicuius gratia fiunt. Non enim ea que fiunt a casu alicuius gratia fiūt. Neq; enim argenti reportatio alicuius gratia est sed si igitur cuius gratia est, & hoc per accidēs fieri arbitrandū est. Nā profectio lauationis causa facta. Hanc reportationē pecuniæ cōsequebatur. Quare ipsa reportatio est finis per accidens & cuius gratia ipsius profectionis, & ecōtra. Profectio per accidens fiebat gratia reportationis etiā casu temereq; haberi dicitur & causa reportationis per accidens.

INTEREST autem inter casum & fortunam. Nam casus ad plura sese extendit. Etenim quod a fortuna proficiscitur a casu etiam fit, hoc autem nō omne peruenit a fortuna. Fortuna namq; atq; id quod est a fortuna in his est que fortunata possunt euade-

re. Et omnino quibus actio competit. Quapropter necesse est circa ea fortuna esse, que agi possunt.

Cũ dixerit secundũ quod conueniunt casus & fortuna, dicit etiá quo differunt. Verũ discrimen ipsorũ non est de fortuna, & casu proprie dicto qui distinguitur cõtra fortunã. Quoniam hoc deinceps facit. Sed differentiá affert de cõmuni casu & fortuna quemadmodũ siquis dicat discrimen inter hominẽ & animal, quoniá eo differt animal ab homine quod predicatur de pluribus. Hoc igitur modo & nunc facit, quoniá hac ratione differt casus a fortuna. Quoniá de quibus fortuna predicatur de eisdẽ & casus predicatur. Sed de quibus casus dicitur non omnino id quod est a fortuna predicatur, quare patet, vt casus ad plura sese extẽdat & cõmunior sit ipsa fortuna. Quod quidẽ igitur casus sit in eisdẽ in quibus collocatur fortuna accipit ex vsu vulgi cõcessum esse. Ná si casu cõsuetudine & a ratione proficiscitur penderq; harũ demõstratio sed de quibus casus predicatur fortuna omnino nõ predicetur probat Syllogismo quẽ iá exposuimus qui talis est, in pueris inanimatisq; & brutis casum cõsiderare licet, sed in pueris inanimatisq; ac brutis fortunã cõsiderare nõ licet igitur casus fortuna nõ est. Harũ igit̃ propositionũ affirmatiuam postremo ponit & eam nobis persuadet certáq; facit inductione vt suo loco cõmemorabimus. Sed negatiuá prius probat deinde exponit. Cũ igitur probat de quibus fortuna predicatur qualẽ naturá huiusmodi habeant, deinde dicta adaptat accõmodatq; pueris inanimatis & brutis quoniá fortuna his nõ inest propterea q; eis insunt circa que versatur fortuna, fortuna enim & id q; ab ea geritur quibus cõpetit prospera fortuna & prorsus ad eos pertinet actio quapter necesse etiá est vt fortuna versetur circa ea que agi queunt. Quoniá si fortuna diuideretur in boná fortunã & malam diuideretur in quibus igitur nõ potest esse mala neq; bona fortuna, ab his etiá manifestũ est tolli fortunã verũ ipse protulit alterũ contrariorũ. s. boná fortunam tanq̃ perspicuũ sit vt quibus potest cõgruere alterũ oppositorũ etiá eisdẽ reliquum cõpetere queat, quáobrem in quibus nõ potest esse bona fortuna in his etiá mala inueniri nequit. Quod vero in quibus bona collocant̃ fortuna in his quoq; versetur fortuna perspicuũ est. Restat igitur vt discamus in quibus bona fortuna inueniat̃ & proinde inquit in his boná fortunã versari ad que pertinet actio. Nam bona actio est quedá bona fortuna, quod autẽ in quibus versatur bona fortuna his etiá tribuenda sit actio administratioq; ostẽdit per mediũ q; est ipsa fælicitas itaq; hoc modo infert inducitq;.

CVIVS hoc inditium est. Nam aut idem q; felicitas, aut prope esse uidetur, felicitas autem est quedam actio. Est enim actio bona. Quare que agere nequeunt ea neca fortuna quicq̃ efficere possunt. Et propterea neq; inanimatum ullum, neq; bellua, neq; puer quicq̃ efficit a fortuna, quoniam electionem non habet.

Signũ inquit huius rei quod fortuna versetur circa ea que geri possunt, tanq̃ fortuna sit quedá actio. hẽ bona fortuna sit quedá bona actio mala fortuna sit mala actio quoniá videtur nullo modo differre bona fortuna a fælicitate vel prope ipsam esse. Sed fælicitas est quedá actio vt inquit. Verũ quoná pacto sit actio probat per bonam actionẽ. Inquit fælicitas enim est quedam bona, actio. Sed bona actio est quedá actio ergo bona fortuna est quedam actio, sed bona fortuna est quedá fortuna igitur fortuna est quedam actio. Et Syllogismus cõficitur in tertia figura, hoc modo bona fortuna est fortuna omnis bona fortuna est quedam actio igitur fortuna est quedá actio. Si ergo fortuna est quedá actio in quibus igitur nõ inuenitur actio in his neq; fortuna collocabitur. Verũ ipse Aristo. vt paulo prius dixi deduxit, rationem vsq; ad hoc quod est actio. Sed si cõtenderis inuenire quibus tribuenda sit actio, inquit illis tribuendá fore quibus inest & cõsiliũ electioq;. Si ergo omnis fortuna quedá actio est & actio in his collocatur in quibus electio adest, igitur fortuna est, in his quibus electio adest. Si autẽ fortuna in his est in quibus electio inuenitur ergo in quibus electio nõ est neq; in his erit fortuna, cũ itaq; hoc modo demõstretur in quibus fortuna collocatur in his actio ponitur, & in quibus actio non ponitur in his etiá fortuna nõ collocatur deinceps affert propositionẽ negatiuá & inquit ob id neq; inanimatum neq; fera, neq; puer quicq̃ a fortuna efficiunt ferã ponit pro bruto quoniá id quod maxime diuisum & cõmunicatiuũ maxime est rationis propriũ, quare contrariũ irrationalitati posuit agreste & ferinũ quod quidẽ per ferã appropriauit determinauitq;. Si igit̃ neq; inanimatũ neq; brutũ neq; ferinũ quicq̃ facit a fortuna. Et de eisdẽ casus predicatur vt deinceps indicabit.

Videtur

Videtur igitur aliquẽ caſum non eſſe fortunã. Signum autem quoniam videtur vel felicitatẽ & bonã fortunã idẽ eſſe vel prope. Ideſt ſignũ eſt quod fortuna verſatur circa ea que geri poſſunt, quoniã felicitas que vt pro comperto & omnibus cõceſſo habetur, eſt quedã bona actio vel eadẽ eſt bone fortunæ vel prope eam actio autẽ eſt quedã felicitas, ergo bona fortuna etiã erit actio ſed bona fortuna eſt quedã fortuna ergo etiã fortuna erit quedã actio. Verũ inquit vel idem vel prope, quoniã videtur bona fortuna circa hec extrinſeca verſari. Si ergo bona fortuna verſatur circa extranea & multis quoq; ſolet videri felicitas circa extranea verſari, in hunc igitur modum bonæ fortunæ eadẽ erit felicitas, ſed quũ fælicitas circa bonam animi actionem verſetur. Siquis vero non definiuerit felicitatẽ illud eſſe q; ſolum verſatur circa bonã animi actionem ſed etiam circa bonã actionem rerũ que externæ ſunt, profecto bona fortuna erit prope felicitatẽ & nõ eadem alioquin proprie fortuna non ſimpliciter verſaretur circa bonam actionem extraneam ſed circa illam animi que & in idem venit cum felicitate.

NEQVE proſperitas hiſce fortune, aut infortunium competit, niſi ad ſimilitudinẽ quandam quemadmodũ protarchus eos fortunatos lapides dixit, e quibus extructa ſunt altaria q; honorantur. Et hi qui ſunt eiuſdẽ forme calcãtur, pati autem a fortuna & hiſce quodammodo inerit cũ his qui agit aliqd circa ipſa fortuito aget, alio aũt modo non eſt.

Inquit nõ inueniri bonã fortunã in pueris inanimatis & brutis niſi ſecundũ aliquam ſimilitudinem & proportionẽ. Illud autẽ quemadmodũ inquit Protarchus, nõ huic parti copulandum eſt niſi ſecundũ ſimilitudinẽ quoniam protarchus nõ aſſeruit lapides etiã fortunatos ſecũdum translationem ſed ſimpliciter fortunatos appellauit. Quamobrẽ in hunc modũ legendum eſt, neq; vt inquit Protarchus bona fortuna & mala his in eſt, & deinde illud niſi ſecũdum ſimilitudinem, eiuſdem eſt comparatio quomodo poſſimus in rebus inanimatis aſſerere bonam malãque fortunã eſſe. Protarchum autem vel eũ dicit de quo habita eſt mentio in philebo apud Platonẽ, vel aliquẽ alterũ. Hiſce autẽ pati inerit a fortuna aliquo modo non eſt qñ aliquis circa hec cũ quippiã efficit a fortuna egerit aliter autẽ nõ. His indicat fortunã poſſe in rebus inanimatis inueniri ſecundũ ſimilitudinẽ & proportionẽ & non quemadmodũ Protarchus dixit quoniam ſi quiſpiam cũ agit aliquid circa inanimata a fortuna illa efficeret tunc illa etiã a fortuna pati dicerentur vt cũ quis lapides ſpargeret proiiceretq; peſſundandi calcandiq; cauſa quos quidẽ nõ cõculcaret ſed trigones ipſos efficeret, quũ ita effici nolebat. Certe dicuntur fortuna ita conſtructi elaboratiq; fuiſſe etiã quia qui conſtruebat eos a fortuna ita faciebat, lapides etiã a fortuna trigoni facti fuerunt, in hunc modum igitur inquit duntaxat fieri poſſe vt in rebus inanimatis fortuna collocatur. Quid ergo. Ignorauit vulgus conſuetudoque in pueris collocandam eſſe fortunam quod quidem infanti modo genito euenire poſſit vt aliquis relinquat ei hereditatem ſuam qui non eſt parens eius neq; affinis quẽ profecto fortunatũ diceremus neq; a caſu heredẽ inſtitutum fuiſſe quoniam neque hoc impetum naturalem principiumque conſequebatur neque puerum neque illum qui ſuas opes ſuaque bona puero delegauit.

AT caſus ceteris animalibus & multis inanimatis cõpetit ceu. Dicimus equum caſu uenisſe, propterea quod euaſit quidem profectus, non autem euadendi gratia uenit. Et tripoda etiã cecidiſſe a caſu, ſtetit enim hoc modo ut ſit ſedes, ſed nõ huiuſce gratia cecidit.

Hic ponit propoſitionẽ affirmatiuã quoniã caſus in rebus inanimatis pueris & brutis ineſt quod quidẽ exemplo ſuadet, quoniã dicimus equũ ex acie fugientẽ vel ſiti vel alio impetu naturali impulſum caſu liberari. Vt equũ temere caſuq; dicimus veniſſe vt cũ acceſſerit liberaretur non enim venerat vt liberaretur, oportet hec verba curſim legere. Equus caſu veniens liberatus eſt. Verum ſi venerat. Non ſue ſalutis cauſa venerat, quoniam ob aliud acceſſit quoniam vel hec faciundi gratia vel aliquid aliud cui nempe adidit vt liberaretur. Item tripoda caſu cecidit. Iacet enim vt ad ſeſſum accõmodatus fiat verum non cecidit vt ſupra illum ſederetur. Si tripes põdus ceciderit & cum cecidit talem poſitionẽ obtineat vt quã commodus natura & q̃ aptus fiat ad ſeſſum certe caſu dicitur habuiſſe hanc poſitionem quoniam cecidit & deorſum ferebatur proprio naturaliq; impetu, quoniã nõ cecidit vt cathedra ſcanumq; fieret. Verum ſi lapis qui haberetur cubicam haberet figuram non caſu diceretur poni collocariq; ad ſeſſum accommodatus, quoniã eiuſdẽ natura apta idoneaq; erat vt ſi caderet in hũc modũ deſcẽderet & collocaret ob id

etiam neq; ignis casu supra ferri ducique dicitur sed quoniam hæc est illius natura.

QVARE constat cũ eorum aliquid que simpliciter alicuius gratia fiunt, nõ eius quod euenit gratia factũ est, cuius extra est causa, nos tũc casu quippiã fieri dicimus. Horum autẽ ea fortuna fieri dicũtur que eligibiliũ casu fiunt in hisce que habẽt electionem.

Hec est definitio cõmunis casus., vt sit causa in his que fiũt alicuius gratia secundũ naturã & volũtatem. Quando quidẽ fieret aliquid alicuius accidentis gratia, vt reportationis argẽti. Nã ob id neq; venerat vt argentũ referret. Neq; lapis cecidit vt aptus commodusq; ad sessum fieret, deinde dicit cuius causa extra est pro hoc in his que fiũt alicuius gratia causa illius qui cecidit extra ipsum est. Vnde illud extraponendum loco huius scilicet ad finẽ non confert sed extra id quod accidit, causa erat & alterius gratia. Vt conueniendi amicũ causa per accidens est in forum profectio sed eadem causa est extra id q accidit idest ad id q accidit nihil confert & alterius gratia est, quoniã lauandi gratia vel versandi in forũ profectio fieri poterat. Hec est igitur tota sententia vt paucis absoluam. Casus est simpliciter id quod cõsequitur ea que fiunt gratia alicuius quando non proueniunt eiusdem quod accidit gratia. Cuius causã est extra id quod accidit, quoniam in his non est causa per se illius quod accidit, nam in illis non est causa extra id quod accidit in quibus inuenitur causa per se effectus vt causa domus non est extra, ipsa peritiã edificandi sed in ipsa collocatur. Nã ad domũ peritia ædificandi confert. Horũ autem a fortuna fieri dicuntur que eligibiliũ casu fiunt in hisce que habent electionẽ. Definiturus cõmunẽ casum, definit etiã id q proficiscitur a fortuna quoniã ea dicit esse a fortuna quecũq; a casu fiunt eligibiliũ in his qui habent volũtatẽ vt exactio argenti ẽst ex eligibilibus sed quãdo ex casu cõsequutus est eos qui habent electionẽ, a fortuna dicitur euenire. Verũ dixit eligibiliũ loco huius. s. secundũ arbitriũ eorum que fiunt vel eorum que consequuntur ea que fiunt secundum voluntatem. Dixit igitur eligibilium quoniam quedam a casu in his que habent voluntatem, & non sunt de numero eligibiliũ vt si alicui conuiuiũ excipiendi aliquid corũ que comedit ceciderit in arteriã vel ambulãs vulneret pedem, nam impetũ naturalẽ atq; principiũ aliquid extrinsecus a casu consecutũ est. Vel cadentis superius apostema rumpatur & curetur. Hec enim accidũt his qui habent electionem non sequentes actionis eorum secundũ electionem & volũtatem, adiecit autem que habẽt electionẽ quoniam multa inanimata quippiã pati a fortuna dicuntur quãdo aliquis faciens aliquid circa eadem aliquid a fortuna ægerit verum non habentia electionem paterentur ideo hec non proprie a fortuna fieri dicũtur sed ea que accidunt habentibus electionẽ, hec proprie a fortuna dicuntur.

Textus

SIGNVM autem est ipsum frustra. Tunc enim dicitur, cum id quod est alicuius gratia non est factum illius gratia, ceu si deambulatio egestionis gratia est, si non euenit ei qui deambulauit frustra dicimus illum deambulasse, frustraq; deambulationem fuisse, Est enim id frustra, q aptum est esse ob aliud, cũ nõ efficit illud gratiã cuius erat ac aptũ.

Inquit, signum est quod casus huiusmodi sit quemadmodũ diximus q consequitur ea que fiunt alicuius gratia qñ idẽ non eiusdẽ vniuscuiusq; gratia cuius gratia fiebat. Quod etiã nominis ethimologia ostẽdit. Nã casus ab eo quod temere est. Nã authomatos componitur ex eodẽ & frustra. Vnde illa dicũtur temere accidere quibus finis non respondet neq; euenit cuius gratia fiebat. Nã quũ quispiam deambularet eã laxandi purgãdiq; ventrẽ & reuerteretur vẽtre nõ purgato frustra eundẽ dicimus deambulasse. Si ergo id est frustra quod idoneũ aptũq; vt cõsequatur finẽ a quo tñ longe abest igitur recte casus deriuatur formaturq; ab eodẽ & frustra, equidẽ dicimus lapidẽ casu fieri ad sessum cõmodum aptissimũq; tanq̃ causa huius institutus sit casus eius. Quoniã delatio lapidis deorsum est causa per accidens huius figuræ ipsa appellatur casus tanq̃ temere conferat ad consequendum finem per accidens. Nam quia alius erat finis naturalis delationis deorsum, videlicet tripodæ in propria vniuersitate cõstitutio, cõsequitur aliquis alius finis per accidẽs huiusmodi affectum & impetũ. Exempli gratia tecum cogitas delationẽ suum finem cuius etiam accipias alterum finẽ deinde disces non huius finis gratia illam delationẽ fieri cognosces profecto id q huiusmodi delatione deferebatur non huius gratia atq; ad hanc intentionem delatum esse cui accidebat eiusdem finem esse. Siue igitur accidant siue non accidat naturalis vel institutus ac propositus finis, quoniam accideret hunc motum alium finem habere ob

bere ob

bere ob hoc nõ fit,merito temere quo ad hunc finẽ fatus est. Vt si loquendi finis fuerit vt vicissim mutuoq; nostras affectiones & consilia significaremus, & quis proferet ea que nihil indicant si gnificantq; & ad hunc finẽ nõ aspexerit, is frustra temereq; loquitur. Hoc quoq; modo quoniã motus quatenus sequitur id q casu fit quod sane est finis eius per accidens cuius gratia nõ fiebat frustra haberi dicitur tanquam ad hunc finem minime fit institutus & si quo ad suum finẽ frustra temere tanq̃ fieri non diceretur. Differt autẽ id q fit a casu ab ipso temere vt finis differt ab efficiente & quemadmodũ differt id quod fit a fortuna ab ipsa fortuna. Nã quum prorsus ali quis finis huiusmodi accidit qui sane proprias causas efficientes habet. Et ex precedentibus cau sis efficientibus nõ fit sed ex quibusdã aliis quas & easdem cõsequitur suus alter ac proprie finis, tunc que preexistunt temere dicuntur quoniam propositum finem non sunt consecuta sed hec ex casu cõtingunt esse quoniã ex proprio principio preexistente nõ pducebatur. Vt lapis si ceciderit vulnerauit pretereuntẽ. Hoc loco percutere finis est cadere autẽ diceremus causam efficiẽtẽ. Veruntamẽ aliud principiũ proprium habuit & non casum eius delationẽq; deorsum. Verbi gratia voluntatem alicuius qui forte deiicit demisitq; lapidem vt vulneraretur qui exibat. Item neque cadere eius scilicet delatio deorsum habuit finem ipsum sed recipi ad proprium locum, per accidens deferriq; est vt autẽ inuicem herent per accidens aliud cã aliquod aũt finis. Queres tũ nũquid casu monstra produci liceat dicere. Videtur enim vt ipsa quoq; casu producantur. Nã cũ naturalis affectio propriũ finem nõ consequitur horũ causa per accidens fit. Verũ ipsa nunquid a casu appellanda sint quippe que peculiarem causam precendentem in seipsis habeant aut enim exuberantiam vel defectum vel copiam materiæ habent. Sed quispiam diceret nonne de lapide qui deuoluitur deorsum idem dici posset, qui molem inter se grauitatis & pondus habet quod de uolutionis eius deorsum causa efficiens est & nõ percussionis nisi per accidens pre terea in lapide qui ad sessum cõmodus aptusq; efficitur prorsus est vel quedã eminentia vel alter lapis ad quẽ percutitur & frãguntur eminentes partes vt idoneus aptissimusq; fiat ad sessum que tamen casu fieri dicimus quoniam non est causa efficiens determinata huiusmodi figuræ lapidis, quo igitur modo de portentis dicere possumus quoniam vel frigidum vel materiæ excessus vel defectus sunt cause materiales, sed causam eorum efficientem definitam certamque inuenire non possumus quamobrem hec casu prouenniunt.

NAM si quispiam lauisse dixerit frustra quia sol non deficit, ridiculus utiq; erit. Nõ enim hec illius gratia erat. Ita casus nomine suo tunc dicitur, cum quippiam fit frustra. Cecidit enim non percutiendi gratia lapis, casu ergo, ac frustra cecidit lapis ipse quia cadere & ab aliquo proiiciente percutiendi causa potest. Maxime autẽ separatur id quod a fortuna fit in hisce que natura fiunt. Eum enim quippiam est effectum preter naturam, tum non a fortuna illud, sed a casu potius effectum fuisse dicimus.

Quod id frustra temereq; fit quod nõ consequitur suum finẽ his ostendit, quanq̃ enim vt in quit fortuna in aliis finibus, nõ sibi propriis nõ dicitur temere neq;. n. quũ nos ipsos lauaremus si nõ defecit sol frustra nõ lauasse dicimus quoniã finis lauationis nõ erat deliquũ solis sed sanitas vel aliquid huiusmodi frustra igitur nõ suscepimus lauationẽ non deficiente sole sed quũ natura cõsequitur propriũ finem. Hinc nempe ethimologiam casus traxit scilicet quum quippiã frustra fit & peculiarẽ finẽ non obtinet. Hoc certe modo dicimus lapidẽ cecidisse casu & percussisse pretereuntẽ quãdo cecidit nõ percutiendi gratia qm̃ nõ habuit a principio sue deuolutionis hanc intẽtionẽ vt cadẽdo percuteret pretereuntẽ, frustra ergo quo ad hunc finẽ cecidit qm̃ nihil eius deuolutio deorsum ad hunc finẽ cõtulit & annuit. Seiungitur autẽ maxime id q a for tuna fit in hisce que natura fiunt. Separatio est illius quod fortuna fit ab eo quod proprie dicitur casus, quoniam id quo proprie casus nuncupatur accidit his que natura producũtur, sed quod a fortuna egreditur accidit his qui voluntate vel cõsilio aliquid gerunt quando enim quippiam produceretur preter naturam tũc non a fortuna sed magis a casu produci dicimus, dicit preter naturam pro hoc scilicet ultra naturam idest vltra intẽtionem naturæ quando ergo aliquid accidit preter intentionem naturæ tunc quia consequitur naturalem affectionem, seu impetum per accidens non secundum intentionem naturalem, a casu fieri asseritur. Textus

EST autem & hoc aliud. Illius enim externa, huius interna causa est. Quid itaq;

sam antecedit, casus nimirum atq; fortuna posterior & mente est & natura. Quare si quã maxime celi casus est causa necesse est priorem mentem atq; naturam & aliorum multorum, & huius uniuersi causam esse.

Fortuna inqt & casus eo℞ dicunt cãe quorũ mẽs & natura sunt cãe p accidẽs. Nã reportatiõis argẽti fortunã esse cãm dr multo prius mẽs mouit qest cã p accidẽs. Nã si nõ mouisset impulliss setq; illũ q ad forũ pficiscebat aut ad lauationẽ neq; reportatio argẽti euenisset que ẽt fortuna & casu fiunt quãobrem ante fortunã & casum natura & mẽs sunt cã eiusdem p accidens. Vbiq; eni per se precedit id q; est per accidens quapropter si mẽs est cã mũdi per accidens multos prius eiusdẽ erit causa per se alioquin cuius alterius esset causa autẽ. Verba habẽt quid inconstans. Nã cũ dicat mentẽ & naturã esse causas per accidens, inquit deinceps quoniam cã per se prior est his que sunt p accidẽs, mẽs igitur & natura precedũt casum & fortunã atqui si mentẽ & naturã dixit esse causas per accidens & eedẽ sunt per se cause, eadẽ ergo erunt ipsimet priora & posteriora. Si quidẽ eorũdem sint causa per se & per accidens, alioquin si aliquo℞ essent cause per se aliorum per accidens nihil eorũ cõcluderet que ipse cõtendit vultq; inferre, quoniã nõ cõcluderet mentem esse mũdi causam per se. Si aũt quũ causa quedam p accidens fieret intelligamus. s. fortunã & casum, idest quũ fortuna & casus fierẽt quedã eorũdẽ causa quo℞ mens vel natura fierẽt causa per se nõ amplius ve℞ esset eo℞ mentẽ naturam cãs esse quorũ fortuna & casus sunt cause p accidẽs. Ve℞ q; cause per se. s. mẽti & nature fortuna & casus accidant ex his que explicauimus demonstratũ cẽ habemus atqui mẽtẽ & naturã eo℞ esse causas quo℞ fortuna & casus sunt cãe adhuc nõ demõstrari pñt, indicat enim id verbũ per accidens referendũ esse ad fortunam & ad casum. Nã cũ dixisset id q; est per se prius esse eo quod est per accidẽs mox induxit, casus & fortuna ergo sunt mente & natura posteriores. Si enim per se prius est eo quod est per accidẽs, & mens ac natura sunt priora fortuna & casu ergo fortuna & casus sunt cause per accidens. At si quis diceret immo eorũ dabimus mẽtẽ & naturam esse causas p se quorũ fortuna & casus sunt cause respondemus immo quorũdam aliorũ quoniam nihil est rebus naturalibus preter vniuersum de quibus nos & illi sermonẽ faciamus, et multorũ & huius vniuersi multorũ aliorũ. s. particulariũ nam particularibus effectibus particularẽ mentẽ & naturam & generalibus cõmuni buiq; generalem communemq; rebus omnibus mentem & naturam assignare debemus.

ESSE autem causas & tot numero quot diximus patet. Tot enim numero questio propter quid sane complectitur.

Cũ dixisset de causis per se & de causis per accidẽs & de eisdẽ sermonẽ exacte expressisset, presentia vtilitatẽ sermonis affert, quoniam nõ incassum de ipsis tam diligenter disseruit. Sed quia naturalis interrogatus de causis rerum naturaliũ solet vel omnes vel quasdam afferre iccirco de eisdẽ sermonẽ repetit quamq; idipsum primo cõsiderare agereq; nolit. Sed id quod dicebam. s. vt ostẽdat necessario de eisdẽ sermonẽ fecisse qm interrogatus naturalis de causa vniuscuiusq; rei naturalis, vel quatuor ipsas assignabit quas diximus materiam formam efficientẽ & finalẽ, aut si de quibusdam oẽs assequi nõ põt aliquas profecto reddet, vel vnam vel plures vt ẽt mathematici solẽt a quibus si percũctabimur causam de vnoquoq; quod rebus mathematicis inest vel formã vel diffinitionẽ alteri assignabũt vt si pcũctabimur cur linea recta rectæ equalis sit, rñdebũt qm ex cẽtro prouenĩũt ad circũferentiã sunt equales quod si vltro instabimus cur equæ sunt linee que a cẽtro ad periferiã trahũtur. Dicẽt qm hic est circuli definitio vt sit figura plana vna linea cõtenta ad quã oẽs linee recte quæ intra figurã sunt cõstitute, a centro pũctoq; protracte inter se sunt equales. Nã soli circulo id tribuitur peculiareq; est habere. s. vnũ pũctũ q; profecto centrũ est a quo incidentes linee protracte ad periferiã inter se sint equales, quo pacto ad vltimã definitionẽ desinẽtes atq; assignantes putant interrogationi satisfecisse. Hec quidẽ circuli definitio est eius forma quapropter interrogatur pp̃ter quid, cũ affert assignatq; formã, interrogationi satisfiet. Rursus si interrogabitur cur trianguli tres anguli sunt vno recto maiores. Rñdebit, qm duobus extrinsecis sunt eq̃les & duo extrinseci sũt duob℞ rectis. Itẽ interrogatus cur duo extrinseci sunt eq̃les duobus rectis. Rñdebit quia cũ linea recta sup rectã steterit vel duos rectos angulos vel eq̃les duobus rectis efficiet. Vnde cũ puenerit finiuerit q; ad diffinitionẽ, interrogationi satisfecit. Verũ hoc nõ assero q; operepretiũ sit definire q; uis interrogatũ neq; sistere fini eque definitionem eius, qm non tradidit definitionẽ anguli uel angulorũ sed vt ad definitionem



quādā id quod physici appellāt quod quid est reducamus. Aristoteles autē hæc dixit grādā exe-
pli huius quod quid est quū fuerimus interrogati, cū aliquādo formā reddere debeamus quē-
admodum fieri solet in cūctis rebus mathematicis, quippe qui interrogāti propter quid hoc est
nō satisfaciamus anteq̄ idipsum propter quid reduxerimus ad definitionē. Definitio autē forma
est, proinde qui ipsum ꝓpter quid in mathematicis redegerint ad formā solū idest ad definitio-
nē satis illud dedisse videtur, quoniā mathematicus materiā nō spectat neq; causam efficientem
neq; finem sed duntaxat formas mathematicas. Atqui naturalis omnes causas tradet, vt si ab eo
percūctamur cur Socrates est homo respōdebit per formā dicens quia est animal rationale mor
tale itē per causam efficientē quia simile similis est causa homo enim ab homine producitur pre
terea materiā affert vt si quis cū interrogat propter quid gladius scindit. Respōdebit quoniā fer-
reus est vel ex forma quia acutus est vel ex fine quia ita cōstitutū vt in hominum vsum veniat
quo pacto igitur per omnes causas respondebit qui si fieri potest vt alicuius omnes causarū red-
dantur assignabit. Si vero nō poterūt omnes afferri, quoniā verisimile nō est vt vniuscuiusq; ma
teriā proximā nanciscatur, quædā enim propria est mixtioni elementorū que Socrati subiicitur,
Platoni & de ceteris aliis similiter quasdā igitur vel vnam reddet causam. Verum de quibusdam
omnes causas tradere licet, vt si interrogetur naturalis propter quid Socrates obiit, per formam.
Respōdebit quoniā est animal rationale mortale. Deinde per materiā, quia hoc cōstitutū cōposi
tumq; ex cōtrariis est, itē per causam efficientē quoniā qui illū generauit adest abest seu migrat
ex vita, demū per finē quando longe melius cōmodiusq; animæ extra corpus esse q̄ in corpore
collocari ob corporis molestias & perturbationes. Si igitur naturalis has causas reddiderit eas ad
antedictas. Recte igitur si de ipsis admodum diligenter differendo statuimus quatuor duntaxat
esse formā naturā efficientē & finē quarū tres in vnū idē q; incidunt forma efficiens & finis dico
autē idē nō numero sed ratione. Nā homo ex homine fit & equus ex equo, & idem est generans
genito nō numero sed forma & spē. Similiter causa efficiēs forma; eadē est fini & numero diuer
sa. Nā quatenus nondum extitit id q; a natura producendū est sed solū apud intentionē naturæ
est quippe que illud intendat aduertatq; finis appellatur sed postq̄ productū genitūq; est & in
cōpositio collocatur forma est. Ceterū causarū efficientiū quædā moueri nō potest, quædā vero
mouetur, & huius que mouetur alia semp mouetur alia vero est ortui interituiq; obnoxia que
circa tres sunt vniuerse philosophie facultates. Tū propter inquit nobis sunt tres facultates com
ponende cōscribendeq; de causis efficientibus, vna de causa efficiente immobili quæ metaphysi
ces appellatur alia de causa efficiente que cū mouet cōtinuo mouetur, vt liber de cælo, alia est de
his que ortui interituiq; sunt obnoxia, in quo genere omnia opera naturalis philosophiæ col-
locantur. Tot enim numero quæstio propter quid complectitur, hoc in loco idipsum propter
quid finē nō appellat, sed generaliter omnē causam. Nam cū sint quatuor quesita, si est quid est
quale quid est & propter quid est in tot etiā causas propter quid reducimus materiam scilicet for
mam efficientē & finē. Nam quoties interrogabimus de vnoquoq; propter quid sit has quatuor
causas afferre conabimur.

NAM ipsum propter quid, aut ad ipsum quid est reducitur ultimū in imobilibus,
ceu in mathematicis. Ad recti enim diffinitionem ut commensurabilis aut ad ceterorum
similium alicuius ultimum reducitur.

inquit ipsum propter quid reduci ad ipsum quid vltimū loco huius ad definitionē quæ qui-
dē est forma definiti seu subiecti vocat autē mathematica immobilia, propterea quod naturalia
cū motu contēplamur quoniā natura motus quietisq; initium, at mathematica quia in nostra
animi cōceptione cogitationeq; versantur ac sunt immobilia esse videntur non alterantur neq;
prorsus mutātur neq; in materia sunt. Dixit autē vltimū quoniam quū de mathematicis interro
gat quāobrem hoc sit, & voluerimus afferre causam, interrogāti affatim satisq; facere nō poteri-
mus priusq̄ ad vltimā definitionē quæ quidē forma est occurremus hoc nō omnia mathemati-
ca se habent, vt si interrogabimus Geometrā quāobrem due rectæ linee equales sunt. Respon-
debit quoniā a cētro proficiscūtur. Si vltra instabimus cur lineæ que a centro egrediūtur æqua
les sunt. Respōdebit quoniā hæc est circuli definitio, vt omnes lineæ que a centro ducuntur ad
periferiā vsq; inter se sint equales, quo pacto intelligentes definitionē cōquiescimus & nobis sa-
tis factum est. Quod igitur ipse inquit hoc est quoniā interrogati quamobrē hoc sit ad q; quid
est cōfugiemus q; sane forma appellamus & in mathematicis videre licet, nā in his definit cause

assignatio

assignatio in definitionē vltimā que est forma. Verū exēpli causa [illegible] adducitur in mediū mathe matica. Sed verborū cōstructio hoc modo habenda est propter q[illegible] num vel vt in rebus immo bilibus, quod quid est vltimū redigitur. Subintelligendū tamen e[illegible], quemadmodū ad vltimam enim rectū vel cōmē surabilis definitionē. Si quidē duo pūcta in circulo accepimus, eadem dixer mus hec duo puncta interse distare forsitā quinq; digitorū intervallo, deinde interrogatus. Vn de nā ipsi cognoscimus tantū inter ea comprehendi interstitiū. Respondebimus quia linea recta quā a puncto ad pūctum duximus tantū longitudinis capit. Sed si vltro interrogaret aliquis cur nō metiti sumus hanc intercapedinē iuxta descriptā circulo peripheriam, vel iuxta elicem. Respō debimus quia oportet mensurā esse definitā, & certam & quod est definitū ac certū minimum est, & lineam rectā minimū esse quippe que omniū lineatū habentiū terminos sit minima. Vn de hanc definitionē intelligentes, non vltro procedimus. Rursus dicere [illegible] mus hoc latus alteri cōmensurari posse. Si interrogabimur, Quamobrē latera sunt cōmensurabilia. Respōdebimus quoniā quā proportionē interse habet numerus ad numerū exēpli gratia duo ad octo, eandē retinet latera interse. Et si instabit qui interrogat dicens cur latera eā proportionē habent interse quā habet numerus ad numerū. Respondebimus quoniā hec est definitio eorū que possunt in uicē mensurari, Nā ea sunt cōmensurabilia que eadē mensura dimetiri queunt. Quemadmodū igitur quater duo metitur numerū octonariū, ita etiā vnū latus metitur alterū. Vnde cū addu cta fuerit definitio cessabit tolleturq; dubitatio & sūmatim omnis mathematica methodus seu docendi via causas ad definitionem vltimam aut ad communes conceptiones redigit.

AVT in hisce que fiunt ad materiam. Quod quidem igitur he sint cause & tot sint manifestum est.

Cū dixerit formalē efficientē & finalē causas & materiā inquit. Verū ait in hisce que fiunt ad distinctionē horum cōtra diuina & ea que vndequaq; sunt immobilia dico scilicet incorpora. Hec enim Plato vocauit semper existētia corporea autē nō existentia, sed facta in his igitur que fiunt naturalis adducet materiā, quoniā illa diuina sunt materiæ expertia & de his sola formam munus est Theologi tradere & minime materiā. Vel quoniā de aliis cāis subiecit exempli que animi ope cogitantur & mathematica sunt, quorū nihil existit per generationē. Nam mathema tice res immobiles sunt vt ipse dixit quo circa neq; generatio in eis spectatur, at in his que sunt naturalia omnino generatio & motus inueniuntur, sed ea que fiunt opere tū intellectus tū vo luntatis sine gnatione, vel nō fiūt aut si sunt in habitu intellectus versantur & sunt. Quū ergo in his materiā nō spectamus quoniā neq; generationē, idcirco inquit ad distinctionem contra hec naturalē allaturū redditurumq; materiā in his que fiunt. Quo in loco tū artificialia tum etiā na turalia facta aut que fiunt appellat. In his.n. materia prorsus assignanda est.

QVONIAM autem causæ quatuor sunt, omnes cognoscere nimirum ad natu ralē philosophum attinet, atque ad omnes ipsum propter quid redigens ipse materiam, formam, id quod mouit, & id cuius gratia naturaliter reddet ac assignabit.

Quod repetat sermonē de causis ob id hoc in loco plane indicatur inquit enim cū quatuor sint causæ omnium que fiunt causas in has quatuor naturalis rediget & cū attulerit de vnoquoq; propter quid has profecto assignabit causas. Et quum redegerit ipsum propter quid ad omnes scilicet materiā formā id q; mouit & cuius gratia natur aliter assignabit id est causam vniuscuius que cū tradiderit naturaliter in has quatuor rediget, recte dixit naturaliter, quoniā potest redu cere in easdē causas nō naturaliter nā de causa immobili differere nō amplius spectat ad natura lem, sed munus est Theologi quamq; & de separatis formis phisicus aliquādo disputet. Verū & Arist. in operibus naturalis philosophiæ aliquando de cā immobili differit vt in octauo huius operis libros atq; in libros de anima cū de mente separata que omnino seiungi [illegible] tur a corporibus preterea in libro de ortu interituq; tertio vbi & de causa immobili [illegible] [illegible] retuerit per naturales in calce & ad extremum posse commemorare causas [illegible] supra natu

TRES autem causæ in vnum plerunque ueniunt. Nam [illegible] & cuius gra tia unum sunt.

Tres causæ forma efficiens & finis. Recte dixit (plerunq;) quoniā he causæ nō semper in incidunt, quū neq; omne quod efficit simile sit illi q; gnignitur. Neq; enim Sol quia agit in

de iis ſermões multos agreſſi ſunt has quatuor cauſas querũt quas denuo numerat quid poſt, quidq;, que ſunt forma & cuius gratia. Nã his enim cõſiderat id cuius gratia natura operatur vt hominis natura cũ ſemẽ efficiat etiã tradidit quoniã gratia formæ humanæ vt permaneat ſperma ſemẽq; & omnia deinceps natura procreat que ſtatuit horũ omniũ finem formã humanã ſempiternã efficere quando quidẽ cuncta eſſe appetant. Sed cũ nequeant hic ſempiterna eſſe & eadẽ numero permanere ſucceſſione quadã machinanť ſempiterno. Et quid primũ efficit, ideſt efficientẽ cãm quoniã querit naturalis quid ſit, vnũquodq; naturale mouens proximũ & quid paſſum, ideſt que ſit materia que patitur ab efficiente & alteratur ac in formã ducitur. Querit in quã nunquid ſit ſperma, vel fætus aut aliquid ante hec, vt elemẽta quatuor, & ſi eſt ante hec elementa ſit aliquid quod patiatur & communiter omnibus ſit ſubiectum vel non.

DVPLICIA autem ſunt principia que naturaliter mouent, quorũ alterum naturale non eſt quippe, cũ non habeat in ſe principium motus. Atq; tale eſt ſi quid moueat & non moueatur ut id quod eſt penitus immobile, & quod eſt omnium primum.

Quoniã tulit naturalẽ ita inueſtigare cauſam efficientẽ quemadmodũ alias cauſas generationis nã querit quid ſit id ꝙ primũ mouit & quũ nõ interſit naturalis de omni cauſa efficiente agere. iccirco inquit cũ ſint duplicia principia mouẽtia & id ꝙ prorſus immobile eſt & id quod in ſeipſo habet principia motus & quietis, illud principiũ omnino immobile nõ eſt naturale alterũ vero naturale. Quãobrem nõ ſpectabit ad phiſicũ de omni principio diſſerere. Sed de ſolo naturali principio & quomodo aũt vtraq; principia mouent naturaliter & vtraq; non ſunt naturalia. Verũ nõ dixit hoc ꝙ ita principiũ mouẽs moueat vt naturalia moueri apta ſunt, ſed ꝙ mouetur ab eodẽ naturaliter mouetur, ſed nõ neceſſe eſt ita mouens mouet ſicut mobile mouetur. Sol profecto nos alterat ipſe tamẽ nõ alteratť motus calefacit ipſe tamẽ nõ calefit flagellũ cicatrices vulneraq; efficit & tamẽ ipſum nõ eſt vulnus neq; vulneratur. Hoc igitur modo in his eſſet quia naturaliter mouent, & tñ naturale nõ eſſet. Huiuſmodi aũt eſt anima noſtra que cũ mouet nullo motu moueť eſt mouẽs ipſum animal & adhuc ipſum corpus diuinũ. Nã mouet nos & ipſum nõ moueť omnium autẽ primũ vocat id ꝙ circũducit ſpherã ſtellarũ fixarũ quod etiã primũ in dudoecimo metaphiſices volumine appellauit. Poteſt quoq; intelligi primũ omne id quod ſuũ cælũ mouet, & illud ſummum eſſet maxime omnium mouentium primum immobiliter.

ET ipſum quid eſt, & forma, eſt enim finis & id gratia cuius cetera fiunt.

Cũ dixerit alterũ mouentiũ quod etiã immobile appellauit, adiecit reliquũ ꝙ in ſeipſo initiũ motus & quietis habet quod ſane forma eſt. Nã hoc principiũ eſt id quod mouet alterat & ad generationẽ materiã ducit, mouet autẽ nõ modo vt cauſa efficiẽs, ſed etiã vt finis, quoniã hunc natura appetit huncq; aſſequi vult diximus autẽ ſepenumero tres cauſas in idẽ incidere. Quãobrẽ ſpecies & forma cũ eſt in patre vt cauſa efficiẽs mouet materiã atq; vt finis & id quod appetitur. Itẽ in ceteris motibus qui ſunt ad aliquod accidẽs, forma etiã mouet quod in ſeipſo tenet principiũ motus & quietis. Nã homo per formam ad tantã creſcit molẽ & taliter alteratur, ſimiliter animalia diuerſos motus in loco habẽt & nõ per materiã quippe que etiã mouetur, ſed per formã.

QVARE cum natura alicuius gratia faciat & hãc ſcire oportet, ac ipſum propter quid omnino aſſignandum eſt:

Quoniã natura inquit alicuius gratia agit (vt demonſtrabitur) oportet naturalẽ ſcire naturã ac ei operepretiũ eſt cũ interrogatus fuerit de rebus naturalibus quãobrẽ hec ſint cauſas dictas afferre. Niſi enim natura omnia ageret alicuius gratia non opportunus eſſe ſermo de quatuor cauſis quo cõplecterentur omnes rerũ naturaliũ cauſe ſufficit enim ſcire duntaxat cauſam efficientem & materialem. Sed denuo repetit numerum cauſarum.

VELVT ex hoc neceſſe eſt hoc fieri. Ex hoc aũt hoc, aut ſimpliciter ẽ aut plerũq;.

Ex homine enim homo naſcitur (vel ſimpliciter, vel plerunq;.) Simpliciter quidem ex hoc fit hoc in ſempiternis quoniã ſecundũ neceſſario ſequitur primũ, plerũq; autẽ in his que generantur, nam plerunq; homo fit ex homine. Verum hoc dicit propter monſtra.

ET ſi hoc eſſe debet, ut ex prepoſitionibus ipſa concluſio.

Finalẽ inquit cauſam. Ná velut ſi futura ſit forma oportet prorſus preexiſtere materiá. Ita ſi hec concluſio fieri debet opus eſt vt preexiſtant propoſitiones.

ET quia hoc erat quidditas ipſa. Et quia melius eſt hoc modo non ſimpliciter, ſed ad ſubſtantiam uniuſcuiuſq;.

Formá inquit. Ná interrogatus naturalis quur Socrates ſit rationalis. Reſpondebit quoniam hec eſt forma atq; definitio hominis, animal rationale mortale diximus autẽ ſepenumero hanc cauſam incidere ſimul cũ fine. Et quoniá hoc modo melius eſt exempli gratia expedit homini magis vti manibus ſane inſtrumento rationis & equo vti quatuor pedibus. Inquit ergo vniuſcuiuſq; melius aſſignandũ eſſe. Verũ nõ promiſcue & generaliter vt hoc bonũ ſit, uel nõ ſit, ſed id q; maxime ad cuiuſcunq; ſubſtantiá conducit. In naturalibus itaq; quatuor cauſe inueſtigáde perquirẽdeq; ſunt. In mathematicis vt ſepe diximus vna duntaxat formalis. Quoniá mathematicus neq; materiá neq; efficiẽtẽ perridiculũ enim dictu eſſet. Si hoc tale bonũ circulo adeſſe diceremus. ſ. habere lineas que a cẽtro proficiſcuntur equales tũ etiam magis, quia mathematica nõ ſubſiſtunt proprie neq; propriam habent ſubſtantiam, ſed cum ope aliorum ſint animus ea abiũgit, ſeparat, de illis igitur omnes cauſe perquirẽde inueſtigádeq; ſunt quibus ipſe inſunt.

DICENDVM eſt igitur primo quidem naturam ex his eſſe cauſis que alicuius gratia faciunt. Deinde de neceſſario quomodo ſeſe habeat in naturalibus rebus. In hanc enim cauſam omnes redigunt. Nam calidum & frigidum & unumquodq; talium ſuapte natura ſit tale, hec neceſſario & fiunt ac apta ſunt.

Cum dixiſſet in ſermonem de caſu & fortuna, naturá agere alicuius gratia, ſecundũ autẽ eſt quomodo ſit in rebus naturalibus neceſſariũ, quoniá cum primũ ineſt oportet vt etiá ſecundũ ſit, vel econtra cum ſecundum fuerit neceſſe etiam eſt vt primum ſit, vt eum materia fuerit talis nunquid neceſſe ſit vt forma ſit talis, vel ecõtra quia forma talis eſt an neceſſe ſit vt materia talis habeatur. Et nunquid ſi forma eſt ex neceſſitate ſequatur materiam eſſe. Hec igitur ſunt ea que ſita que explicaturus eſt Ariſt. Verũ imprimis querit q; natura agat alicuius gratia. Et vt oſtẽdat hanc queſtionẽ opportuná eſſe in primis contrariũ oſtendere periclitatur & ambigit, quoniá videtur natura nihil agere alicuius gratia probat autẽ exemplo. Inquit enim quemadmodũ Iupiter pluit nõ vt triticũ huius creſcat neq; vt alicuius alterius id q; eſt in area diſſipetur, ſed decidat q; ex materie neceſſitate propterea quod oportet vaporẽ ſubeuntem calori refrigerari congelariq; hieme & congelatũ in aquam verti & denuo in aqua concurſum in imbrẽ decidere quod quidẽ ſit ex neceſſitate adeo vt accidit huius triticũ adoleſcere, vel id quod in area collocatur interire quoniá nõ ob id aqua differtur deciditq; ita quid vetat in his que natura conſtant vt partes animaliũ alicuius gratia fiant & nihil natura operetur neq; gerat, velut dentes anteriores acuti qui apti idoneiq; ſunt ad ſcidendũ cibũ & maſillares latiores validiſſimi vt eundẽ molant & extenuant qui ſane nõ aliqua intentione aliquoq; fine ita natura conſtituti ſunt vt priores ſecent & maſillares attenuent, ſed ita idonei aptiq; natura inſtituti ſunt neceſſitate materiæ accideret etiá vt huiuſmodi dentiũ collocatio ſit & ita illi ſe habeant tanq̃ huius rei cauſa facti ſint vt ſcilicet anteriores aptiſſimi ſint ad ſcindẽdum cibũ & maſillares ad extenuandum eodẽ etiá modo in aliis partibus videre licet quecunq; vidẽtur eſſe alicuius gratia facte vt E par ad digerendũ & transmutandum cibũ, nerui ad cõiungenda cõnectendaq; mẽbra & vene ad deducendũ vndiq; ſanguinẽ vt ſingule partes ſimiliter nutriantur. Vnde in omnibus ita dicendũ eſt. Idcirco inquit quecũque hoc modo fiunt perinde alicuius gratia fierent ita ſeruátur, alia vero interire quecunq; nõ ita facta ſunt accõſtituta vt monſtra. Dubitatio igitur hactenus pergit. Ceterũ ipſe pluribus argumẽtis oſtendit naturá alicuius inſtituto & gratia agere, & primũ oſtendit in ſecunda figura, hec que ipſi veteres dicunt dico ſcilicet pluuia animaliũ partes & id genus neq; a fortuna neq; a caſu produci deinde per ſyllogiſmũ hippoleticum demonſtrat eſſe alicuius gratia omnia. Item in tertia figura oſtendit quedá eorũ que natura cõſtant alicuius gratia gnigni quod quidẽ demõſtrare proponebat, talis ergo eſt primus ſyllogiſmus, pluuia ſingule partes animaliũ vel ſemper eundẽ tenorẽ eundẽ curſum ſeruant, vel plerũq; ſeu ex maiori parte illũ tenent. Sed caſus & fortuna ideſt que fiunt caſu & fortuna neq; ſemper eundem tenorem curſumq; & ex maiori parte neq; plerunq; obſeruant, Ná demonſtrauimus hec raro accidere igitur pluuia & cuncta que na

tura subsistunt neque a casu neque a fortuna fiunt. Quod vero pluuia & cuncta que natura subsistunt alicuius natura sint ostendit syllogismo hippotetico in quo destruit vnum & reliquum cõfirmat, pluuia enim & cũcta que natura constant, vel ex quodã accidente sunt appello accidens casum & fortunã, vel alicuius gratia. Sed ex accidente nõ sunt, vt demonstrabatur superiore syllogismo, igitur instituta sunt alicuius gratia. Quod etiã que natura existũt alicuius gratia facta sint hoc modo in tertia figura demonstrat pluuia & singule partes animalium & illius generis omnia natura producũtur & sunt, adeo quod si illis datur licetia dicendi & ipsi fatebuntur hec profecto natura produci atq; esse quãq̃ negarent naturã hec alicuius gratia efficere, sed idipsum est quod in questione proposuimus si quod natura agit id alicuius gratia efficit. Vnde imbres & partes animaliũ natura sunt ac subsistunt imbres & partes animalium alicuius gratia sunt & subsistunt, nã idipsum syllogismo hippotetico superiore demonstratũ est ergo quedam eorũ que natura sunt ac subsistunt alicuius gratia sunt. Hoc igitur modo syllogismus iuxta primã inuasionẽ ostendit naturã agere alicuius gratia secundo impetu cõgressuq; idẽ ostẽdit hoc modo imprimis accipit duas dignitates primã accipit quoniã in quibus inuenitur aliquis finis in quẽ desinit motus qui quũ continue tendat in illum finitur & sistit, in his etiam omnia que ante finẽ suscipiuntur alicuius gratia facta esse videntur, vt artis ædificandi finis est domũ ædificare, ante quẽ omnia que aguntur alicuius gratia aguntur vt lapides cõtundere, intritũ q; reddere, ligna cædere polireq; & regulas fingere & omnia alia que ad condendã domũ requiruntur. Secunda dignitas est vt si que fiũt arte natura produci possent neq; ipsa natura secus artificialia cõderet quã aptissime edificanda sunt, vt si natura nauigium cõdere posset ligna caua efficiens ita eadẽ cõponeret & fingeret vt modo ab arte fieri solent, quo sane nihil sapiẽtius clariusq; conijcere & excogitare q; possumus. Rursus si que a natura facta sunt possent etiã ab arte effici dubio procul eadẽ sic ars cõderet velut natura efficit vt homo quod si vt ea que natura efficit ita ars cõstrueret & natura artificialia efficeret vt modo ab arte fiunt neq; omnino discrepant. Hee igitur sunt dignitates ex quibus ostẽdit hoc modo naturã alicuius gratia aliqua efficere. Si enim artificialia natura fierent ita cõstituebantur vt impresentia constituuntur. Et in artificialibus omnia que ante finẽ aguntur finis gratia fiunt igitur & in naturalibus cuncta que precedunt finẽ gratia ipsius a natura fiunt, rursus si naturalia ab arte fierent ita gnignerentur quemadmodũ impresentia producũtur. Sed ars omnia que ante finẽ exercet alicuius finis gratia efficit ergo & natura hoc modo impresentia cũ aliquid ageret vt ars condidit & ædificauit certe omnia que precedunt finẽ illius gratia afficeret, ergo natura alicuius gratia agit. Verũ Arist. nõ videtur mihi sane recte que hoc argumentũ fecisse. imprimis quia prima dignitas nõ videtur recte accipi in qua sic dicitur in quibus est aliquis finis in his etiã omnia que precedunt finẽ gratia eiusdẽ aguntur quo in loco de quo enim fine loquitur? Nã si omne extremum simpliciter & id in quod recidunt motus finẽ appellatur ratio falsa est. Nã ipse testis est qui prius dixit se non appellare quodcunq; extremũ finẽ. Sed id q; melius est, qua propter accusabat arguebatq; Euripidẽ dicentẽ mortẽ esse finẽ cuius gratia aliquid nascebatur. Non. n. quia vnus quidam est & continuus vitæ motus vsq; ad mortẽ neq; quoniã mors est huius motus extremũ idcirco cuncta que exercentur ante mortem gratia mortis tractantur. Neq; nauis quoniã nimio pondere septa est in naufragium inciderat ob id onerabatur, vt in naufragiũ incideret. Itẽ neq; portẽta quia sunt quiddã extremũ preter naturã & finis idcirco omnia que precedunt hunc finẽ gratia huius finis fiunt quippe natura non intendat finẽ preter naturã neq; habeat propositũ & intentionẽ procreandi mõstra. Vnde alia infinita hoc modo se habent. Verũ si finẽ nõ simpliciter extremũ appellauerit, sed bonũ & id cuius vocatur gratia ipsummet quesitũ velut cõcessum accepit. Nã querimus si huiusmodi sit finis in his que natura producũtur quod gratia cuius appellatur & iã hunc si natura intẽdens omnia ante ipsum efficiat eiusdẽ gratia. Verũ nunq̃ generaliter erit vera hec dignitas quoad secundũ significatũ quo proprie finis accipitur neq; prorsus ea que ab Aristo. dicũtur cõgruunt his que natura cõstant, sed his que arte gerũtur, in quibus etiã dignitas vera est. Nã cum quidã in rebus artificialibus cõstituitur finis quẽ ars intendit atq; cõcipit ipsa profecto omnia que hunc finem precedunt eiusdẽ gratia efficit. Hec igitur hoc modo sequuntur & vera habentur cetera autem minime vera sunt quoniã & si artificialia fierent a natura & eo modo fierent ab ea quemadmodum impresentia ab arte gerũtur, attamen nõ ob id necesse est vt si ipsa ars efficit alicuius gratia vt etiã ipsa natura eodẽ modo cuncta efficiat. Et enim si ars aliqua portenta efficeret, ante que vt ante finẽ omnia que ipsa efficeret eorum gratia prorsus ageret nõ tamen ob id quia natura portenta modo efficit que ars agit omnia que illa precesserunt eorũ gratia duxit. Si quidẽ non si na

turæ intẽtio portenta procreare, quippe talia sint preter naturá & peccata deliquiaq; naturæ. Vnde ipsa neq; alicuius gratia neq; naturæ finis sunt neq; necesse est si ars alicuius gratia aliquid efficit vt eodẽ modo natura efficit & si apta essent fieri alicuius gratia. Hec hactenus dicta sint. Ceterũ inquit artẽ imitari naturá eiusq; famulũ ac adiutricem esse imitatur enim naturá, vt ars cõdendi statuas, famula autẽ eius atq; adiutrix est medicina. Ná cũ natura vult verbi gratia excremẽta eiicere que cũ nõ possit ars simul operatur atq; iuuat clisteriis & similibus. Si ergo ars æmula & adiutrix naturæ alicuius gratia aliquid agit multo magis princeps & exemplar dico scilicet natura, alicuius gratia sua procreabit. Sed neq; hoc in loco hec dici verissime possunt, quoniá si ars ad monstrũ fingendũ depringendumq; naturam, imitatur deinde omnia que simulacrum monstri precedunt illius gratia fecerit iam necesse nõ est vt ipsa quoq; natura intentionẽ & finẽ sibi statuat portentorũ productionẽ & omnia que ante illa fiunt eorũ gratia faciat. Et si penitus quicquid arte factum conditũq; esset natura efficeret nõ alicuius gratia, quid incõmodi absurdiq; sequeretur quũ etiam peritia medicine vna cum natura aliquid operetur & huius rei causa cuncta efficiat quod tamẽ natura eodẽ modo nõ efficit. Postremo adducit argumẽtũ quo apertissime ostendu naturam efficere omnia alicuius gratia. Videmus enim vt ait pleraq; animalia que tamen neq; arte neq; consulto, sed solo affectu agunt cuncta alicuius gratia persequi. Nam animaliũ naturæ vt Hippocrati videtur sunt rudes sollertiæ & rationis expertes. Porro aranea nõ temere arachneam struit, sed alicuius gratia, cũ ibi venetur alimentũ & incolat harũ rerũ gratia cuncta que prius æger at suscepisse videtur. Itẽ hyrundo, non frustra vtiq; nidum cõdit. Sed alicuius gratia quapropter paleis stramẽto lutũ munitissime connectit & formã capacissimam & munitissimá constituit. Similiter ẽt sunt apes admiratione dignissime quod locũ sexangularẽ sibi constituunt quod etiá nihil incassum efficiunt. Sed quis nidũ alcionũ in aquis positũ nõ admirabitur quem aqua iuxta ipsa litora decurrẽs minime euertit multa etiá alia de formicis tum etiam de multis aliis ad huius argumenti confirmationẽ adducere possumus. Sed quid loquor de animalibus quãdo in plantis natura cũcta efficit alicuius gratia. Et enim folia fructuũ cooperiendi protegendiq; causa efficit ne a vẽtibus procellis imbribusq; ledantur. Et cũ radices huius finis gratia scilicet alimoniæ capiunde procreat, easdẽ imo loco & non alto produci statuit vt quã cõmode ex ipsa altrice terra alimentũ haurirent. Si igitur hec natura producta non forte quadã neq; temere, sed alicuius gratia fiunt consentaneũ rationi est vt idẽ in cunctis rebus natura efficiat ad textũ ergo. Alicuius gratia igitur natura agit & nõ vt sors tulit. Ná cũcti ad hanc causam redigunt posteaq̃ calidũ idoneum sit frigidũ & cetera huiusmodi. Primũ inquit problema hoc nobis propositũ sit quomodo necessarium in rebus naturalibus collocetur nunquid forma necessario materiá sequatur vel ecõtra. Et merito hoc querimus quoniá veteres necessitatẽ ad materiam & nõ ad formá reduxerunt. Verũ quum dicit ad hanc causam redigunt ad quá causam induxit dicens calidũ frigidum & huiusmodi alia que sunt materiales cause. Sed quia inquiunt calidũ tale & frigidum tale dicit ob id hoc fiebat, vel quia ex athonis cõstituebatur & vnusquisq; simpliciter quam materiam statuebant hac ratione causas eorum que fiunt asseruerunt.

ET enim si aliam causam dixerint hic concordiam & discordiam, ille mentem, tangunt illam duntaxat deinde ualere sinunt.

Vt nequis dicat Anaxagorá causam eorũ que fiunt mentẽ statuisse & Empedoclem, odium & amicitiam & non simpliciter tradidisse vniuersum ex causis materialibus ob id inquit. Quod quamq̃ aliquas causas efficientes supposuerint quantũ tamen attigisse videntur de his solũ in genitura mundi mentione fecerunt, quas cũ de generatione rerũ particulariũ agerent minime attigerunt. Sed vnusquisq; afferebat materiá quam statuerat. Hic quidẽ similaria causas esse dicebat, hic vero frigidũ & calidum. Hec quoq; Plato ante Arist. Anaxagoræ obiecit quoniá quẽ admodum excitauit alios philosophos huius rei ignaros causam geneturæ mundi mentẽ instituens eo quod res suo ordine collocarat ita mentem occultauit cum similaria causas esse posuit que apud eum rationem materiæ obtinebant.

HABET autem dubitationem quidnam prohibet naturam non alicuius gratia facere, neq; quia sic est melius, sed perinde atq; Iuppiter, non ut frumentum augeat, sed necessario pluit. Quod enim eleuatum est id frigefiat oportet, & quod frige factum est, id aqua iam factum descendat necesse est. Accidit hoc pacto frumentum incrementa susci-

pere.

pere. Similiter & si cuiuspiam frumentum in area pereat nō huiusce gratia pluit ut illud pereat, sed id accidit. Quare quid prohibet partes etiam in natura sic se habere ueluti dētes anteriores quidem acutos aptosq; ad diuidendum, geminos autem latos atq; utiles ad cibum terendum necessario ortos fuisse. Nam non huiusce causa tales sunt orti, sed accidit. Eadem & de ceteris putanda sunt partibus que alicuius gratia constare uidentur. In quibus igitur accidit, ut omnes perinde sint orte atq; si alicuius causa fierent ea conseruata sunt a casu congrue constituta. In quibus autem id nō accidit ea periere ac perdita fuerunt, ut Empedocles dicit animātium ea que ex hominis partibus bouisq; constabant. Atque ratio quidem qua quispiam dubitauerit hec est & si qua sit alia similis. Impossibile autem est hec ita sese habere.

Cū posuisset quesita hoc in loco circa primū dubitat nūquid ipsa natura alicuius gratia non agat, sed queādmodū Iuppiter pluit nō vt triticū increscat, sed ex necessitate, cur ergo non asserimus triticū adolescere per accidens & pluuiā non alicuius gratia, sed ex necessitate fieri. Siquidē oporteat vaporē sursum eleuatū simpliciter refrigerari. Itē si penitus aliquid fit per accidēs ab ipsa prouidētia, nūquid funditus id a prouidētia cognoscat̄ questione dignū est. Dicimus ergo cū prouidentia vniuersum regat nihil fortuna neq; vt sors tulit produci euenireq;. Sed cuncta alicuius boni gratia fieri preterea neq; prouidētia agere aliquid per accidēs. Est igit̄ in pluuia quoddam etiā mundi bonū. Nā ob mūdi permanētiā constitutionē motus elemētorū in girū orbēq; fit. Et enim quecunq; mansionē habent & perdurant hec sane in orbem circūducuntur dico. s. ipsa cælestia. Vt igitur & ipsa elemēta permaneant in orbē mouētur, quocirca ex terra aqua & ex aqua aer & ex his ignis ex quo rursus aer ex aere aqua et ex aqua terra vicissim mutuoq; generatur, & in idē ex quo initiū traxere reuertunt̄. Quod quidē orbiculari motu circūvehitur id ab eodē in idē redit. Preterea quoddā particulare bonū perpendendū considerandūq; est, siquidē iuxta vniuscuiusq; rei meritū quedā taliter ac taliter a prouidētia extrinsecus afficiantur & decorentur. Verum prouidentia per se cunctis benefacit, accidit autem iuxta nostra merita taliter atque taliter affici & pati, per accidens igitur factum est in his que patiuntur minime autem in his que agunt. Quod quidē fieri non potest siquidē id quod efficit per se agat & id q; patit̄ nō per se patiatur. Sed interdū per accidens. Vt si Plato in concionē cætūq; vtiles orationes facturus esset quo animo propositoq; cūctis auditoribus plurimū conducere sperasset quidā vero cōcioni presens qui alterius negocii cā huc aduenerat nulla intētione nulloq; proposito, sed fortuna adductus vt auditurus emolumentū assequeret̄ is sane per accidens vtilitatē cōsequit̄ Plato tamē per se illi prodesset, qm̄ ille nō adhibita intētione, sed fortuna vtilitatē nactus est. Plato autē ex intentione ac de industria nō nihil auditoribus cōtulit quippe qui decreuerat cunctis prodesse qui concionem audituri essent. hoc quoq; modo cū sol oriretur vt cuncta illustraret. Si quis autē ad forum nō vt illustret̄ illuminaturq;, sed alteri? negocii cā pficisceret̄ p accidēs. n. luceret & sole illustrāte ac illumināte per se. Hoc modo igit̄ mirū nō est cum fuerit aliqua simpliciter prouidētia que omnibus p se & nō p accidēs benefacere velit, si p accidēs triticū corrūpat̄, vel augeat̄ qm̄ hoc illi non erat propositum vt simpliciter cresceret, vel in area dissiparetur, sed iuxta meritum eorum quib? ipsa benefacit per accidēs hec fiūt. Vbi igit̄ acciderit vt omnia fiāt perinde atq; alicuius gratia fierēt ea qdē cōseruarent̄ a casu aptissime cōstituta. Inqt si natura nihil alicuius gr̄a ageret, sed aliquomodo fortuna. Hic quidē accidit ita aliquid ab eadē fieri queādmodū si hoc ipsoꝝ de industria alicuius gratia efficeret, Vbi omnia que ad salutē cōseruationēq; se habēt conseruarētur eadē etiā (inquiūt) cōseruantur casu ad conseruationē aptissima, sed quecūq; ita fieri nō possunt aboleri perireq; necesse est, qualia sunt portēta vt Empedocles dixit Bouigena & prora viri, Empedocles cū dixisset omnes species in sphero misceri qui in prima illa separatiōe rerū a sphero & principio genituræ mūdi anteq̄ omnia perfecte a sese mutuo dissociaret atq; abiungeret nō nulla mixta animalia fieri dixit qualia fabule narrant centauros fuisse qui ab vmbilico vētreq; vsq; ad imas corporis partes equi formā retinent, & ab eodē vsq; ad superiores. s. ad caput effigiem hominis habēt. Hoc modo & Empedocles, priusq̄ rerū species a sese mutuo lis pfecte seiūgeret asseruit quedā animalia cōmixta pduci, quorū nōnulla Bouigena & pra viri appellauit. Verū pra viri inqt. i. ea quorū partes supiores q̄. s. vergunt ad caput hois effigiē habēt. Nā pra est interior Textus

nauigii pars,reliqua vero partes formā bouis habent.Vnde in ſphero nō ſolū mixura elementorū inuicē collocatur,ſed etiā partium animaliū igitur omnia cū abiungerentur ita diuiſa ſuis vt ſors cōcedebat locis recipiebantur.Et cum ſepe ad caput bouis hominis effigies aut ad alias partes conueniret exiſteret ac in cunctis vt ſors tulit ſic fieri contingebat. Quecunque igitur partes inquit ita coniuncte erant adeo cōiungebantur perinde alicuius gratia cōuenerint in vnū & cōnexeq; fuerint velut impreſentia hominis ac vniuſcuiuſq; animalis partes inter ſe conueniunt cōnectuntur & quoniā ſimul cōcurrunt ad mutuā conſeruationē idcirco cōſeruatur eorū cōſtitutio & coagmentū. Verū quecūq; ita in vnū cōuenerint cōcreta fuerint vt ſeſe mutuo iuuare nequeant ac cōſeruationē hec intereūt atq; accidūt qualia ſunt Bouigena & prorauiri cū huiuſmodi nō ſimul ad mutuā cōſeruationē cōueniant. Vt ergo ipſe inquit partes animaliū alicuius gratia nō ita cōſtitute ordinateq; ſunt tamen accidit in vnū fortuna cōiungi ac ſi alicuius gratia coniuncte facteq; fuiſſent. Inquit ergo hoc modo veteres negaſſe naturā alicuius gratia agere, quoniā quecūq; quidē ita efficit perinde atq; alicuius gratia efficeret, hec ſeruantur,quecunq; autem nō ita cōſtituta ſunt hec ipſa intereūt vt Empedocles bouigena & prora viri dixit. Hec.n. quū nō ita fiant perinde alicuius boni gratia facta ſint intereunt neq; ſeruantur. Exempla igitur de portentis que empedocles dixit,indicant ipſum aſſeruiſſe portēta que ab exordio conſtitutionis facta fuerunt non conſeruari neque permanere.

HEC enim & omnia que natura conſtant aut ſemper aut plerunq; ſic fiunt.

Primus Syllogiſmus quoniam imbres & dentes ac generaliter partes animalium vel ſemper eodem modo ſe habent vel vt plerunque.

AT nihil eorum hec pacto fit que a fortuna caſuq; proficiſcuntur. Neq; enim hieme crebro pluere fortuito caſu uidetur,ſed ſi id fiat cum ſol eſt ſub cane. Neq; cauma ſub cane ſed ſi in hieme fiat.

Neq; ſemper eodem modo ſe habent neq; vt plerunq; igitur fiunt a caſu.

SI ergo ea que fiunt aut a caſu aut alicuius gratia fiūt,ſi impoſſibile eſt hec aut a fortuna eſſe aut a caſu alicuius profecto gratia erunt.

Secundus Syllogiſmus hippoteticus ſecundū diuiſionē imbres enim & partes animaliū vel a fortuna vel alicuius gratia fiunt atq; cū demonſtratū ſit ea nō fieri a fortuna ergo alicuius gratia fiunt. Vocat autē caſum,vel accidens idq;, vel caſu vel fortuna aduenit acciditque quamobrem accidens incurſuſq; ſiue caſus promiſcue de fortuna & caſu predicatur.

AT uniuerſa talia natura ſunt & ut ipſi dixerint qui hec dicunt. Eſt igitur in hiſce que natura fiunt & ſunt id quod alicuius gratia fit.

Tertius Syllogiſmus in ſecunda figura. Hec omnia ſunt natura. Hec omnia alicuius gratia quedam igitur eorum que natura fiunt alicuius gratia fiunt.

PRETEREA in quibus eſt aliquis finis,in his & id quod prius & in quod deinceps agitur huiuſce gratia agitur.

Secundū argumentū adducere vult vnā aſſumit prius earū dignitatū quas diximus, in quibus(inquit)finis eſt eorum que fiunt in quem motus finitur & abſoluitur, cum continue fit,in his etiam cuncta que ante finem habentur gratia finis aguntur.

VT igitur agitur ita eſt aptū agi, & ut eſt aptū agi ſic unumquodq; niſi quid obſtet agitur. At alicuius gratia agitur,igitur aptū eſt illius gratia agi ueluti ſi domus ex his eſſet que natura fiūt ſic utiq; fieret ut nūc ab arte cōficitur. Quod ſi ea que natura fiunt non ſolum natura,ſed etiam arte fierent eodem modo conficerentur quo apta ſunt confici.

Secundam dignitatem adducit, quoniam ſi artificiale a natura fieret ita aptum eſſet confici. Velut ab arte cōficeretur. Et ecōtra que natura fiūt ſi etiā arte fierēt ita cōſtituerētur queādmodū

si naturę producerētur alioquin si ita non fierent neq; cōseruantur. Verum id (nisi aliquid obest agitur) adiecit ob ea ærrata & peccata quę tum in artificialibus tū etiam in naturalibus, vel ex ipsa materia, vel ex aliquo extrinsecus accidente fiunt. Si ergo ars & natura sua opera alternatim efficiunt seu opera sibi vicissim mutuant ergo si ars alicuius gratia omnia efficit natura quoq; & si artificialia ægerit eodem modo ageret rursus si ars naturalia fecerit manifestum & vt alicuius gratia omnia efficiat. Ars enim generaliter omnia alicuius gratia facit. Cum igitur eadem natura modo efficit tanquam ars conderet nimirum & ipsa omnia alicuius gratia efficit.

ALTERVM igitur alterius gratia conficitur.

Idest ea quę fiunt ante finem gratia finis aguntur. Nam hoc modo ars omnia operatur.

ATQVE ars omnino alia perficit quę natura nequit perficere, alia imitando naturā facit. Si ergo ea quę arte cōficiūtur alicuius cā fiunt, & ea profecto quę natura fiūt alicuius gratia fieri constat, priora nanq; posterioraue similiter inter sese habēt in hisce quę arte, & in hisce quę natura conficiuntur.

Alterum argumentum adducit. Nam medicina bonam valetudinem deiectionem alui & carnis restitutionem operatur quę natura agere non potest, imitantur autem naturam fingendi & pingendi artes. Si ergo ars adiutrix naturæ est, & eiusdem simulacrum aliquid alicuius gratia efficit ergo multo magis exemplar.

MAXIME autē id patet in animalibus aliis quę neq; arte, neq; discursu, neq; deliberatione faciunt. Quapropter & sunt qui dubitant utrū mēte uel alio quodā principio aranee, formice ceteraq; huiusmodi animalia operentur. Procedenti etiam ulterius, & in plantis ea quę conferunt ad finem fieri hoc pacto uidentur. ueluti frōdes fructus tegēdi causa. Quare si natura gratiaque alicuius hirundo nidulum extruit, araneus araneam texit, plantę denīq; frondes gratia tegēdorum fructuum explicant, radicesq; non sursum, sed deorsum emittunt sumendi causam nutrimenti patet esse causam talem in hisce quę natura gratia fiunt & constant. Atq; cum natura sit duplex, altera quidem ut materies, altera autem ut forma, & hęc sit finis, gratiā uero finis cetera fiant, hęc ea est profecto causa, cuius cetera fiunt.

Procedendo accedit ad efficatiora argumēta. Inquit, quid enim dico de animalibus rationalibus quę arte aliquid efficiunt quorū argumento diximus naturā alicuius gratia agere quum manifestissime natura in animalibus irrationalibus omnia alicuius gratia agat huius inditio sint gnoq; sunt Aranea hyrūdo & similia quę cū natura & nō ratione operētur nihil tamen temere incassumq; efficiunt. Quapropter nōnulli ambigunt nunquid hęc natura operētur an ratione quedā. Et inquit, quid ipse aio de animalibus quādo quidē in plantis etiā spectemur naturā omnia alicuius gratia facere nā ipsa radices imo loco cōstituit alimenti causa, cum os altrici adaptauerit folia autē supremo collocauit ad tegendū & conseruandū fructus. Ex his omnibus igitur quomodo perspicuū non est vt ea omnia quę natura fiunt alicuius gratia producātur. Sed etiā vlterius procedendi. Nā cum prius rationē fecerit in hominibus deinceps descendit ad animalia irrationalia & postremo hac via proficiscitur ad plantas. Et cū natura duplex sit alia vt materia alia vero vt forma. Posteaq; ostēdit naturā alicuius gratia agere vult modo explicare quid illud sit cuius gratia omnia efficit quidq; illud sit quod ipsa intendit, & inquit naturā agere omnia gratię formę naturalis quę etiā ac eadem est naturę. Dixit autem efficientem causam, finalem & formalem plerunq; in idem venire. Quamobrem natura cum agit & cuncta efficit alicuius gratia certe egit gratia naturę non illius tamen quę materia est sed illius quam formam appellamus. Verum cum principio fere naturam duplicem esse dixit formam scilicet & materiam, impresentia indicat patefacitq; de qua natura sermo ipsi habendus erat quoniam non de natura quę materia dicitur sed de specie erat & forma dicturus.

FIT autē & in hisce peccatū quę per artes cōficiūtur. Scripsit enim grāmaticus nō recte, & potionē medicus nō recte porrexit. Quare patet & in hisce fieri posse quę natu-

ta cōficiūtur. Quod si aliqua sunt in arte in quibus iā quod recte fit alicuius efficitur gra
tia? in his autē que peccantur, gratia quidē alicuius ars aggreditur facere, sed nō assequi-
tur illud, similiter & in naturalibus erit & mōstra peccata erūt illius ꝙ alicuius gratia fiūt.

Cū ostendisset naturā omnia alicuius gratia efficere eo argumēto quo natura est in his que
plerūq; fiunt & eo quo multa que naturā emulantur, alicuius gratia omnia agunt, atq; ex reli-
quis. impresentia dubitationes que adducebantur contra antedictū Theorema persoluere vult.
Nā ambigebant si natura cūcta efficere tali cuius gratia quadere ꝙ sepenumero aberrat & non
semper assequitur propositū. Respondet igitur ad hoc, non ob id existimandū esse naturā non
agere omnia alicuius gratia sed vt sors tulit, quia fallitur & peccat, cū aliquādo & ars que perspi
cuo omnia efficit alicuius gratia sepenumero aberret ob prauā subiecte materie aptitudinē. Et
enim qui scribit cū belle recteq; scribere debeat sepe ob cartam que densa est vel propter auaritiā
vel propter prauā dispositionē atramenti ab intentione abest & peccat. Similiter & pictor eadem
fert vel ob malā colorū vel tabule aptitudinē in qua depingit. itē medicus cum studeat iuuare &
alicuius boni gratia videatur purgationē instituere, vel ob proprietatē subiecti corporis quā scire
nō potest, vel ob imtemperati aeris iniuriam aberrat aliquādo, qui tamen tradidit purgationem
alicuius boni gratia eodē igitur modo, si etiā natura interdū non assequitur suam intentionem,
non ob id eximenda excipiendaq; est vt ipsa nihil alicuius gratia efficere asseratur. Sed cum plu-
runq; intentionē assequatur & quā rarissima sint ipsius peccata, ob id credendū est ipsam agere
alicuius gratia. Nā cum eque accusandæ sint ars & natura cū aberrent & peccent, nefas esset na-
ture adimere facultatē agendi alicuius gratia, ob peccatū & arti non auferre. Vel ergo ea facultas
vtrisq; demenda est vel nulli earū detrahenda. Si ergo arti non eripimus, id cuius gratia, igitur
neq; nature. Sed qui nature adimunt id cuius gratia dicitur exemplo empedoclis vtuntur quo
ille dixit ab exordio mūdi, bouigena & prora viri collocari in illis primis constitutionibus rerū,
at earundem, argumēto rationē probauit. Inquit veluti enim natura omnia alicuius gratia agit
quemadmodū & quando ab intentione aberrauerit nō longe abest a sua intentione sed quo ad
fieri potest illam attingit. Siquidē nunq̄ ex homine Platanū generet vel lapidē vel ficū. Sed sem-
per homo ex homine prodit que si aliquādo ob prauā materie dispositionē aptitudinēq; homi-
nem procreando aberrat animal profecto producit & non plātā vt dicebā vel lapidē, que si etiam
animal procreare poterit animali affinē proximāq; efficit carnē ipsam. Rursus ficus ficū efficit.
Si autē non assequitur intentionē caprificū producit & non quercū neq; piceam idest arborem
cornigerā. Itē olea producit oleam. Si autē aberrauerit, oleastrū producet & non pirū neq; popu-
lum. Vndiq; igitur perspicuum est ipsam naturā non operari vt sors tulit. Sed ea que sunt consi-
derata propter finē quem si non assequitur, cōtenta est assequi, id ꝙ genere affine proximum q;
est quamobrē inquit. Et si fabule Empedoclis aquiesceremus vt quedā animalia fierent a princi
pio cōstitutionis Bouigena scilicet & prora viri, ea vtiq; ratione fierent qua impresentia mōstra
etiam fiunt, cū ipsum principiū materiale dico scilicet sperma corrumpitur, quopacto ille etiam
nō ignorauit naturā efficere alicuius gratia, cū peccatū & errorē eius vt iā dicebam, asserat non
longe ab intentione incidere quippe qui non bouigena prora oleæ sed bouigena prora viri fieri
asseruit. Hoc modo itaq; & ipse sciuit naturā habere quandā intentionē definitā ac certam, qua
hominē vel bouē producit & cū eā nō assequitur, proximo genere & affine, dico.s. animali sim-
pliciter producto contentā esse. Deinceps huic opinioni etiā aduersatur. Inquit.n. cur in illis pri-
mis ab exordio constitutionibus cū asserat in animalibus bouigena prora viri fieri nō hoc mo-
do etiā in plantis & quidē magis in his q̄ in animalibus produci dixerit quoniā minus in plantis
inuenitur id quod alicuius gratia dicitur quam in animalibus propterea quod etiam in animali
bus forma & species magis composita est & ordinata, oportet autem in quibus minus alicuius
gratia apparet in his maxime aberrare. Sed hoc nō fit in plantis cum idipsum dixisse nō videtur
ergo neq; in animalibus aberrare cōtingit. Quamobrem ii qui ex his naturæ adimunt id cuius
gratia appellatur, seipsos magis redarguunt quam naturam inficiantur. Quod etiam aliis argu-
mentis deinde confirmat. Si autem natura omnia nō efficit alicuius gratia cur mox non produ-
xit hominem sed primum sperma deinde carnem ac deinceps aliud atq; aliud quousq; precogi-
tum finem adepta fuerit. Qua enim de causa non prius embrionē deinde sperma semenq; pro-
ducit. Ordo enim alicuius gratia institutus est. Quapropter si aliud ante aliud ordine quodam
suscipit atq; complectitur & nunq̄ transmutat ordinem anteq̄ id ꝙ finis intereat perspicuum est, sa

ne vt & ipsa cuncta alicui gratia efficiat. Verum ipse empedocles, totigenum primum fieri dixit, quod quidem apud ipsum nihil aliud significaret q̄ sperma semenq; genitale quum generaliter habeat in seipso rationem eius in q; conuertitur & q; producitur. Nā apud ipsum totigenum appellabatur quoniam omnium ac vniuersi naturam cōtinebat. Si autem totigenum primum animalium & plantarum fit, igitur gratia animalis & plantarum fit. Quod si hoc conceditur natura ergo alicuius gratia agit. Siquidem priora sunt gratia posteriorum. Quod quidem igitur dicebam verum esse quis nō fateretur, quod quamq̄ dabimus fabulam empedoclis veram esse & in illa prima constitutione quedam animalia bouigena prora uiri constituerentur, & in totigeno hoc corrupto profecto constarent quemadmodum etiam portenta fiunt ex semine genitale vel abundantia vel defectu corrupto, quapropter natura boni gratia totigeni actionē ac munus instituit, quod natura frustrari accideret cū ipsum corrumperetur. Item inquit qui eripiunt nature id cuius gratia vocatur, cum longe prius naturam ac naturalia funditus euertant, seipsos fallunt. Quoniā ea natura constare communi conceptione consensuq; omnes existimant quecunq; a quodam principio q; in seipsas retinet, continue seriatimq; mota ad aliquem finem perueniunt verum non ad quemcunq; finem a quouis principio temere ducuntur mouenturq; si quidem hec que hoc modo ducuntur fortuna casuq; moueri dicere consueuimus, que autē a natura proficiscuntur vel semper vel vt plerūq; ab eodem principio per eandem viam ad suum perueniunt finem. Nunq̄ enim ex semine hominis genitale canis oritur vel equus. Quod si natura non ageret alicuius gratia, oporteret quoduis temere a quouis nasci atq; proficisci. Quod modo fieri non videtur. Quapropter si negant naturam agere alicuius gratia sed id q; natura fit fortuna produci inuulgant. Temere nature nomen circunferunt, cum fortunam naturamq; in idem incidere, ac connectere illa velint que coniungi nequeunt. Quamobrem: Si natura & fortuna nō eadem sunt sed longo interuallo discrimineq; distant, cum fortuna a quouis principio quoduis temere efficiat & natura ex determinato initio ad definitū certumq; finem res suas deducat, fieri non potest vt natura cuncta non efficiat alicuius gratia, cum preiertim in idē hoc modo natura conueniat cum fortuna. Postremo affert causam omnium qua commoti censuerūt naturam nihil agere alicuius gratia. Nam hii videntur, vt inquit, eo quod non percipiunt, naturam cōsilio voluntatisq; decreto efficere procreareq; omnia, eidē alicuius gratia faciundi ptātem eripere tanq̄ decens & congruens omnino ei sit qui vult alicuius gratia agere consilio decretoq; agere. Quod quidem (vt inquit) ridiculum erit, quoniā ipsis operepreciũ erat vt simul perspicerent neq; artes quicq̄ ex consilio efficerent quoniam consilium eget prudentia, & quū artifex cōsulit se aut quepiam alium non vt artifex consilium suscipit sed velut ignarus artis, quoniā ex ignoratione proficiscitur petitq; ad consulendum. Artifex enim non eget consilio neq; decreto non enim aliquem consulit faber lignarius si ligna cedere polire adaptareq; voluerit, neq; edificator. Si prius fundamenta iacienda sint, neq; scriptores quomodo oporteat elemēta a vel. b. scribere. Preterea neq; Socrates cū scripserit aliquod nomen alterius consilium suscipiet quale elementum primum quale secundum qualeq; tertium scribendum est. Sed vniciuisq; artis quēadmodum nature finis principiū & via qua ex principio proficiscitur ad finē, certa perscriptaq; habentur, definita autem ac certa consilio non egent, nam si consuleremus vel de principiis vel de fine vel de via que ducit ad finem quando hec incognita occulta & indefinita afferat nobis cōsulendum foret quamobrem, si veteres adimunt nature munus agendi alicuius gratia propter quod consilio non regitur, etiam idem artibus eripiant. Si autem ob id arti nō auferunt id cuius gratia vocatur, par est vt neq; nature hoc negent. Sed quid aio de artibus quandoquidem neq; diuinus opifex quicq̄ consilio agat sed sua essentia quādo voluerit, omnia producit nullo egēs consilio. Siquidem consilium vt dicebam ob egestatem prudentie suscipiatur. Minime igitur nature quoniam nō regitur consilio eripiendum est id q; cuius gratia vocatur, quoniam idipsum neq; arti neq; diuino artifici tollitur. Peccatum vere fit & in his que arte conficiuntur, cum dubitatio sit velut perspicua ac manifesta silentio exorditur solutionē. Si ergo quedam in artibus sunt in quibus recte alicuius gratia inuenitur. Inquit si in artificialibus est id q; cuius gratia nūcupatur & in multis videmus artes recte agere & assequi id cuius gratia & in quibusdā que etiā agere alicuius gratia contendunt. Verū si ab intentione aberrauit vtiq; ob aliquā causam falluntur. Verū non ob id quia ita efficere nō proposuerint, quare si aliquem finem bonum attingunt quid vetat vt idē de natura afferamus, nec existimamus eiusdem peccata fieri non quia ipsa fortuito agat. Sed quia principio vel propter materiam vel propter aliquod extrinsecus accidens ab intentione depellitur atque errat.

ET in primis igitur compositionibus ea que partim ex hominis partibus partim ex bouis constabant, si non ad aliquem terminum finemue poterant peruenire, aliquo sane principio perinde atq; nunc semine labefactato corruptoue fiebant.

Ex his igitur (inquit) manifestum est huiusmodi bouigena prora viri apud Empedoclem, si quis cõcederet fabulã & si ad aliquem terminũ finẽq; peruenire nõ poterunt.i.ad formã aliquã perfectam quocirca deficere cessareq; aliquando opus erat, ex principio ipsorum & semine corrupto fieri. Vnde neq; durare pmanereq; poterant. Quodqdẽ etiã nũc in ortu portẽtorũ accidit.

PRETEREA primum semen necesse est oriatur, sed non animalia statim. Atq; ipsum congestum quod primum oriebatur, semen nimirum erat.

Nisi alicuius gratia cuncta natura faceret cur eius pcreatio ordinata est cũ seriatim alia ante alia suscipiat, alioquin eam sine semine animalia statim producere oporteret. Si ergo primum assumit semẽ genitale ex quo deinceps carnem efficit & deinceps hoc ordine vsq; ad formã perfectam, ad quam cum ipsa peruenerit, ceterum motus cessat ac deficit, perspicuu igitur est vt ipsa omnia in finem gratia finis susceperit, alioquin cur cessat quiescitque forte in formam humanam vel equinam & non continue ex eo aliquid aliud mouens id efficiat quod consequi debet.

PRETEREA in plantis etiam ipsis id inest quod alicuius est gratia. Minus autem est distinctũ ac manifestum, fiebant ne igitur ex bouis partibus ac hominis animalia, sic & ex uitis, oleeq; partibus plante, ac non fiebant, est enim absurdum, at oportebat tamen si in animaliũ genere illa fiebant. Preterea & in seminibus quoduis sine ullo discrimine fieri oportere. Omnino autem qui ita dicit ea que natura constant, que a quodam principio quod est ipsis continue mouentur, atq; ad quendam perueniunt finem.

Hic quodquidem dixit, aduersatur opinioni & obiicit. Quoniam si minus in plantis alicuius gratia inuenitur q̃ in animalibus, & in quibus minus inuenitur id cuius gratia vocatur in his magis oportet monstra fieri. Cur ergo non asseruit empedocles vt in animalibus bouigena pro ra viri fiunt etiã hoc modo in plantis vitigene priora oleæ nasci? Si autẽ huiusmodi portenta in plantis non fiunt, q̃m hoc asseruisse non videtur, igitur neq; in animalibus hec fieri nasciq; debent. Neq; mirũ est quemadmodũ in animalibus quedam portenta nascuntur ita fieri in plãtis. Verũ minus apparet id q̃ est preter naturã in plantis quã in animalibus cũ non ita sint distincte dearticulateq; ac secũde species in illis quemadmodũ in animalibus. Nã in quibus est tenacissime forma in his etiã parũ perspicua est mutatio. Et quemadmodũ alibi ipse inquit, mortui manum nemo diceret manũ esse nisi equiuoce vt lapidã vel depictã, quoniam plane interiit forma & actio eius. Verumtamen quispiam mortui carnẽ nihil minus vitã habere existimabit propterea quod nõ plane videt formã eius acv sum quẽ vniuerso animali prebuit post mortẽ corruptũ quod quidẽ vsuuenit quoniã similaria cũ sint magis materialia purã sinceramq; formã non habẽt. Eodẽ etiam modo plante quoniã materie viciniores sunt q̃ animalia idcirco formã obscuriorem occultioremq; habẽt, & in trãsmutationibus earũ discrimen nõ apparet vt neq; in carne mortua ob id ergo non videntur fieri mõstra in plantis. Verũ hoc argumentũ minime ad rẽ ipsam attinet potissimũ tamen est aduersus personam empedoclis & in his que narrat sibi nõ constat cũ portenta nasci in animalibus asserat in plãtis vero nequaq̃, ea fieri explicauit. Atqui rationi magis cõsentaneũ erat vt ea nasci in plantis assereret. Quod si nascuntur in plantis obticuit. Si vero siluit quoniã non in eis nascuntur equidem absurdũ est, quoniã in his formis que magis syncere pureq; habentur & in quibus magis apparent alicuius gratia ac naturæ prouidẽtia in his, vt sors tulit, ea fieri dixit in plantis autem minime in quibus minus apparet naturam omnia agere alicuius gratia, sed sermo ille verus est quo in vtrisq; id quod preter naturam appellatur fieri dicimus. Verum hoc illius causa quod cuius gratia vocatur raro & casu committitur vt etiam in artibus committi solet id quod preter artem appellatur.

AB uno quoque autem non ad eundem, neque ad quemuis, attamen ad eundem semper nisi quid impedierit.

Neq; ipsa natura plures fines efficere potest neq; plures nature vnam eãdemq; formã operãtur &

tur & perficiunt sed in vnaquaq; forma definita certaq; habetur nisi quis extrinsecus impediat. Sepe.n. diuersa animalia copulamus vt equū & asinam ad producendū vnum que procreāt ex duabus speciebus vnā attamē & in his prouidētia nature admiratione dignissima est cū huiusmodi animalia ad procreandū sibi similia,in fecūda orbataq; producat vt discas & intelligas que cunq; ad ipsa procreatur nullo externo vrgente vel impediente hec ipsa optatissimū finem assequi,qui sane est ipsa speterū successio. Sed quecūq; hoc modo nō fiunt mutilata mancaq; sunt & neq; omnino permanent vel si permanent,naturalissimū finem nō assequuntur,quanq̄. Synodus & copulatio eorum fit que affinia proximaq; genere sunt & nō eorū que longe distant.

AT qui id cuius gratia fieri a fortuna etiam possunt.

Quoniam demonstrauit in natura inueniri id q; cuius gratia vocatur & ipsum finem habere cuius gratia omnia efficit,igitur inquit in sola natura vel fortuna inuenit id quod est gratia alicuius & id cuius gratia omnia agit. Vnde asserit etiā in fortuna illa inueniri verum nō per se sed per accidens.Nā si quis ex hospitio proficiscens se ablu.rit nō huius gratia profectus est vt lauaretur,attamen fiebat lauatio alicuius gratia per accidens, id ergo quod appellatur alicuius gratia per accidens & non per se in fortuna inuenitur vt etiam superioribus explicauimus.

VELVTI dicimus hospitem forte fortuna uenisse,lotumq; abiisse,cum id egerit, quasi gratia huiusce profectus,nō huiusce autem gratia uenerit. Hoc autem & per accidēs.Fortuna nāq; cā per accidēs est, ut antea diximus.Sed cū hoc semper fit,aut plerūq;, nō per accidēs nec fortūa dicimus esse.At in naturalibus fit semp si nihil impedierit fiūt.

Scribitur etiam redempturus loco huius lotū abisse vt si quis ad ciuitatē accesserit qui aliquē vinctum inueniat,quē soluat liberetq;, dicimus profecto ipsum accessisse vt illū e vinculis eripere quāq̄ huius rei gratia nō venerit verū ita euenit perinde ac huius rei causa venisset. Nā cum exiret ad certandū in olimpiis certaminibus.Et inuenisset Platonē vinctum in foro quē cū ibi versaretur liberauit dicēs nō eiusdē factionis multas in olimpiis certaminibus victorias amisisse.

ABSVRDVM autem est alicuius gratia fieri non putare,si id quod mouet nō uiderint deliberatione premissa mouere.Nam & ars non deliberat. Etenim si in lignis extruendarum nauium ars inesset,perinde atq; natura faceret nauim.Quare si id quod alicuius fit gratia fit in arte,& in natura profecto inest.

Absurdū inquit esse si aliquis existimat naturā non agere alicuius gratia quod illam non vident deliberare consilioq; agere, quoniā neq; ars deliberat. Si ergo cogitaueris artem condendi naues ligno insertā inditāq; esse quid plus ipsa efficeret quā natura facit que absq; cōsilio agit. Non enim ars cōsiderat quia in homine est.Sed si quis ipsam ligno insertam sine homine contēplatur eam nihil plus intueberis facientē quam modo extrinsecus operatur. Vt igitur modo cū extrinsecus fit omnia alicuius gratia efficit, profecto cū fuerit ligno indita insertaq; eodē modo operabitur,perinde ac natura omnia in naturalibus efficit alicuius, gratia cur ergo naturam cū insit rebus naturalibus eodem modo impresentia agere non asserimus.

MAXIME autē hoc patet cū quispiam sibiipsi medetur, huic enim persimilis est natura.Que cū ita sint,patet naturā cām esse atq; adeo,ut alicuius gratia faciat.Nūc cōsiderādū ē utrū necessariū ipsum ex suppositiōe, an.& simpliciter sit in ipsis rebus nature.

Quoniā statuit artem ligno inesse vt ipsam naturae similē redderet proximū eius simulacrū adducens vtitur eo exemplo quo etiā prius vsus est, in artificialibus.n.medicus qui seipsum curat est nature persimilis quippe qui principiū sanitatis in seipso habeat. Verū accidit eundē qui curatur simul medicū esse. Nunc considerandū est. Vtrū sit necessarium simpliciter vel ex suppositione.Cū duo essent quesita quae ipse proposuit & alterum explicasset hoc autem est natura omnia agere alicuius gratia,impresentia ad reliquū proficiscitur quod sane erat quomodo in rebus naturalibus necessariū collocaretur. nunquid simpliciter & quodā ordine necessario prius sequatur secundū posteriusq; ac tertiū & ita deinceps,vt in celestibus videre licet. Nā necesse est planetam ex ariete sensim succedere in tauro & ex eodē in geminis & ita deinceps aliquo & necessario ordine cū posteriora prioribus succedant. Vel non hoc modo asserendum est necessa-

rium in naturalibus eſſe ſed ex ſuppoſitione, vt cũ ſupponãtur poſteriora eſſe ex neceſſitate ſe-
quatur vt priora ſint. Verbi gratia ex neceſſitate forma ſequitur materiã quod quidem eſſet ſim-
pliciter neceſſarium. Nã cum materia habet talem poteſtatẽ oportet etiam prorſus & funditus ſe
qui formã vel non hoc modo. Sed ſi oportet formã fieri neceſſe eſt vt talis materia preſuppona-
tur philoſophi ergo neceſſarium ſimpliciter ſtatuebant in his que fiunt. Nã cũ dicti aſſerunt iuxta
poteſtates materiæ neceſſario ſequi formas, vt ſi domũ talem eſſe dicerent ob naturales poteſta-
tes materiæ ex qua componitur, vt quia lapides graues etiam his lateres leuiores, quibus etiam
leuiora ſunt ligna, idcirco domus cõficitur, cum habeat fundamenta deorſum deinde ſupra his
lateres & ſupra omnia ligna & tectum, quoniã ſunt leuiora. Si ergo ſtatuunt domũ talem figu-
ram habere ob materiæ poteſtates perridiculi ſunt, quoniã non oportet idcirco talem materiam
preparari quia talem domũ eſſe oportet. Nã ſi talis forma ſequeretur ſimpliciter poteſtates mate
riæ oporteret domũ fieri temere & caſu cum ipſa materia hoc modo eſſet & nihil ordinantis edi-
ficatoriſq; ſibi opus eſſet, quo etiã modo fatebantur veteres philoſophi neceſſarium eſſe in his
que fiunt. Nã aſſerebant ob tale frigidum taleq; calidũ oſſa carneſq; & quecunq; alia fieri videli-
cet propterea quod athomi ſphericæ orbiculareſq; eſſent ignem vrere ignireq; dicebãt vel aquã
refrigerare quoniã cubicis athomis conſtabat & vnuſquiſq; cauſas ſimpliciter ortus ſpẽrũ redi-
gebat ad materiã quam ipſe ponebat. Verũ non modo neceſſarium in naturalibus collocandũ
eſt, quoniã nihil eſt q̃ natura operante nõ egeat. Neq; enim natura agit materiã ſed iam exiſtẽ-
te vtitur ad generationẽ formarũ. Nam cũ iam elementa ſunt ea colligit miſcetq; taliter ac taliter
adeo vt aliam atq; aliam formã eis ingerat. Quod ſi, formæ ſimpliciter ſequerẽtur poteſtatẽ ma-
teriæ, quid opus eſſet cauſa efficiẽte, natura. ſ. dico quare neceſſariũ ex ſuppoſitione, nã cũ opor
teat talẽ formã eſſe idcirco ſuſpicitur materia atq; aſſumitur; Et deniq; vt dicebã ſi aſſumeretur
materia & recte prepararetur ac forme que prius educende gnignendeq; eſſent nõ prorſus for-
ma conſiderata & intenta produceretur. Igitur neq; neceſſario formæ ſequuntur poteſtates ma
teriæ. Sed ecõtra vt dicebã, & foret neceſſariũ ex ſuppoſitione, vt ſi forma talis eſt oportet neceſſe
que eſt vt talis aſſumatur materia exempli gratia tantũ caloris tantũ q; frigidi & de aliis ſimiliter.
Si igitur modo vt inquit neceſſariũ in rebus naturalibus collocatur quẽadmodũ in mathemati
cis, qm̃ in mathematicis neceſſariũ ex ſuppoſitione ponitur. Vocat autẽ mathematica demõſtra
tiones mathematicas Syllogiſmi formã obtinentes quamobrẽ generalius dicamus ſi per mathe
maticas exemplũ in ſyllogiſmis adduxerimus quoniã vt in illis ſe habet neceſſariũ ita ſe habet
in naturalibus. Nã in ſyllogiſmis neceſſariũ ex ſuppoſitione inuenitur, quoniã ſuppoſitis pro-
poſitionibus ex neceſſitate ſequitur concluſio vt etiã in naturalibus ſuppoſita forma neceſſario
materia erit. Neceſſariũ igitur ex ſuppoſitione in vtriſq; ſimiliter ſe habet in his tamen ordo cõſe
quentis tamen & contrario vertitur, quia in ſyllogiſmis propoſitiones ſunt & cõcluſio erit ideſt
ſi primũ eſt & ſecundũ eſſe oportet, attamen minime conuertitur. Si concluſio eſt & propoſitio-
nes ſtatuende ſunt. Nã ſi vere ſunt propoſitiones, neceſſario concluſio vera erit non ecõtrario ſi
concluſio vera eſt propoſitiones etiã vere habebuntur quippe eadẽ concluſio poſſit diuerſis pro
poſitionibus inferri ac deduci & nõ ſolũ ex veris ſed etiã ex falſis verũ concluditur. Nã ſi quinq;
& quinq; ponantur decem prorſus eſſe ſequitur, & ſi decem ponantur non prorſus ſequuntur
quinq; & quinq;. Poterant enim eſſe tria & ſeptẽ aut quatuor & ſex idem quoq; exemplum in
ſyllogiſmis adhibeatur vt homo animal, animal ſubſtantia, igitur homo ſubſtantia cuius ſyllo
giſmi concluſionẽ etiam ex falſis cõcludes homo lapis. Lapis ſubſtantia, igitur homo ſubſtãtia
eſt. Quamobrẽ tales propoſitiones ſequitur etiã talis cõcluſio ecõtra minime talẽ poſitã conclu
ſionẽ omnino ſequũtur tales propõnes. Nã ſiquis diceret ex falſis propõnibus verã concluſio-
nem deduci poſſe, vt homo animal eſt animal triſillabũ eſt igitur homo triſillabus eſt. Sciat ita-
que huiuſmodi ſyllogiſmũ canones quibus formari conſtituiq; debent propoſitiones nõ ſerua
re qm̃ medius terminus non eſt cõmunis ſiquidẽ aliud ſi predicatum in minori propoſitione &
aliud ſubiectũ in maiori. Nã in minori propoſitione animal ſubſtantiale de ſubiecto predicatur
in maiori aũt, vox ipſa & nomen animalis ſubiicitur. Quãobrem eedẽ propõnes non ſunt ſillo-
giſmi propõnes neq;. n. earũ extrema cõi termino coniunguntur connectunturq;. Sed ſolum
duæ propõnes abiunctæ. Verũtamen in hoc precedẽti ſillogiſmo homo lapis & lapis eſt ſubſtan
tia & ſi falſa ſit propõ minor, attamẽ coniugatio ſillogiſmi bona eſt cũ medius terminus cõis tũ
etiam figura ex cõiugatione propõnum perfecta eſt. In ſillogiſmis itaq; vt dixi primo poſito di-
co. ſ. poſitis propõnibus que ſunt materia ſillogiſmi ſecundũ neceſſario ſequitur dico. ſ. ipſa cõ-
cluſio, ecõtra vero poſito conſtitutoq; ſecũdo nõ ſequitur primum &c. In naturalibus autẽ & ſu

matim

matim in cunctis que agũtur siue sint artificialia siue ea que cósulto deliberatione tractãtur ecótrario modo se hab. nt. Ná secundo posito posterioreq; dico videlicet forma supposita, prorsus necesse materiá quæ est prior sequi, ecõtra tamen nõ sequitur si materia inest prorsus sequitur & formá esse vt olim dixi. Hoc igitur est discrimé inter naturalia vniuersaliter ea que aguntur, ad doctrinas. Sed côueniunt omnia quoniá necessariũ ex suppositione habent. Ná vno supposito cóstituto q; alterum sequitur, in his quidé que agũtur supposita forma materia necessario sequitur. Et quoniá aliquo modo in naturalibus posito primo sequitur secũdũ vt in doctrinis fit. Ná forma que quidé est finis actionis principiũ est speculationis. Si ergo speculatio initiũ capit a forma & desinit in materiá materia igitur sequitur formá, in naturalibus igitur aliqũo modo principium ex necessitate finis sequitur quemadmodũ & in doctrinis, deinde cãm huius affert, quoniam inquit in doctrinis actio non est sed sola speculatio, alioquin si esset in doctrinis actio similiter in illis ecõtrario se haberét actio côtemplationis & actionis principiũ finis côtemplationis esset, & quia impresentia sola in doctrinis speculatio inuenitur & propositiones in illis sunt principiũ quibus propositis necessario sequitur cóclusio. Similiter etiá in contemplatione naturalium primũ quidem forma est extremũ & vltimũ ipsa materia. Et necessario materia sequitur formá qua ratione etiam in naturalibus posterius necessario sequitur prius. Verũ & si omnino forma nõ sequitur materiá attamen fieri nõ potest vt forma producatur sine materia vt etiá in doctrinis videre licet, quoniá si propositiones nõ penitus conclusioné sequuntur attamen si nõ esset conclusio neq; propositiones essent, fieri enim nõ potest, vt cũ vera nõ fuerit conclusio propositiones sint vere que cũ explicat inducit phisico vtraq; principia dicéda esse. Disputabit enim de forma & de materia. Verũ formá accipit ex diffinitione, ex qua postea sillogismo de materia multa concludere potest veluti artifex facit qui ædiũ formá accipit ex diffinitione eiusdé dicens domũ esse integumétũ quod vetat interitũ & morté que imbribus & caumatibus caloribus prouenire potest, ex qua definitione sillogismo cóclusit etiá de ipsius materia q ante constituendá edium formá non opus est quáuis materiá sumere quoniá domus nõ est cóficienda ex calamis vel papiro sede solida materia que pluuiam tolerare sufferreq; possit. Hoc igitur modo & naturalis accipiet formá ex diffinitione vt homo est animal rationale mortale ex hac deinde sillogismo concludet illi opus esse qui futurus est animal rationale nõ simpliciter ex quauis materia procreari, sed quũ proprium sit rationi non esse accliue sed vergere magis, ad superioré partem oportet etiá idé corpus nõ inflexum procliueq; fieri sed rectum esse, ad huius itaq; corporis generationé oportet non quamuis materiá temere complecti sed eá in qua tenuior calor est & magis vergens ad superioré partem vt hec modo forte sursum in rectũ corpus extendat. Ité cũ forma æris sit fusilis & instabilis huiusmodi materia non erit terrea, sed aquea magis & spiritalis, quoniá in his fusile & sonum efficiens est q quidé maxime in aere fit & ita de omnibus dicendũ est. Ars auté si perfectam rei definitioné acceperit inde etiá habebit materiá. Ná diximus in libro de demóstratione triplicé esse definitioné aliam ex materia, aliam ex forma tertiam vero ex vtrisque queádmodũ irá definire solemus. Ipsam aliquando definimus per materiá quia est sanguinis adustio circa cor aliquando ex forma quoniá est appetitus vlciscédi iniuriam aliquando autem ex vtraq; quoniá est adustio sanguinis circa cor ob appetitũ iniuriam vlciscendi, cũ igitur triplex sit definitio perfecta absolutaq; definitio que etiá phisico magis cógruat est illa que cóplectitur vtráq; materiá & formá, qui ergo acceperit huiusmodi definitioné inquit ei opus non erit vt ex eadé materiá Sillogismo cõprobat, sed in seipsa per se cóplectitur materiá. Vnde in definitione hominis mortale, materiá indicat. Definitioné auté rerum naturaliũ nemo assignat itnisi ipse naturalis qui vtitur methodo diuidédi & diffiniendi tanq̃ instruméto. Diuisioné autem rerum naturaliũ efficit quũ acceperit in ratione ea que actu rebus naturalibus insunt quoniam alie res naturales vita participant alie minime. Ité eorum que vita participát alie sensu participát alia vero nequaq̃. Vnde de ceteris omnibus que in sunt eisdem diuisionem faciet qui deinceps colligens vnicuiq; genera vel species cómunes & proprias assignabit vniuscuiusq; definitioné.

NVNC enim ipsum necessarium in generatione perinde esse arbitrantur, atque si quispiam necessario dormũ extructam esse putaret, quia grauia quidem deorsum, leuia uero sursum suapte natura feruntur. Idcirco lapides quidem ac fundamenta sunt infra.

Naturales (inquit) introducunt necessarium in ortu rerum qui asserunt ea que fiunt ob necessitaté materiæ, necessario fieri. Est quidé necessariũ simpliciter quod sine suppositione ne-

cessarium est vt dicimus solem necessario in ariete collocari. Ex suppositione autē quum id ꝙ nō est perinde ac esset supponentibus aliquid alterum sequitur necessario, vt si quis in luce ambularet. Sequitur omnino vt vmbram afficiat.

TERRA autē supra suā ob leuitatē, & ligna maxime supra ꝗppe cū sint leuissima.

Nisi forte dicat terram que supra fundamenta collocatur. Itē id ꝙ dicit exempli gratia dictum est, quapropter non admodum diligenter locus discutiendus explicandusque est.

AT quanq̄ non sine his, non tamen propter hec nisi ut ob materiam, sed celandi quedam conseruandique causa extructa est domus.

Inquit nō sine materia formā fieri quāq̄ non propter materiā fiat. Non enim quia lapides & ligna sunt ideo domus efficitur sed quia domus edificanda est idcirco oportet ligna lapidesq; haberi sine quibus certe domus nō edificaretur que tamen domus extruende vt materia ponūtur. Est enim materia in numero causarū se cā, sed forma non est propter illā, alioquin si potestates materiæ essent cause formæ bis oportet edificatorē domum cōdere, at contrariū est, quia materia cōplectitur propter formā, nā quedam celādi & conseruandi causa extruitur quod quidem est domus ratio & forma sed que domus celat & cōseruat sunt corpora nostra & opes quorum causa domo egemus, quoniā igitur domus ob hec nobis opportuna necessariaq; est, nō igitur ex quauis materia conficienda est sed ex hac vel illa, materia igitur est gratia formæ sed cum materia cōtineat rationem corū que sine illa esse nequeunt, cū non fuerit materia neq; forma erit.

SIMILITER & in ceteris uniuersis in quibus est id quod alicuius gratia fit, nō sunt quidem sine hisce que necessariam habent naturam, non tamen sunt ob hec ipsa, nisi ut ob materiam sed alicuius sunt gratia.

In omnibus aliis artificialibus & naturalibus. Adiecit autē in quibus est id ꝙ cuius gratia fit, propter mōstra que in naturalibus nascuntur & quecunq; funditus accidunt preter naturā hac propter omnia alia que a natura quidem nō fiunt sed ratione & cōsilio, que frustra temereq; nascuntur nullo fine cōstituto conficitur inquit sera nō vt quidē ferū sit sed quia oportuit secare ligna & lapides, quod quidē fieri nō poterant nisi materia forme seræ subiiceretur, que est ferrū ob id profecto ferū acuere effodereq; solemus quoniā volumus serrā securim & aratrū facere, minime vero quia ferrē est hec facimus sed qa his opus. Hec autē sine ferro cū recte cōfici nequeant ferum accuendū fodiendumq; est ergo materia propter formā ponitur & nō ecōtra forma propter materiā igitur ex suppositione aliquod necessariū est in rebus naturalibus, eadē enim videmus in naturalibus que sane perspicimus in artificialibus fieri nō enim homo est propter semē genitale & fetum, quoniam oportet ex his semper hominem perduci sed ecōtra quoniam oportet hominem oriri nascique sine autem non esset idcirco natura hec preparat & efficit.

VELVTI propter quod serra est talis. Vt hoc & huiusce gratia sit. Hoc tamen gratia cuius est fieri non potest si non ferrea sit, necesse est ergo ferream esse, si serra atq; opus ipsius erit.

Idest serra cur ferrea est & dentibus confecta. Respōdemus vt Secet. Secat autem similiter alicuius gratia, vt ianua fiat. Itaq; Serra est ianue gratia & non ianua gratia serre.

EST igitur necessarium ipsum ex suppositione, sed non ut finis. Nam necessarium quidem in materia, id uero gratia cuius est in ratione consistit.

Si enim penitus forma sequeretur materiā necessariū simpliciter in naturalibus collocaretur vt quoniā substantia celestiū orbicularis motus omnino sequitur in illis. Necessariū simpliciter inuenitur & nō ex suppositione. Sed quoniā in his que generantur aliter accidit exempli gratia neq; si fuerit ferrū erit serea neq; si fuerit semē genitale & fertus homo erit. Vnde liquet naturalia habere necessariū licet nō simpliciter. Nā si materia est huiusmodi necessariū, cuius autē in ratione. Que sane inquit nō quia cū fuerit materia necessario fit forma. Sed ecōtra, quoniā cum supposuerimus formā esse necesse omnino est vt materia sequatur. Quamobrem necessario sequitur materiā esse, supposita cōstitutaq; forma, forma autē nō est alicuius gratia & ob id nō sequitur

tur

tur necessario materiā.Nā id q̄ est gratia alicuius sequitur illud cuius gratia & non econtra.

EST autem ipsum necessarium & in doctrinis,& in hisce que fiunt secundum naturam aliqua ex parte simili modo.

Inquit necessarium ex suppositione esse in doctrinis quemadmodū etiam in naturalibus. Verum nō vndequaq; simile.Sed aliquo cōueniunt & aliquo differunt . Sed cū dicat necessarium constitui aliquomodo per simile in doctrinis & naturalibus,antequam explicet quo cōueniant iuxta necessariū quod in ipsis simile est prius eorū discrimē adducit , discrepant enim quatenus in doctrinis posito cōstitutoq; principio sequitur secūdū.Sed in naturalibus supposito fine priora sequuntur.Nā principium syllogismorū sunt propositiones , eorū autem que fiunt materia initium est , preterea syllogismorū finis est cōclusio, naturaliū autē forma.Neq; in naturalibus prorsus forma sequitur materiam neq; in sillogismis propositiones ipsam cōclusionē. Vt enim dixi vera conclusio ex aliis atq; aliis propositionibus deducetur cū etiam ex falsis eadē concludi queat.Hec igitur est differentia,dixit autē in doctrinis,& in mathematicis.i.mathematica demōstrationes quas oportet vtiq; esse sillogismis . Quo fit vt primum adducat afferatq; discrimen eorum deinceps conuenientiam.

NAM cum rectum hoc sit necesse est triangulum tres angulos equales duobus rectis habere.

Hoc inquit exempli causa . Accipit ergo rectum pro ipsis propositionibus , & duobus rectis equales habere pro conclusionē.Nā per diffinitionē rectorum ostenditur tres angulos trianguli esse æquales duobus rectis,dicimus enim tres duobus extrinsecis equales esse.Sed duo extrinseci duobus rectis æquales,sunt ergo tres sunt duobus rectis equales . Sed siquis interroget cur duo extrinseci sint æquales duobus rectis.Respondendū est quoniā hec est definitio recti vt cū linea recta supra rectā steterit,effeceritq; vtrinq; duos angulos equales.Vnusquisq; eorū rectus erit.Quāobrem resoluendo propositiones ex definitione recti labi possumus in cōclusione hāc vt sint tres anguli equales duobus rectis .Nā quia diximus definitionē recti , formemus modo sillogismū.Duo extrinseci sunt equales duobus rectis.Sed duobus extrinsecis tres anguli trianguli equales sunt igitur trianguli sunt duobus rectis æquales.

SED non si hoc est necesse est illud esse,sed si hoc non est,neq; rectum hoc est.

Neq; si cōclusio fuerit oportet esse propositiones.Nā diximus eandē cōclusionē pluribus modis demonstrari posse demōstratione recta que ostendendi demōstratio appellatur & demōstratione que ducit ad impossibile & falsis veris q; propositionibus . Sed si hoc nō est neq; rectū est. Inquit si quidē igitur fuerit cōclusio nō prorsus propositiones erunt vt superiori contextu diximus,tamen sublata cōclusione ex necessitate tolluntur & propositiones si nō.n.erit cōclusio vera neq; propositiones vere erunt,fieri enim nō potest vt ex veris propositionibus aliquid falsum cōcludatur vt supra demōstrauimus. Verū ex falsis propositionibus falsum aliquod deduci potest vt supra quoq; explicauimus.Nā ex falsis cōcluderetur verū si nō esset per eadē propositiones,attamen secundum naturam rei ex veris fieri non potest vt falsum concludatur.

AT in hisce,que alicuius gratia fiunt contra.

Cum dixerit quomodo necessariū se habet in mathematicis dicit quomodo se habet & in naturalibus quoniā ecōtrario concludēdi ordo se habet vt dixi discrimen imprimis adducens inquit.At in hisce,que alicuius gratia dixit in naturalibus & vniuersaliter in his omnibus que agūtur & administrantur.Nam mathematica neq; fiūt neq; alicuius gratia sunt in naturalibus autem econtrario se habent ad sese consequendi ordinem vt diximus.

SI finis erit,aut est,& id quod est ante erit aut est.

Finē vocat formā quoniam ipsa etiam est id q̄ cuius gratia appellare solemus,id vero q̄ ante esse inquit materiā vocat.Nā ipsa est gratia alicuius semper enim prima sunt gratia posteriorū.

SI uero hoc non erit , aut non est ut ibi, si non est conclusio,principium non erit, sic & hic finis,& id gratia cuius est,non erit,aut non est.

Cum dixerit si forma est necessario materiá esse vult explicare quomodo hec vicissim cóuertantur, quoniá si materia non erit neq; forma erit, quod quidé dictu consequens esset si materia non est neq; finis erit & id cuius gratia. Sed cú velit vti exemplo in doctrinis inquit si autem non esset.i.materia, quemadmodum ibi.i.in doctrinis cum non fuerit conclusio neque propositiones erunt, ita in his cum non fuerit materia non supererit forma.

EST enim & hoc principium non actionis, sed cogitationis, ibi autem est cognitionis. Non enim sunt actionis. Quare si erit domus, hec necesse est fieri, uel esse uel etiam fore, aut omnino materiam, que quidem alicuius est gratia. Veluti lateres atq; lapides, si extruenda est domus, non tamen est propter hec ipse finis, nisi ut ob materiam, omnino tamen si non sint, neq; domus fuerit, neq; serra illa si non sint lapides, hec si ferrum non sit. Neq;.n.ibi principia sunt, si nó triangulus tres habeat angulos duobus rectis equales.

Quoniá explicauit eorú differentiá inter se nunc cómunioné & conuenientiá aperit quoniá vtrisq; commune est posito constitutoq; principio sequi reliquú, fertur enim ab ipso in libro de moribus actioné econtrario se habere ad speculationé. Ná speculatio sumit principiú a fine actioni actio auté principiú capit a fine contéplationis. Ná finis códende ædificandeq; domus est integumentú efficere quod nos proteget tueaturq; ab interitu qui ab imbribus seu procellis a summis caloribus prouenire potest, qui sane est speculationis principiú que sibi finé ponit terrá fodere quod sane actionis est initium. Sed de his sepe diximus. Verú hoc modo se habét non solum artificialia sed etiá naturalia. Ná phisicus quoties contéplatur naturalia exordiú facit a formis deinde ex his proficiscitur ad vniuscuiusq; materias natura autem econtrario opus aggreditur ex materia & desinit in formá. Hoc igitur in loco inquit quod quamq̃ diuersus sit sese cósequendi ordo in naturalibus & in disciplinis, quoniá in naturalibus supposito fine sequitu primú & principium & in his forma est. In disciplinis auté principia quidé sunt propositiones finis vero est ipsa cóclusio in naturalibus ergo supposito cóstitutoq; fine dico scilicet forma sequitur materia, qua ratione necessarius est ordo inferendi. Et in disciplinis supposito principio dico scilicet propositis propositionibus sequitur finis qui est cóclusio attamen aliquomodo in naturalibus etiá supposito principió sequitur finis. Ná forma est quidé actionis finis, & speculationis principiú. Nam cú secum cósiderat ædificator domú ædificádam fore primú illius integumentum quod nos proteget ab imbribus summisq; caloribus intendit qua via procedens vt sepenumero diximus peruenit ad finé, in naturalibus itaq; finis sequitur quéadmodum etiá in disciplinis. His igitur conueniunt inter se qua etiá ratione neq; diuersum distinctúq; principiú sumunt naturalis & mathematicus. Nam cú sit in naturalibus actio & contemplatio neq; supposito actionis initio quod est materia sequitur deinde forma, sed supposito speculationis principio quod quidé est forma sequitur materia. Sed cú in disciplinis non sit actio, sed sola cótemplatio principiú speculationis supponitur ac cóstituitur, quod quidé est ipsa propositio. Quáobrem si acceperimus in vtrisq; principiú speculationis inter se cóuenient mathematica & naturalia quatenus vtraq; idé principiú speculationis accipiunt. Quod vero propositiones sint principia speculationis syllogismi manifestú est. Ná si nobis oblatú ac propositú esset vt demóstraremus animú esse immortalé ob id existimandú non est hanc propositioné (animus est immortalis) esse conclusioné. Equidem diximus in cómentariis logices conclusioné propositioné problema questionéue enunciationem eadé esse subiecto ratione habituq; differre siue cósiderabimus aliquomodo ostenderemus animú esse immortalé tú hanc propositioné non vt coenlusioné considerabimus sed velut problema, quoniá tunc velut cóclusio habetur quádo inuentis positisq; propositionibus sequitur. Quare prius propositionú consideratio sit deinde ex his conclusioné deducimus, quod quidem maxime liquet in antedictis cómétariis, quedá nanq; sunt que ante demonstrationé a nobis proponi nequeunt sed ex quibusdá propositionibus datis aliorú gratia sequuntur. Hoc igitur modo principiú speculationis syllogismorú sunt propositiones. Est enim principiú hoc non actionis sed cogitationis ratiocinii cú dixit quomodo se habét secundú conuertendi ordiné, quoniam quemadmodú in mathematicis cú nó extiterit finis neq; principiú erit fieri enim nunq̃ potest vt ex propositionibus veris aliqua cóclusio falsa concludatur ita in phisicis cú non fuerit materia neq; forma erit. Cú igitur velit assimilare mathemacis naturalia induxit. Et enim principiú hoc. Nam hec coniunctio enim reddit causam principiú enim hoc idest forma naturalis quá finem & cuius gratia dixit, principiú autem non actionis. Ná actio exordium sumit a materia nó cótemplationis.

cōtemplationis. Nā ipſa ſpeculatio cū inceperit a forma deſinit in principiū actionis. Quāobrem ſi domus extiterit hec fieri vel eſſe vel fore neceſſe eſt, hic repetit ea prorſus que dixit. Verū inquit vel eſſe quoniā artium alie iā exiſtentibus materiis vtuntur, alie in eis quoq; producunt & efficiunt vt æs & ſimilia, qui ppe nos elaboremus ipſum æs.

PATET igitur neceſſarium in rebus eſſe nature, quod ut materia dicitur, & huius etiam motiones.

Inquit perſpicuū eſſe ex omnibus quæ dixit formā non ſequi materiā neceſſario, ſed quoties forma ſuppoſita conſtituta ue fuerit neceſſe eſt ſequi materiā quapropter id quod neceſſario ſequitur materia eſt & nō forma motiones vocat impreſentia alterationes & mutationes que ſunt vie ad formam & eadem fiunt gratia formæ vti materia.

ATQVE ambe quidem cauſe dicende ſunt a naturali philoſopho. Magis autem ea gratia cuius cetera fiunt. Hec eſt enim materie cauſa, ſed non hec cauſa finis.

Inquit naturalē differere de vtriſq; principiis de materiali & formali, magis tamen de formali quoniā vnaqueq; res naturalis eſt per ipſam atq; eſſentiam habet ac eadem eſt materiæ cauſa, ſed non econtra materia eſt cauſa formæ. Igitur forma eſt magis cauſa quam materia quoniā hec etiam eſt finalis cauſa & ante eam omnia fiunt gratia eius tanquam ea que precedūt finem geri ſolent gratia finis.

ATQVE finis ipſe gratia cuius quiq; principium eſt, a definitione rationeq; ſumitur, ut in hiſce patet que per artem conficiuntur. Nā cum domus ſit tale, hec fieri neceſſario & eſſe oportet. Et cum ſanitas ſit hoc, hec neceſſario fieri oportet ac eſſe. Pari modo ſi homo eſt hoc, hec fieri n ceſſe eſt atque eſſe. Et ſi hec ſint hec, ſint hec neceſſario uel fiant oportet. Fortaſſe autem neceſſarium ipſum, in ratione etiam ineſt. Serre nanq; ſi diffinieris opus talem ipſam diuiſionem eſſe dicis. At hec non erit niſi ſerra tales habuerit dētes, & hi rurſus non erunt, niſi ferrea fuerit ipſa. Sunt enim & in ratione nonnulle partes ut materia rationis.

Quoniam ſumetur forma in definitione ex qua poſtea multa de materia ſyllogiſmo oſtenduntur inquit ergo ſumetur a definitione finis qui ſane eſt id cuius gratia nūcupatur. Et principium maxime proprie a definitione ſumendum eſt. Et cū fuerit ſanitas talis hec neceſſario fieri oportet, quoniā ſanitas eſt quedā menſurata ſici humidi calidi & frigidi mediocritas cū plus fuerit calidi adhibendū erit frigidū materia igitur ſanitatis eſt hoc frigidū ſimiliter in omnibus fieri ſolet fortaſſe ipſum neceſſariū quoq; erit in ratione idest in definitione materia etiā apparebit. Ipſa enim eſt id q neceſſario ſequitur. Nā ſi deffiniuero ſerræ formā quoniā ipſa eſt diuiſio lignorum & lapidū ſimul ipſe cōplectar materiā cum aliter ſecare diuidereq; nō poſſet niſi id q ſecat ferreum ſit taliter formatū quoniam alia materia talia huiuſmodi diuidere non poſſet. Quare ſi proprie tradidero definitionē ſecandi, cōmemorabo etiā materiam quoniā diuiſio lignorū & lapidum ſit ab eo ferro quod dentes habet. Sunt igitur quedā partes in ratione vt materia rationis. Hec curſim legenda ſunt. Sunt igitur quedā partes in ratione idest definitione que ſunt rationis partes vt materia. Quod vero inquit quoniā ſunt quedam definitionis partes vt materia quēadmodum etiā alie ſunt que formā inſinuant. Nā in definitione iræ hec pars aduſtio ſanguinis circa precordia, ſignificat materiā illa vero ob iniuriā vlciſcendi deſiderium, formā indicat, item in definitione hominis mortale, ſignificat materiam quapropter in perfecta definitione materia cōprehenditur atq; ſumitur. Quare quicunq; voluerint ſolam formam in definitionibus collocare earumdem ratiocinio naturalis conſiderans materiam inuenire poterit. Verum in quibus eſt perfecta abſolutaq; definitio aſſignanda, eadem etiam ipſammet materiam complectetur.

Annotationes Ioannis Grammatici.

CVM autem ipſa quidem natura motus quietis mutationiſue principiũ ſit, noſtra autem doctrina ſit de natura non lateat nos oportet quid nam ſit motus. Nam ſi ignoretur ipſe, naturam etiam ignorari neceſſe eſt.



Vm quinq; ea ſint que res naturales conſequuntur de quibos Ariſt. in hoc libro agere diximus materia forma, motus, locus & tempus de materia quidẽ & forma in precedentibus voluminibus diſſeruit. Verũ in primo magis de materia tractauit, in ſecũdo autem magis de forma. Reliquũ ergo eſt vt ipſe de reliquis tribus diſſerat. Et tandẽ proponit hoc in loco diſputare agereq; de motu. Et opportunũ eſſe phiſico de motu diſſerere hunc in modũ Syllogiſmo declarat. inqt qm̃ ſuperiore libro definiuimus naturá eſſe principiũ motus, operepreciũ ei qdẽ eſt qui cognoſciturus eſt qd ſit natura & definitioné eius multo prius ſcire qd eſt motus, qm̃ oportet ea q̃ cõprehẽdũtur in definitione alicuius prius manifeſta claraq; haberi. Ná qui motum ignorauerit naturæ definitionẽ callere ſcireq; nõ poterit ſiquidẽ in definitione naturæ collocetur motus, itaq; operepreciũ eſt naturali de motu ſermoné facere preterea cũ omnis motus ſit cõtinuus vt oſtẽditur in poſtremis huius tractationis voluminibus. Ná omnis motus eſt in magnitudine, & omnis magnitudo cõtinua eſt igitur omnis motus etiá cõtinuus erit. Itẽ cũ in definitione cótinui aliquádo cõplectatur infinitũ. Ná qui definire voluerit continuũ dicet continuũ eſſe quod poteſt in infinitũ ſecari. Neceſſe eſt ergo vt cũ quid ſit motus cognouerimus, etiá quid ſit infinitũ pernoſcamus, itaq; naturali opus erit etiá de infinito agere rurſus cũ omnis motus ſit in loco atq; in tẽpore. Ná omne mobile corpus eſt, ſed omne corpus in loco ponitur ergo motus etiá in loco ponẽdus erit. Itẽ oſtenditur in extremis voluminibus de tẽpore diſſerendũ eſſe. Verũ quum quidá philoſophi arbitrabátur per vacuũ fieri motũ, quippe qui non poſſet per plenũ fieri alioquin duo corpora eundẽ locum occuparent idcirco oportebit phiſicũ de vacuo quoq; diſſerere. Verũ ſiue per vacuũ motus fiat ſiue non intercapedine vacui agatur efficiaturq; prorſus opportunus eſt ſermo de illo precipue ad probationẽ loci & cõfutationẽ vacui. Itẽ de loco diſſerendũ eſt qm̃ definiunt eũ eſſe vacuũ priuatum corpore. Intentio igitur huius libri & ſequẽtis eſt agere de motu infinito tẽpore loco & vacuo, in hoc autẽ libro diſſerit de motu & infinito, in ſequenti autẽ de tẽpore loco & vacuo de quibus profecto diſſerit nõ ſolum quia cõferunt ad tractatũ de motu, ſed etiá de illis tanq̃ de his que omnes res naturales conſequuntur. Hoc quidẽ erat a principio propoſitũ dicere. ſ. de cõmunibus que omnes res naturales cõſequuntur. Imprimis ergo de motu diſputat & querit quid eſt motus deinde in quibus ſit, tertio quod ſint motus ſpeties. Verũ anteq̃ hec explicat quatuor dignitates aſſumit quæ ſibi conferũt ad hec ipſa demõſtrandũ. Et prima eſt qm̃ cũ ſint rerũ earũ que ſunt alie ſolũ actu alie vero actu & ptãte. Ná aliqd eſſe ſolũ poteſtate nequit ſi ſubſtat & exiſtat. Nunq̃. n. materia formis nudatur ſpoliaturq;, res ergo que dũtaxat actu ſunt, diuinæ & incorporee vocantur de quibus etiá in libro de interpretatiõe dixit, qd actus ſunt ſine poteſtate, res autẽ que ſunt actu & poteſtate oĩa naturalia ſunt, actu. n. ſunt quia habẽt aliquá formá vel actũ potentia autẽ qm̃ aliam formá per ſucceſſionẽ poſſunt induere, ſed hoc quidẽ tribuitur his quæ ortui interituiq; ſubiiciuntur. Ethereũ autem corpus ſecundũ ſubſtantiá actu duntaxat eſt quippe hoc nunq̃ trãſmutatur vi ſuæ naturæ participat tamẽ ad quẽdam modũ poteſtate quo ad motum localem cũ vbiq; non ſimul ſit, immo neq; ſecundũ ſubſtantiá omnia cæleſtia a potẽtia liberãtur & abſunt ſiquidẽ conſtant materia & forma materia autẽ eſt id q eſt in potẽtia, videlicet neq; omnia cæleſtia prorſus potẽtia vacant. Ná & ſi materia eorũ non habet formá poteſtate attamen cũ materia iuxta ſuam rationẽ prorſus generaliterq; ſit in potẽtia idcirco penitus nõ ſunt poteſtatis expertia quẽadmodum ſunt res que prorſus a materia aliene ſunt que haudquaq̃ poteſtatẽ habent. Quocirca Plato illa vere entia appellat. Sed ſenſilia omnia nõ ſemper entia ſed ſemper facta ac fiẽda. Primá ergo dignitatẽ aſſumit quod eorũ que ſunt alia actu dũtaxat & primo actu extãt alia vero actu & potẽtia. Secũda autẽ dignitas eſt qm̃ eorũ que ad aliquid referũtur alia ſunt ſecũdũ exceſſum & defectũ alia ſecũdum mouens & motũ exempli gratia ſecundũ exceſſum & defectũ ſunt maius & minus. Ná maius eſt alicuius parui exiguiq; ſeu minoris maius. Quorũ maius exceſſus eſt alterũ vero eſt defectus. Itẽ mouens mouet mobile & ecõtra mobile a mouente cietur. Verum reliquas

Quatuor dignitates

quas

quas relationis & eorũ que sunt ad aliqd spẽs omisit vt eas quibus aliqd dicit̃ equale, vel inequale simile ac dissimile cũ & id q a causa nascitur, quoniã primis duabus speciebus solũ opus est. Eam enim que dicitur esse secundũ excessum & defectũ accipit quoniã nonnulli rati sunt in his motũ versari alia vero mouẽtis ad motũ eget vt in his dũtaxat motũ haberi esseq ostendat. Tertium assumptũ est qm̃ nullus motus esse potest sine iis rebus que mouẽtur, & mobilia ipsa vel sunt substãtie vel quantitas vel aliquod aliorum predicamentorum atq quod nequeat esse aliquod mobile per se quod nõ sit substantia vel quãtitas aut aliquid ceterorũ predicamentorum. Vnde neq motus est preter hec sed omnis motus vel vergit ad substantiã vel ad quantitatẽ vel ad reliqua predicamẽta. Sed duplex est motus alter quidẽ quo a deteriore quidpiã in melius prouenit alter ecõtrario a meliore ad deterius. Exẽpli cã in substãtia, alter est a nõ ente ad ens alter econtrario ab ente in nõ ens. Itẽ in quãtitate vel a pfecto ad impfectũ & simpliciter a maiore ad minus vel ecõtra. Preterea in qualitate aut ab albo in nigrũ aut a nigro in albũ atq in aliis cõtrariis similiter item in loco aut ab infimo loco ad supernũ vel ecõtra. Quod fit vt in omnibus cõtrariis alterũ sit melius & alterũ peius. Nã ens in substãtia potius meliusq est ipso nõ ente & per se perfectũ impfecto & albũ nigro atq superior locus inferiori prestãtior est & demũ omnibus similiter secundũ proportionẽ. He igit̃ quatuor dignitates conferũt ei non modo ad tradendã definitionẽ motus sed etiã vt ostẽdat aliqua mouere cõtraq moueri, & nõnulla mouere tantũ & non moueri, de quibus deinceps disputabit. Has ergo dignitates cũ prius petat sibiq cõcedendas accipit, ceterũ quid motus sit aperiet quẽ hoc modo definire cõtendit. Motus est rei in potẽtia actus quatenus talis est. s. in potẽtia. Sed hoc nomen actus apud Aristo. significat actũ & perfectionẽ siquidẽ cõstat his tribus vno perfecto & habere, quum igitur vnumquodque habuerit suam perfectionem in actu esse fertur. Adiecit preterea quatenus talis est pro quatenus est hoc aliquid in potẽtia perinde dicat motũ esse actũ cum manet potẽtia & conseruatur cuius erit actus. Et. n. duplex est vniuscuiusq actus alter quidẽ iam rei perfecte & absolute & qui omne quod est in potentia abiicit alter autẽ mouentis aliquid ex potentia & secundũ ipsum alterantis ac ducentis ad actũ & formam vt cum ex ære in potentia statua fit, cuius enim actus est motus quum fieri statua taliter formãda ab ipso statuæ magistro. Sed quũ iam statua elaborata perfectaq est & formã statuæ absolutã accipit tunc idẽ actus nõ amplius est seruata manẽteq potẽtia, que fieri statua poterat. Itẽ enim statua est & nõ est in potẽtia vt sit quapropter neq idẽ actus perfectio potẽtiæ alioquin quomodo eam corrũperet? sed his actus est perfectio rei in qua potẽtia erat, actus aũt quẽ prius diximus esse secundum quem fiebat statua & adhuc potentiã conseruat talẽ igitur actum motũ appellat perfectionẽ potentiæ, quippe omnis perfectio seruat id q perficit. Nã donec potẽtia durat seruatur etiã motus potẽtiæ perfectiuus cessante autẽ potẽtia tolletur etiã motus, cessat tunc potentia quando forma speciesque introducitur. Motus igitur est perfectio rei in potentia quatenus in potentia est. Quod vero motus sit rei in potentia perfectio quatenus in potentia est etiam quodam exemplo declarat. Nam inquit cum res ædificabilis actu fuerit talis dico. s. quum ædificatur tunc mouetur quoniã ducitur ad formã domus, & ipsa ædificatio motus appellatur. Sed res ædificabilis adhuc retinet potentiã, quippe aliquid fit res ædificabilis, sed cũ penitus fuerit ædificata & absoluta potentiã deinceps non seruabit neq mouebitur. Si ergo ipsa ædificatio est motus & ædificatio est superstite potẽtia recte igit̃ definitur motus vt sit rei potestate actus quatenus potestate est. Ceterũ prima dignitas seu primũ assumptũ iuuat ad reddẽdã definitionẽ motus in qua dicebatur quod rerũ que sunt alie actu dũtaxat extant alie autẽ actu & potentia. Hinc enim inuenit motũ esse actum eorũ que sunt in potẽtia & nõ in actu. Secũda quoq dignitas in qua dicebatur quod eorũ que sunt ad aliquid alia dicuntur secundũ excessum & defectum alia autem secundũ mouens & mobile conducit Aristo. ad probandũ motũ nõ esse in his que secũdum excessum & defectum dicũtur vt quibusdã videbatur, sed in iis motũ versari que dicuntur referri secundũ mouens & motũ, motus in quã trahit initium a mouente & est in mobile. Nam idipsum in sequentibus demõstrabit. s. nõ esse in mouente motũ sed in mobile cõstitui. Tertia dignitas in qua petebatur motũ non esse preter res sed omnẽ motũ vel in substãtia vel in quãtitate vel in qualitate vel in eo q sub hoc aduerbio vbi designari solet, cõfert etiã Aristoteli ad explicãdũ quot sint motus species immo potius ad ostendendũ motui nõ esse aliquod cõmune genus, sed motũ quandam vocẽ multiplicem esse quã equiuocã appellare solẽt que prius de vno & postea de aliis predicatur. Nã ostensurus est motũ secundũ locũ primũ esse ceteros vero posteriores atq ostẽdet eo sublato vna ceteros tolli, sed nõ econtra ceteris sublatis simul illum demi eripiq, quapropter ceteris erit natura prior. In quibus igit̃ est prius & posterius cõmune predicatũ

de iis nõ poteſt eſſe genus quáobrẽ neq; ꝓprie definitionẽ motus aſſignabit, ſed quãdã orationẽ deſcribẽtẽ illũ que cuiq; motui ſecundũ proportionẽ cõueniat, vt etiã in libro de anima fecerat quãq̃ ibi oſtendiſſet nõ eſſe vnũ cõmune genus animarũ quoniã nomen anime inter ea collocatur in quibus prius & poſterius inueniũtur tamẽ inquit aſſignabimus quãdã cõmunẽ animi definitionẽ ſi quidpiã cõmune de anima dicere liceat. Hoc igit̃ modo nũc de motu facit. Quarta dignitas iuuat ad declarandũ duplicem eſſe motum in vnoquoq; mobili. Quoniam natura eſt principium motus & mutationis. Equidem natura eſt principium motus & quietis. Verum cũ in preſentia ſibi opus ſit agere de motu ſolo idcirco de motu duntaxat mentionem facit.

POST motus uero determinationẽ, enitendum eſt hũc in modum de his etiã, que deinceps ſequuntur determinare. Motus autem de genere continuorum eſſe uidetur.

Que deinceps ſe habẽt ſunt infinitũ locus tẽpus & vacuũ. Verũ dixit deinceps ſiue ea ſint deinceps quecũq; in definitione motus cõtinentur. Nã cũ ſit ſermo de motu ſequũtur equidẽ definitionem de motu infinitũ tẽpus & vacuũ, oportet itaq; & de his dicere, ſiue dixit ea que deinceps ſe habẽt poſt motũ cõmuniter ſequũtur omnes res naturales. Hunc autẽ in modũ, ideſt huiuſmodi via inueſtigantes quid vnumquodque ſit & ſi prorſus aliquid ſit vel non & quomodo ſit vel non ſit motus autem videtur de genere continuoꝝ eſſe. Videtur inq̃ vel multis vel vniuerſaliter omnibus & ipſi ideſt apparet. Ceterũ videtur Ariſto. nõ collocaſſe motũ ſub continuo: quoniam neq; illum repoſuit in predicamẽto quantitatis neq; prorſus in aliquo predicamẽto. Quãobrẽ ſi due ſint ſpecies quãtitatis vna diſcreta altera vero cõtinua & nõ redigitur motus ad predicamentũ quãtitatis multo minus ad continuam quantitatem. Nam predicamenta continent perfectas ſpecies ac ſpetialiſſimas res motus autẽ eſt acctus imperfectus quãobrem quantũ ex predicamentorũ dictis cõſequi poſſumus. Hec particula videtur motus de genere continuorũ eſſe ſic exponenda eſſe ideſt multis videtur. Sed quum Ariſt. longiſſimis verbis in hoc libro probat motũ eſſe cõtinuũ inditiũ eſt v. illud videt̃ ſumendũ ſit loco huius apparet & placet. Nã & ſi motũ in predicamẽtis ad ſpeciẽ quãtitatis cõtinue Ariſt. nõ redegit ob id illũ nõ omiſit qa cõtinuus nõ ſit ſed veluti dicebã quia ipſe eſt actus imperfetus, at ibi duntaxat de perfectis ſpeciebus agit.

ET infinitum in ipſo continuo primum apparet.

Primũ dixit ſiue pro eo quod appellatur per ſe iuxta ſecundũ ſignificatũ illius ꝙ per ſe nũcupãt, qui dicitur eſſe illius rei que cõplectitur in definitione ſubiecti quo pacto etiã ſe habet infinitũ, quippe illud cõplectatur in definitione cõtinui quod eius ſubiectũ eſt. Nã definire ſolemus continuũ eſſe id ꝙ poteſt ſecari infinitũ ſiue dixit primũ, pro eo ꝙ dici ſolet principaliter, ſecũdũ primam rationem. Nam cum ſit infinitum etiam in quantitate diſcreta vt in numero quoniam numerus augetur in infinitum, tamẽ imprimis continuæ quantitati ineſt & per illam ineſt quãtitati diſcrete. Nã eo quod continuũ diuidi poteſt infinitũ hac nẽpe ratione numerus adoleſcit in infinitũ ſiquidẽ continui diuiſio in infinitũ producat cumulũ augmẽtationẽq; numeri in infinitum. Quãobrem imprimis infinitum continuæ quantitati ineſt & per illum quantitati diſcrete.

QVOCIRCA fit, ut qui continuum ipſum diffiniunt, infiniti ratione ſepe utantur, continuum id eſſe dicentes quod in infinitum eſt diuiſibile.

Recte dixit (ſepe) quoniã non ſemper cũ definiuerimus cõtinuũ aſſumemus cõplectemurq; in definitione ipſius infinitum. Nã plures poſſumus de ipſo afferre definitiones. Nam cũ ipſe in predicamentis definit cõtinuum inquit continuum eſſe cuius partes ad aliquem terminum cõmunem copulantur, vnde in hac definitione non vtitur infinito.

INSVPER impoſſibile eſt ſine loco, uacuo, atq; tempore motum eſſe.

Ipſi & veritati videtur motũ citra locũ & tempus cõſiſtere nõ poſſe. Nã motus alicuius mobilis eſt motus. Quod vero ſolũ mouetur eſt corpus & omne corpus locum occupat igitur motus citra locũ non erit. Quod vero modus ſecundũ locũ ſine loco eſſe nõ queat per ſe perſpicuum eſt. Nã idipſum hoc nomẽ habet quia in loco fit. Sed ꝙ neq; ceteri motus eſſe queãt ſine eo motu in loco qui fit deinceps oſtẽdit, ſiquidẽ motũ localẽ omniũ motuũ caput ac principẽ eſſe demõſtret. item neq; motus ſine tempore fit vt in poſtremis huius operis voluminibus oſtenditur cũ omnis motus habeat id vnde originem initiumq; ſumit, deniq; motus ſine vacuo eſſe non poterit

ferit quod quidem inquit potius iuxta placitum aliorum quam suum.

PATET igitur partim ob hec ipsa, partim est quia cunctis hec communia sunt, uniuersisq; competunt unumquodq; istorum proponendum esse atq; considerandum. Propriorum enim contemplatio communium contemplatio posterio est. Atque primũ ut diximus de motu consideremus.

Duabus de causis inquit de his differendũ esse imprimis quidẽ, quoniam oportunus est naturali sermo de motu siquidẽ natura sit principium motus. Hec enim vna cũ motu apparent ad motũ pandere promereq; videntur. Deinde quia nobis institutũ propositũq; est differere de his que consequũtur omnes res naturales. Hoc enim principio libri explicauimus & merito siqdẽ semper speculatio cõmuniũ precedere debet contẽplationẽ de proprus. Nã fieri nõ potest vt quis discat qd sit syllogismus demõstratiuus nisi prius didicerit quid sit Syllogismus simpliciter, hoc igitur modo naturã animaliũ principiũq; discere nõ poterimus nisi cognouerimus qd sit natura simpliciter. Vel igitur hoc modo intelligimus cum dicit q speculatio proprii postponenda est. Nã propriorũ contemplatio posterior est doctrina de cõmunibus vt hic & in proemio propositi operis vna voce sibiipsi cõstat. Et enim principio huius instituti operis asseruit ex nobis apertioribus sumẽdũ esse initiũ, atq; nobis natiora esse magis cõfusa, ac eadẽ esse magis vniuersalia. Hoc modo igitur impresentia dicere oportet quid sit simpliciter motus deinceps distinguere explicareq; seriatim quid sit motus in locũ & quid sit vnusquisq; aliorũ. Vel igitur ita intelligit cũ dicit postponendã esse speculationẽ propriorũ vt dixi, vel potius, cõmunia nunc vocat nõ cõfusa & ea que pluribus cõpetũt, sed que plura cõsequũtur, oportet igitur (inqt) imprimis agere de his que cõmuniter consequuntur omnes res naturales, deinde persequi ea que sunt aliquibus propria & quod hoc explicet, ex cotextibus liquet cũ dicit itaq; perspicuũ igitur est partim ob hec ipsa partim quia omnibus sunt cõmunia vniuersisq; cõpetũt cõmunia profecto vocat ea que omnia consequuntur. Et cũ adhibet causam cur modo de his differere velit, subdit propriorũ enim cõtẽplatio cõmuniũ cõtẽplatiõe posterior est preterea nusq̃ differit in libro de particulari tẽpore neq; de loco, sed cũ dicit omnibus sunt cõmunia & eadẽ vniuersis cõpetũt pro his dicit. Hec communia omnibus sunt & cõsecuntur omnes res naturales. Nã omne corpus continuũ occupat locũ & in tempore est, vacuum autem iuxta opinionem sententiam veterum naturalium omnes res naturales consequitur, quippe qui inane nihil aliud esse putent q̃ locum corpore priuatum.

EORVM igitur que sunt, quedam actu tantum, quedam potentia sunt. Atq; que actu, horum autem aliud est hoc aliquid, aliud tantum, aliud tale, & in ceteris simili modo que predicamenta eius quod est appellantur.

Hoc in loco dignitates prius accipit. Et prima est, quoniã eorũ que sunt, aliqua actu duntaxat sunt aliqua actu & potestate. Et hæc nõ solũ in substantia inueniuntur sed & in ceteris predicamentis. At ea que actu duntaxat sunt in substantia cõperiuntur. Vt enim prius diximus nihil aliud potentie prorsus immune est preter ea que sunt penitus expertie materie ac diuine substãtiæ sunt, quãdoqdẽ omne corpus prorsus ae funditus iuxta aliquẽ modũ eorũ quos paulo prius explicauimus, sit potestatis capax. Si quis aũt putabit dicẽdã esse cælestium substantiam solo actu cõsistere propterea quod nõ idonea aptaq; sunt de sua natura in aliud transmutari, nõ solum is videbitur ea que duntaxat actu consistunt hoc modo in substantia ponere, sed etiam in qualitate ceterisq; predicamentis. Et enim celestium numerus & congenite inditeq; illis qualitates duntaxat actu sunt, que nullum secundum idipsum cæleste corpus suscipiunt tramutationem ac vicissitudinem seu reciprocationem.

EORVM preterea que sunt ad aliquid, aliud extensione defectione dicitur, aliud actiui passiuiq;, atq; omnino motiui ac mobilis ratione.

Secunda dignitas.

MOTIVVM nanq; mobilis, & mobile a motiuo mobile dicitur.

Quoniã dixit motiuum & mobile esse de numero eorum que ad aliquid referuntur, hoc ipsum per hec probare voluit. Nam inquit motiuum mobilis est motiuum & econtra mobile est mobile a motiuo qua propter hec sunt ad aliquid.

NON est autem ullus motus preter res ipsas. Id enim quod mutatur aut in substantia, aut in quantitate, aut in qualitate, aut in loco semper mutatur.

Tertia dignitas motus collocatur in mouẽtibus & motis & nõ sit ens quod citra illa separari queat quãobrem totidẽ erunt motus quot ea que mouentur at ea que mouẽtur quatuor modis cientur substantia quantitate qualitate vel loco itaque in his erit motus ac totidem.

COMMVNE autem in his nihil accipere possumus, uti diximus, quod quidem neq; hoc neq; quantum, neq; quale, neq; ceterorum quicq̃ sit predicamentorum. Quare neq; motus, neque mutatio cuiuspiam preter ea que diximus erit, cum nihil sit preter ea que diximus.

Quod motus nõ sit preter res probat. Si enim duntaxat in eisdẽ predicamentis motus reponitur & nõ est aliquid ens subsistens cõmune predicamentis q citra ipsa atq; diuersum ab ipsis & veluti genus sit vt simpliciter animal est cõmune particularibus animalibus quod quidẽ est substãtia animata sensibilis & diuersum ab vno quoq; particulari animali, licet in vnoquoq; illud concipimus contemplemurq;. Nã ens multipliciter vel vt aiunt equiuoce predicatur de predicamentis profecto motus neq; erit preter eadẽ predicamenta. Ex hoc autẽ loco interpretes acceperunt occasionẽ asserendi motũ non esse genus, sed vocẽ equiuocam multiplicemq;. Si enim motus cõsistere nequit citra predicamẽta & predicamẽtis nõ tribuitur cõmune genus certe constat neq; motũ genus esse. Nã si affirmaretur esse cõmune genus predicamẽtis in quibus motus reponitur id quod primũ in illo genere cõstitueretur necessario motus esset & motus multipliciter non diceretur. Sed velut illud genus predicamẽtis in quibus collocatur motus inesset ita etiã in illo motus genus esset eorũ motũ qui in eisdem predicamentis sub illo genere ponuntur. At modo ita se habet motus vti res se habent cũ igitur antedictorũ generum definitiones differant profecto & diffinitiones motũ qui in eisdẽ firmantur discrepant quãobrẽ si vnã definitionẽ motus afferre voluerimus hec erit multiplex & equiuoca. Quocirca Alessander longissimis verbis probat motũ non esse genus sed vocẽ multiplicẽ cum igitur motũ nunq̃ consistere citra res asserere possimus ex hoc cõcesso nititur probare motũ non esse genus sed quemadmodũ id quod scientia cõprehendi potest quod scibile dicunt quatenus scibile sub genere qualitatis redigitur quod tamẽ non solũ est in genere qualitatis, sed etiã in aliis predicamẽtis. Et enim substãtia scibilis cognituq; haberi potest & vnaqueq; alia res, eodem etiam modo de motu dicimus. Nã & ipse collocatur in predicamẽto quãtitatis quippe qui sit cõtinuus & vbiq; Arist. asseueret illum esse de numero cõtinuorũ videtur tamen esse etiã in aliis predicamentis. Quãobrem cũ motus redigetur ad predicamentũ quantitatis quãtitas erit genus & motus ipse erit genus eorũ que sub illo collocarẽtur & merito hoc vsuuenire solet dico. c. motũ nõ esse in vno predicamẽto quemadmodũ neq; id q scibile vocant, sed cũ predicamẽta neq; inter se abiuncta separataq; sint, sed omnia simul atq; in vnũ cõiuncta cõnexa alioquin si separarẽtur inter se motus inueniri nequiret nisi in quantitate. Sed quũ sint iuncta colligataq; in eodẽ subiecto merito est inuenire motũ in pluribus quod quidẽ ab solũ & ab re dictum non est. Verũ quispiam ambigere potest qm̃ si motus numeratur inter cõtinua quo fit vt sub quãtitate redigatur cur ipse Arist. in predicamẽtis nõ reduxit illum ad species quantitatis cõtinuæ. Respondemus itaq; predicamenta cõplecti species perfectas & res specialissimas ac determinatas. At motus asseritur esse actus imperfectus & via perueniendi ex potentia ad actum. Quocirca nõ potuit illũ cõnumerare inter species quãtitatis continuæ.

VNVMQVODQVE aũt dupliciter cuius inest. Vt hoc aliud enim est ipsius forma, aliud est priuatio. Et quale, aliud enim est album, aliud nigrum. Et quantum, aliud enim est perfectum, aliud imperfectum. Et in loci mutatione simili modo. Aliud enim est supra, aliud infra, aut aliud leue, aliud graue. Quare quot sunt ipsius species q est, tot motus mutationesue species sunt.

Quartũ assumptum & postulatũ qm̃ in vnoquoq; predicamento in quo est motus non est vnus simplex motus, se duplex est. Nam vt inquit in vnoquoq; predicamẽto cõtemplari possumus formã aliquam & priuationẽ & viam vel a forma in priuationẽ vel econtra a priuatione in

formam

formam. Diximus autem illum appellare priuationem id q́ eſt contrariorum deterius, & formā id quod eſt melius.

CVM autem eorum que in unoquoq; genere collocantur, aliud actu, potentia ſit, actus eius quod eſt potentia ut eſt tale motus nimirum eſt.

Cū adduxiſſet quas diximus dignitates ceterū vult afferre tradereq; diffinitionē motus quoniam primū aſſumptum poſtulatūue cōfert ad tradendā & aſſignandā definitionem motus idē repetit, quoniā vnumquodq; genus entis diuiditur in actu & potentia. Inquit ergo motus erit actus eius quod eſt potētia quatenus tale eſt ideſt quatenus vnumquodque eſt potentia & nō actu manente ſuperſtiteque adhuc potentia.

VELVT alterabilis quidem ut alterabile eſt alteratio.

Definiturus generaliter motū diffinitionē adaptat particularibus motibus recte igitur inquit alterationē motum in qualitate, quoniā alteratio eſt perfectio alterabilis quatenus alteratile eſt. Nā alterabile priuſq̄ alterari ceperit exempli gratia cū candidū albumq; fit vel nigreſcit imperfectam potentiā habet, ſed tunc perficitur alteratile cum mouebitur ſecundum ſuam potentiam.

ACCRESCIBILIS autem atq; oppoſiti decreſcibilis, nullum eſt enim his commune poſitum nomen accretio, ac decretio generabilis item & corruptibilis, generatio atque corruptio, & eius quod fertur, latio.

Inquit non quemadmodū cum quippiam albus fit vel niger & cū frigeſcit & caleſcit atq; in omni mutatione que fit ſecundum contrarietatē in qualitate, habemus commune nomen tributum ipſis alterationē ita tenemus in augumētatione & diminutione que ſunt mutationes ſecundum quantitatem. Sed hi motus ſuis propriiſq; inter contraria nominibus gaudent quorum alter vocatur auctio alter autem diminutio, qui nullum commune nomen habent.

ATQVE hoc motum eſſe inde perſpici poteſt. Nam cum edificabile tale eſt, cū ipſum ut edificatur dicimus eſſe, atq; hoc eſt edificatio. Similiter & medicatio, & uolutio, & ſaltatio & huiuſmodi cetera.

Exemplis fidem facit vt recte tradita ſit motus definitio, lapides qui potentia ſunt ædificatiles quum actu ædificantur & ad ædificium conſtituendū ſumuntur tunc obtinent eam perfectionem quā in potentia retinent, cū ſint actu ædificatiles & actus perfectioq; appellatur huiuſmodi ædificatio, que quidem motus eſt quāobrem & auctilis in quatenus auctilis actus ille motus erit qui vocatˀ auctio & diminutilis quatenus diminutile ipſa diminutio, ac ſimiliter de aliis omnibus dicendū eſt. Verū Themiſtius definit motum paucis mutatis qui fert motū eſſe actum rei quatenus talis eſt poteſtate primū. Nam motus eſt ille actus qui durat vſq; ad formā que cum adeſt motus, deinde quieſcit & abeſt vnde primā in illam formā itionem vocat motum, & prior actus eſt actus imperfectus quoniā petit migratq; ad formā & ad eum actum qui proprie ſimpliciter actus eſt, & poſterior actus eſt perfectus. Nam mobile cum illum attigerit in eo quieſcit & omnino potentiam perdit.

QVONIAM autem aliqua potentia ſunt, atq; actu. At non ſimul, aut non eodē, ſed ut quippiam calidum eſt quidem potentia, frigidum autem actu complura iam uiciſſim agent, ac patientur.

Cum dixerit quid ſit motus impreſentia vult oſtendere quedam eſſe que eo quod mouentur etiam mouent. Et ſimul perſoluit quandam dubitationē que adduci poteſt ex his que in definitionem motus collocabantur. Quoniā ſi idem ſimul mouet & mouetur. Et mouens quatenus mouet actu eſt aliquod igitur mobile actu erit. Sed contrariū diximus quoniā motus dicebatur eſſe actus entis potentia quatenus in potentia eſt: Quāobrem vel definitio motus falſa eſt vel dici non poteſt vt quedā mobilia eo q́ mouētur mouere, alioquin ſi hoc verū fuerit motus igitur definitio nō erit vera, talis igitur eſt dubitatio quā his modo dictis perſoluit, quoniam oſtendit quomodo quedā mouentia econtra moueantur. Et prius patefacit nulla ſimul mouētia & mota eſſe, hoc autē oſtendit, iam antedicta dignitate vtns. Nā ſuperioribus ſibi cōcedi voluit eo-

rum que sunt alia actu dũtaxat esse alia, vero actu & potentia, & hmõi omnia inquit cũ mouet necesse est etiã moueri. Verũ non eodẽ respectu eodẽue modo mouent & mouentur, quoniam mouetur quatenus potestate quidẽ est mouet autẽ quatenus in actu existit vt ignis actu quidẽ calidus est potestate vero frigidus. Quapropter mouet quatenus actu calefacit aquam, repatitur quatenus est potẽtia frigidũ, quoties migrat & transmutatur in terrã vel in aerẽ, & aqua similiter quatenus actu frigida & frigefacit, calefit autẽ quatenus potentia est calida quare his tollitur dubitatio. Nã erat dubitatio qm̃ si q̃ mouetur mouet & omne quod mouet actu est igitur mobile actu erit. Nã illud appellamus mobile quãdiu est in potentia. Hec igitur dubitatio persoluitur ex his dictis quia & si mobile motũq̃ prorsus moueret attamen non quatenus mouetur ipse eodẽ modo mouet. Sed mouetur quidẽ quatenus potẽtia participat dico. i. materia, mouet autẽ quatenus actu est dico videlicet secundũ formam. Non ergo quatenus mobile mouet. Sed quum hec explicat repetit definitionẽ motus, cũ ipsam clarius aperius q̃ interpretari explicareq̃ velit, perficit autẽ ipsam ac magis determinat. Vnaq̃ demonstrat subiectum & potentia eius eadẽ non esse sed aliud quippiam eritvnius cuiusq̃ esse quatenus hoc aliquid dicitur, aliud. n. est quatenus est tale in potentia exempli cã nõ eadẽ sunt es & potentia statue, quod itaq̃ diuersa sit differatq̃ potentia a subiecto multis etiã aliis excẽplis indicat. Vt eadẽ nõ sunt color ac coloris ratio & potentia visile, qm̃ color actu est & si nõ videatur vt in nocte accidere solet que tẽpore color est solũ potẽtia visilis. Et color siue aspectu intuituq̃ lustreretur siue nõ, actu est. At visile id. s. q̃ ferire oculos potest non eodẽ modo semper se habet vt color quãobrem potentia nõ est eadẽ cum suo subiecto qm̃ subiectũ similiter semper se habet. Aes quidẽ semper actu est es sed nõ semper statua cũ aliqñ potestate sit aliquãdo actus sed potentiã a subiecto differre ex contrariis potentiis precipue ostendit quoniã idem animal nõ modo potest morbo laborare sed etiã curari valereq̃ at si potẽtia essent eadẽ subiecto certe nõ vna cũ subiecto eadẽ esset sed omnes quapropter egrotandi potentia eadẽ esset cũ suo subiecto constat profecto vtetiã potẽtia cõualescendi bonãq̃ valetudinẽ attingendi cũ subiecto eadẽ sit quãobrem si vtreq̃ eedẽ subiecto sunt profecto eedẽ inter se erũt, Nã que eidẽ sunt eadẽ inter se quoq̃ eadẽ sunt. Si ergo potentia egrotandi eadẽ est cũ potẽtia sanandi, vtiq̃ egrotatio & ipsa incolumitas eedẽ erunt quapropter contraria eadẽ essent. Itaq̃ potẽtia nõ est eadẽ cũ suo subiecto, quod si potentia nõ est eadẽ cũ subiecto recte igitur ac diligenter motus definitio tradita est vt motus sit actus entis potestate quatenus tale est illud certe in definitione, quatenus tale est, diligẽter exacteq̃ adiecimus. Siquidẽ oporteat mobile secũdũ aliud esse actu & secundum aliud in potentia. Nihil enim mouetur q̃ duntaxat est potestate ens quocirca nullũ ens quod solũ in potentia est aliquid dici appellariq̃ libet, quapropter neq̃ materia per se mouetur quoniã neq̃ est secundũ se, oportet itaq̃ mobile actu & potestate esse, quod quidem non mouetur quatenus actu extat sed quatenus est in potentia. Vt Aes actu est idipsum es quod sane est etiã in potentia statua. Cũ igitur id quod est in potentia deducitur ad actum ab ipso statue opifice tunc æs moueri dicimus sed nõ cietur quatenus actu est idest nõ quatenus est æs sed quatenus est in potentia. Cũ quidem id quod est in potẽtia suimet actum assumit & ducitur ad actum perfectũ, qui cũ aderit simul ac potẽtiã demolitur e medioq̃ tollit. Motus igitur est actus rei potestate quandiu permanet seruaturq̃ ipsa potestas. Cũ hoc itaq̃ modo motus definitionẽ cũ interpretatus sit, & indicet ceterũ multis rationibus cõfirmat neq̃ posse aliter adduci assignariq̃ definitionẽ motus, & imprimis argumentũ adducit ex differentia temporũ quibus res elabuntur, circa que versatur motus. Nã æs quod est in potentia statua tribus tẽporibus distinguitur, aliquando enim dũtaxat esset potestate statua cũ nondum ab artifice formata esset aliquando autẽ solum actu & nequaq̃ in potentia quãdo iam formã statue accepisset aliquando etiã cũ intercapedine interualloq̃ temporis ex potentia duceretur ad formã adhuc superstite potentia. Cũ ergo triplex sit temporũ discrimen, in quo reponendus collocandusq̃ motus est? Nõ enim quando solum est in potẽtia id q̃ mouetur scilicet cũ nondũ cepit ars effingere agereq̃ aliquid in ære, minime etiã quum suscepit statue formã, quoniam cum suscepta est forma statue semel fingendi ars nihil amplius agit in ære, Itaq̃ relinquitur vt motus sit in illo interuallo temporis quo ars fingendi ciebat ipsum æs & ducebat ipsum ex potẽtia ad formã adhuc seruata superstite q̃ potentia in ipso ære. Similiter id nobis liquet de potentia domus quippe qui dicere non solemus domum moueri neq̃ cũ edificatile est solũ potestate. Exempli gratia cũ ponerentur lapides & ligna & ædificator nihil ageret in ipso, neq̃ cũ perfecta absolutaq̃ domus esset & formã sui recipisset quoniam tunc non ædificatur sed iam cõdita extructaq̃ est. Edificatio enim est edificatilis cũ adhuc edificatile est quãobrem motus erit duntaxat in eo temporis interuallo quãdo

est etiam

eſt etiã ædificatio quoniã ædificatio nihil aliud eſt q̃ motus ex prima potentia ad actũ perfectũ. Vnde quãdiu edificatio eſt nondũ potẽtiam abiicit ædificabile alioquin amplius nõ moueretur. Quoniã autem nõnulla poteſtate actuq; eadẽ ſunt. Hoc eſt aſſumptũ ex his dignitatibus quas prius poſuimus. Verũ hec omnia que ita ſe habent ſunt ortui interituiq; obnoxia quorũ alia quidẽ actu ſunt alia vero poteſtate, & quãq̃ ſingula apta ſint in ſingulis mutari attamen non ſimul vel eodẽ modo alioquin ſi idẽ ſimul actu & poteſtate eſſet, fieri nõ poſſet vt actus & potentia eſſent eiuſdem formæ, nam idem in eodem tẽpore eſſe actu & poteſtate non poteſt, ſed aliud alioque tempore erit poteſtate calidum vel frigidum & aliud actu.

OMNE namq; ſimul erit actiuum & paſſiuum.

Actiuum quidem ſecundum actum quoniam formæ agunt. Paſſiuum vero ſecundum potentiam paſſiuam. Nam materia paſſiua eſt at id ꝙ eſt in potentia materia eſt.

QVARE & id ꝙ naturaliter mouet mobile eſt. Quippe omne moueat & ipſum moueatur.

Illud aduerbiũ, naturaliter non propter mobile intelligendũ eſt quoniã mobile ꝙ mouetur a mouente ſuo ab eodẽ naturaliter & nõ viclentur. Nõ enim oportet vt omne mouens ꝙ ita mouet idipſum ecõtra moueatur. Et enim anima dico i. ſ. rationalis mouet corpora non vi ſed naturaliter attamen ipſa nõ mouetur. Eodẽ etiã modo de illa virtute dicendũ eſt que celeſtia ciet quemadmodũ ſuperioribus dixit duo eſſe principia quorũ alterum nõ eſt naturale. Vnde illud naturaliter propter mouẽs intelligendũ eſt quoniã ꝙ ita mouet quemadmodũ res naturales idoneæ ſunt mouere, prorſus idẽ etiam mouebitur. Nihil enim eorũ que naturaliter mouent immobile eſt cũ etiam ipſa natura corpora ciens ſimul cieatur alterata & fiat imbecilior & potentia augendi alterandi & gnignẽdi ac omnes alie ſimiliter debilitentur. Si ergo inquit Ariſt. de hiis ſolũ que ſunt ſubacta ortui & interitui, quod mouẽs naturaliter ſit etiã mobile intelligere debemus. i. ecõtra mobile quoniã omne huiuſmodi mouẽs ecõtra mouetur. Si autẽ de omnibus naturalibus, ſimpliciter & de celeſtibus intelligendũ eſt, duntaxat mobile & nõ viciſſim mobile intelligemus. Et enim celeſtia mouent cũ non ſint mobilia & moueantur que attamen econtra viciſſim non mouentur. Nam celeſtia ſuis virtutibus circunducta mouent & alterant ea que hoc infimo orbe continentur, a quibus viciſſim non patiuntur.

VIDETVR igitur quibuſdam omne ꝙ mouet moueri. Verum de hoc quomodo ſe habeat, ex aliis ſane patebit. Eſt enim quoddam mouens & immobile.

Poſteaq̃ oſtendit nõnulla eſſe mouentia ac mota, inquit quoſdã fuiſſe qui cenſuerunt omne quod mouet eodẽ modo penitus moueri. Quod quidẽ hoc falſum ſit ac nõ ita ſe habeat inquit ex aliis demonſtrandũ eſſe quoniã prorogat rationẽ ac ſuperſedet vſq; ad octauũ huiuſce operis librum in quo demõſtrabit nõ omne mouẽs moueri. Porro appetibile mouet ipſum appetitum immobilitate gaudens. Itẽ ſimulacrũ, forma, reiq; ſimilitudo ferit oculos mouetq; ipſa nõ mota. Preterea cibus paniſq; mouet eſurientem & ipſe non mouetur ſimiliter fænum aut gramen mouet aſinum.

ACTVS autem eius quod eſt potentia, cum actu eſt operatur uel ipſum, uel aliud qua mobile eſt, motus nimirum eſt.

Definitionẽ motus repetit. Verũ dupliciter ſcribitur is cõtextus, vno modo quidẽ. Actus entis poteſtate quando actus exiſtens operabitur nõ qua aliud motus eſt, ideſt actus entis poteſtate quãdo hoc poteſtate aliud quid inexiſtẽs actu effecerit nõ quatenus actu ſed quatenus poteſtate, hic erit motus. Sed ſcribitur etiã alio modo apud Alexandrũ quoniã ipſe in antiquis exẽplaribus ſic inueniſſe inquit. Actus entis poteſtate quum actus exiſtens operabitur in ſeipſum vel in aliud quid actu exiſtens qua mobile eſt hic eſt motus. Hec vel ſeipſum vel aliud dixit, quoniã eorũ que mouent aliqua in ſeipſis habent principium motus vt naturalia exempli gratia ea que augẽtur & alterãtur & aliqua vero extrinſecus motus initiũ naneiſcuntur vt artificialia. Ob hec igit̃ dixit vel ſeipſum vel aliud, perinde ac dixerit, actũ autẽ dico virtutẽ que ſiue in ſeipſum operabitur. i. ſiue in ſeipſo virtutẽ mouendi habuerit ſiue aliunde ideſt extrinſecus illam obtinuerit.

DICO autem qua sic est. Nam est es potentia statua, attamen nō ens actus ut est es, motio est. Non enim idem est esse eris, & aliqua potentia mobilis.

Exponit definitionē cur adiecerit quatenus mobile idest quatenus potest moueri. Inquit enim cū potestate statuam esse licet sit actu es dico igitur motū esse actū eris nō qua es est sed actū eius potentie qua fieri statua potest. Deinde ne quis suspicetur sibiq; persuadeat non differre inter se esse rei ac rationē eius & id q̄ est potestate statua quoniā vnum vt idem est esse eris & illius q̄ est in potentia statua, merito id ipsum deinceps ostendit, in vnoquoq; aliud dici hoc aliquid esse & aliud id quod est in potentia mobile.

QVONIAM si esset idem simpliciter ratione ue, eris ut es est actus motus nimirū esset. At non est idem ut diximus. Patet autem in contrariis. Nam ualere quidem esse, ac egrotare posse, non eadem sunt sed diuersa.

Quod ipse inquit hoc est. Quoniā si idem esset æris ratio essentiaq; & id q̄ est potentia mobile, quoniā eris esse actu est & actu mobile mouetur. Aes igitur quatenus es moueretur quapropter idē esset dictu actu es & motū q̄ quidē apertissime falsum est. Nā tripes ereus manet & ipse actu es est licet motus actu nō sit, imo penitus nō mouetur sed stat & quiescit, duplicauit autem hec verba idē simpliciter, & secundū rationem vt insinuet si essent idē es actu & es quatenus potestate vergit ad statuam, hoc modo generaliter essent idē quaobrem non solum idem subiecto essent sed etiam ratione, at certe fieri potest quispiam dicet vt æs & potestate mobile sint idē subiecto, que tamen ratione diuersa sunt, q̄m alia est vtriusq; definitio. At ipse deinceps ostēdit in potentiis repugnātibus cōtrariisq; dico exēpli causa in potestate sanandi & potestate egrotandi aut calefaciēdi vel frigefcēdi fieri nō posse vt eedē subiecto sint alioquin cōtraria inter se eadē essent. Nam que eidem eadem sunt inter se eadem esse nemo dubitat.

ESSET enim idem egrotare & ualere.

Inquit si potentie cōtrarie æedē sunt certe & actus potentiarū erunt iidē. At in presentia liquet non modo egrotare idē non esse huic actui sanari. Sed etiā omnino repugnare atq; cōtrariū esse.

SVBIECTVM autem & id q̄ ualet atq; egrotat unum & idem est:

Inquit subiectū id q̄ diuisim valet & egrotat vnū idem q̄ esse. quaobrem si potentie egrotandi & sanandi nō vnum sunt sed contrarie & subiectum quod illas defert vicissim ac diuisim vnū idem que est ergo potentie non sunt eædem subiecto.

CVM autem non sit idem, quemadmodum neq; color est idem atq; uisibile. Patet actum possibilis ea ratione qua possibile est motum esse. Hunc igitur esse atq; tunc rem moueri cum est iste actus & neq; prius neq; posterius.

Altero vtitur exemplo. Nā color secundū idem nō est color & visibile. Sed color id est q̄ luce presente potest actu mouere diaphanū. i. corpus transparens, visibile autē accidit colori. Itē color nō collocatur inter ea que ad aliquid referuntur quoniā est qualitas. Sed visibile numeratur inter illa que mutuo se referunt. Siquidem visibile sit alicuius videntis visibile, preterea color sepæ adest & nō fert oculos neq; videtur, at visibile esse nō potest nisi aspectū cicat ac aciem oculorū immutet. Si ergo demōstrauimus diligenter potentias a subiecto differre, recte igitur definitionē motus attulimus vt motus sit actus entis potestate quatenus potestate est & nō qua actu est, esse igitur motū idest quod motus sit id quod diximus. i. actus entis in potentia qua tale est inquit & tunc moueri cum iste actus accidit, idest tunc motus sit quādo id q̄ est potentia quatenus in potentia acceperit sui met actum, & non prius acceperit quando duntaxat est in potentia neq; quum acceperit postquam solum in actu est.

CONTINGIT enim unumquodq; interdum operari & non operari, ceu edificabile qua edificabile, & edificabilis actus ut edificabile edificatio est. Nam actus ipsius aut est edificatio, ut domus. At cum est domus tum non est edificabile. Edificabile uero edificatur. Necesse igitur est actum ipsius esse edificationem. At edificatio motus est quidam.

Eadem

Eadem & ad ceteros motus accommodabitur ratio.

Quoniã dixit motũ duntaxat eſſe huiuſmodi actũ dico:ſentis poteſtate qua tale eſt ac neq; illum eſſe ante potentiã neq; poſt illã, hoc modo vult probare ſcilicet motũ non eſſe affectionẽ actionẽq; ante potentiã neq; poſt eam. Nã inquit id ꝙ eſt poteſtate aliquando agitur, aliquãdo nõ agitur. Lapides enim & ligna cũ ſint ædificatilia aliquando nõ habent hanc actionẽ aut hũc actum exempli gratia quãdo mouentur per ſe in quibus nihil ædificator agit operaturue. Interdum habent quãdo edificatio eſſe dicitur. Quod vero anteq̃ obtineant actũ nõ moueantur perſpicuum eſt. Nã motus eſt quidã actus. Reliquũ igitur eſt vt motus adſit vel quando edificeatur ædificatile vel poſtq̃ conditũ abſolutumq; erit. Sed poſtq̃ obſolutũ eſt ceſſat tolliturq; e medio motus, mouetur autẽ edificatile quandiu edificeatile eſt, quãobrem motus aderit in eo tempore medio quo ædificatio fit ſuperſtite ædificatile quãdiu ita durat. Nã definiuimus motũ eſſe actũ entis poteſtate quatenus tale eſt. Ceterum inquit quod quidem diximus de ipſo edificatile idem dicimus de ceteris aliis motibus vt in dealbatione calefactione ceteriſque aliis.

QVOD autem recte diximus de motu patet ex hiſce que de ipſo dixerunt, & quia non eſt facile ipſum aliter deffinire.

Signum inditiumq; vt recte definiuit motũ hoc adhibet quia cuncti qui de illo tractauerunt nihil recte dixerunt, atq; illud quoniã aliter definire illum nemo poteſt. Diximus autẽ ſupra nõ ſat eſſe ſufficereq; motus definitionẽ probare. Sed oportere vt demõſtretur nõ poſſe aliter haberi exactam definitionẽ eius. Vnde inquit modo, neq; alios recte ſenſiſſe qui aliter de ipſo niteban tur dicere, neq; poſſe aliter de ipſo dicere q̃ ſtatutũ explicatũq; eſt. Pithagorei quidẽ aiebant motum eſſe alteritatẽ inequalitatẽ & nõ ens. Quocirca Ariſtotiles inquit ii ergo qui motũ eſſe alteritatem inequalitatẽ & nõ ens aſſerunt vel hec motũ eſſe inquiunt vt eundẽ motum aſſerant eſſe inequalitatẽ alteritatem & nõ ens vel vt ex his motũ adeſſe contendant, exempli gratia vt cũ omne mobile idipſum dicant ex non ente vel ex inequalitate vel ex alteritate moueri. Quod igitur motus inequalitas alteritas & nõ ens eadẽ dictu nõ ſint patet, quoniã in multis eſt alteritas in quibus motus nõ adeſt, in omnibus fere alteritas eſt attamen cũcta que ſunt nõ mouentur. Nimirũ alteritas in terra eſt cũ altera ſit ab aliis elementis que tamẽ ob id nõ cietur, itẽ in ſocrate eſt alteritas qua ab equo alter eſt qui tamẽ ob id nõ mouetur quia alter eſt ab equo, preterea inequalitas eſt inter decẽ & quinq; & inter diametrũ & latus attamen hec moueri quia inequalitatẽ habent neceſſe non eſt. Rurſus animalium partes inter ſe altere ſunt & numerus digitorũ inequalis eſt numero pilorũ capitis aut barbæ & tamen partes non idcirco repente mouẽtur quia altere ſunt neq; numerus quia inequalis cietur. Eodẽ etiam modo motus neq; erit nõ ens. Nã ſi quis aſſereret motũ eſſe non ens hoc in cunctis autẽ rebus nõ ens eſt. Et motus vero nõ in omnibus Si vero nõ ens ſimpliciter motũ dicerent, ergo cũ amplius latiuſq; ſit nõ ens ſimpliciter, multo magis in omnibus erit. Ceterũ ꝙ neq; ex his neq; ad hec motus eſſe poſſit, oſtenditur. Quoniã nõ modo mobile in qualitate & alteritate mouetur ſed etiã ex indentitate. Siquidẽ non ſolũ altera eo ꝙ altera ſunt mouentur neq; inequalia quoniã inequalia ſunt ſed etiã ipſa equalia & eadem nihil minus ex indentitate & equalitate mouentur quare motus nõ minus erit indentitas equalitaſq; quã alteritas inequalitas & nõ ens, que cũ dixerit deinceps explicat qua mẽte cõceptioneq; pithagorei hec motũ eſſe dixerunt, & inquit eo argumẽto cõmotos fuiſſe quia motus eſt indefinitus. Et indefinitũ eſt priuatio, igitur motus erit priuatio. Accedit etiã quia cũ determinaretur & perueniret mobile ad formã non amplius mouetur ſed cedit ad ceſſat motus quapropter cũ ea omnia que prius diximus. ſ. inequalitas alteritas & nõ ens ſint priuatiua. Vnde & alia principia in eodem ordine poſuit, merito hec ipſa motũ eſſe dixerũt. Sciendũ enim eſt in duos ordines vtrinq; ex aduerſo collocatos pithagoreos diuiſiſſe principia rerum, & vnamquamq; cõiugationẽ decẽ quibuſdã principiis deſcribebant quarũ vnam ordinẽ bonorum alterã malorum appellabant. Subiiciantur declarationis cauſa ii ordines vtrinq; ex aduerſo conſtituti vt ipſe alias narrat.

Bonum	Malum
Finitum	Infinitum
Par	Impar
Vnum	Multitudo
Dextrum	Siniſtrum
Lumen	Tenebra

Hec igitur principia rerum in hunc modum in vtrumq; ordinem vtrinq; ex aduerſo conſtituta pithagorei diuiſerunt, que cum diuiſiſſent alterum ordinem ſtatuerunt in quo meliora cõtrariorũ continerentur alterum vero in quo peiora deterioraq; haberentur ad que omnia redigerunt. Inquit igitur Ariſto. q̃m alter ordo erat peiorũ ac deteriorum principiorũ qui cum ſit pri

Mas Femina uatiuus indefinitus est iccirco motú veluti indefinitú sub eo re-
Quietum Motum digere. Veꝝ non diuisere hosduos ordines vtrinq; ex aduerso
Rectum Curuum cōstitutos tanq̄ predicamēta in formalia & priuatiua principia.
Quadratum altera pte lōgi Hoc modo itaq; Arist. priuatiua esse principia alterius ordinis dixit qui etiā diuisit principia in formā & priuationem & suo morte potius, hunc ordinē peioꝝ priuatiuum instituit quoniā consueuit meliora contrariorū formas appellare & deteriora priuationes. Vnde igitur pithagorei suspicati sunt alteritatē inequalitatē & nō ens motū esse explicauimus, proinde inquit motus videtur etiā aliquid indefinitū, quoniā alterius ordinis principia etiā sunt priuatiua & ob id indefinita, merito igitur ad indefinita principia motū redigere siquidē alterius inequalitas & nō ens in ordinē peiorum collocatur. Talia igitur sunt principia motus apud eos, ceterū motum esse infinitū cum is sit syllogismis demōstrat, motus est indefinitus, indefinitum est priuatio, Motus igitur est priuatio alterā quidem propositionē dico. s. maiorem probabimus vtentes cōuersione ex contrapositione. Nā si forma incerta definitaq; est priuatio igitur erit indefinita. Sed minorē ipse probat dico. s. motū esse infinitum. Nam eorū que sunt quedam sunt actu simpliciter quedā potestate in quorū naturam diuisionis partem collocatur motus quādo quidē nec ea que solū potestate entia sunt, moueantur neq; ea que solū actu sunt. Sed cū motus in neutris pure collocetur, tamē vtrisq; participat & ob id indefinitus est quia ipse in nullo certo genere rerū ponendus est cū igitur dixerit causam cur illi reducebant motū in principia priuatiua deinceps probat ipsum motū aliter definiri nō posse. Inquit & si cōcederemus res non modo diuidi in ea que potestate sunt & ea que actu existūt. Sed etiam in priuationem, quoniā ad nihil aliud motū redigere reducereq; possunt & iā diximus motū neq; actū; esse eorū que sola potestate sunt neq; eorū que solo actu cōsistunt tamen quod neq; ad priuationē reduci queat perspicuum est si quidem res nō propterea quod priuatione participant ob id motu participabunt, quoniā fieri potest vt priuentur forma & nō moueantur sed quiescant. Preterea si perbelle recte que diximus motū esse rei potestate actū, priuatio autē nō est alicuius rei actus ergo motus nō est priuatio. Quāobrem si motus in nullo istoꝝ collocandus est. Reliquū est vt modus quē explicauimus solus verus sit, is erat modus vt ipse in genere actus collocaretur. Verum non illius actus perfecti qui pro forma accipi solet. Sed illius qui vna adest cū potentia & eā seruat. Quocirca motus actus imperfectus dici solet quoniā adhuc retinet potentiā. Verū actus appellatur propterea quod penitus ex potentia ad actū perfectum tendit. Hec omnia itaq; differit anteq̄ finem imponat sermoni de motu. Imponet aūt finem cum demōstrauerit in calce motū non inherere mouenti neq; in eo firmari sed in mobile esse & consistere, Repetit proinde sermonē de mouētibus & mobilibus. Et querit qualia sint ea mouētia que precipue cū mouent econtra moueantur de quibus in libro de generatione ac in libro de anima exactius exploratiusq; inquirit. Sed hoc in loco inquit ea esse mouētia ecōtraq; & mota que nequeunt mouere nisi moueantur. Sed que sunt hec sinquit ea esse quorū immobilitas est quies. Nā quibus motus in est. Hec ipsa quando nō cientur quiescere dicuntur. Ecōtrario eorū que nō sunt apta moueri immobilitas nō appellatur quies sed hoc ipsum immobilitas & statio, merito itaq; huiusmodi illa mouent & mouētur. Siquidē habent potentiā, quibus enim operepreciū est agere & aliquādo ex quiete moueri & aliquo modo talia mouere & moueri. preterea asserit oportere vt mouens & mobile sese tangant, que cū se tangūt quatenus vtrūq; est in actu eorū alterum in alterū vicissim aget. Sed quatenus in potētia vtrumq; vicissim patietur. Verū cælestia cū ea que in infimo orbe collocātur mouēt etiā tangunt a quibus tamē non patiuntur quoniā non sunt potestate mobilia. Sed actu mobilia & motiua secundū motum localē. Sed aliis motū generibus celestia neq; actu neq; potestate mobilia sunt. Et vt paucis cōplectar velut ipse in libro de generatione dixit que sunt eiusdē materie cū mouent patiuntur. Nā eo quod omnia que ortui subiiciuntur cōmunem habent materiā ea sunt potestate, fit vt agens cū tangit patiens agat secundū actum qui est in seipso & potestatē que est in illo quod etiā patitur ab illo in quo agit per eandē rationem, vt calidū appositum & iunctū frigido calefacit quidē illud qua actu calidū est cum frigidū sit potestate calidū, econtra autē patitur ab eodē qua potestate est frigidū & illud actu est & frigescit. Quibus habitis ceterū motum definit exactius exploratiusq; dicens motū esse actū mobilis quo mobile est. Prior quidē diffinitio in qua dicebatur motū esse actum rei potestate quatenus talis est cōplectitur etiā actum perfectum. Et enim potentiarū altera prior dicitur que est secundū aptitudinē & altera secunda que est secundū ordinem cuius actus non erat motus sed perfecta forme receptio, motus autē est ex prior. potentia in priorem actum mutatio, quamobrem magis priora est hec definitio quā nūc

affert

affert quoniam potentiam complectitur.

NEQVE enim motum mutationemq; quispiam in alio genere ponere potest.

Quoniam motum in genere actus collocauimus inquit fieri non posse vt ad aliud genus reducetur quam nos reduximus.

ID ita esse inde continuo patebit considerantibus, ut quidam alii ponunt ipsum diuersitatem, & inequalitatem, & id etiam q; haud est motum esse dixerunt.

Truncatim cōcisimq; dicit. Nam cū duas questiones posuisset alterā, vt alii nō recte senserint dixerintq; de motu, & alterā, fieri non posse vt aliter tradatur definitio eius. Cū voluisset aggredi probationē reuertebatur solū ad priorē questionē. Et dicebat. Neq; n. motū & mutationē in alio genere quis ponere statuere ue potest, & cū nō reuertatur ad secundā induxit probationē tāq; reuersus sit & inquit cōstat aūt nobis cōsiderantibus neq; motū esse velut nōnulli posuere dicentes ipsum in equalitatē alteritatē & non ens esse, quapropter opus est vt aliquid adiiciatur extrinsecus ne mancā faciamus rationē. Vnde dicenda cū iungenda cū his. Neq; motū & mutationē in alio genere quis ponere statuereue potest. Hec deinceps. Neq; ii qui secus de motu tractauerūt recte dixerunt, quibus mox coniungenda & conectenda est hec probatio. Cōstat aūt nobis cōsiderantibus neq; motum esse velut nonnulli posuere dicentes ipsum esse inequalitatē & cetera.

AT eorum nihil prorsus siue sit diuersum, siue inequale, siue non ens necessario moueri uidetur.

Primam suppositionem his verbis ponit & confutat eam cum supponat statuatque motum eundem esse cum alteritate in equalitate & non ente.

ET insuper non ad hec, aut ex hisce magis ipsa mutatio, q̄ ex oppositis est.

Reliquę suppositiones, vt neq; motus ex his sit qm̄ neq; magis ex his q̄ ex cōtrariis essent neque magis in his q̄ in contraria haberetur. Sed forte pro his hominibus responsum dari potest, qm̄ nō, ita sentiebat motū esse alteritatē inequalitatem & nō ens vt impresentia Arist. accipit qm̄ hoc incomodū absurdūq; recte obiectū esset vt motus non magis in hec vel ex his q̄ in cōtraria, tenderet. Et. n. verisimile nō est vt ii viri prudētes peritiq; hoc supposuerint. Sed potius qa omnis motus est quedā alienatio a quo in quod mouetur videlicet mobile aliqūo a seipso alienatur, eo quod dimouetur abdicaturq; a forma quā prius obtinebat & idē a seipso vel secundū qualitatē vel secundū locū. Mutatū alterat. i. alter fit. i. ē sibi euadit inequale quoties mouetur secūdū quātitatē, quod etiā fit aliqūo nō ens ꝑpterea qd priorē formā q̄ obtinebat omisit, inequalitas igit & alteritas ē motꝰ nō respectu alterius rei ięqualis vel alterius mobilis sed respectu eiusdē ac sui met. Hoc modo & motus est nō ens qa oē mobile qua moueri dr̄ nō est id penitus qd, qdē prius erat.

CAVSA autem in his ponendi motum fuit motum indefinitum quoddam esse uideri. Alterius uero principia seriei, indefinita sunt sane quia sunt priuatiua.

Hic mentē eorum ac sententiā explicat qua cōmoti motū hec esse affirmare contēderent & inquit propterea quod motus, quippiā indefinitum est, ita eos sensisse. Nā altera series est ad quam reducebātur alteritas inequalitas & nō ens, ad que motū redigere, qui eo q; priuatiuus erat, indefinitus appellatus est. Merito itaq; motū collocarunt in eā coniugationē principiorum que indefinita erit quoniam ipse indefinitus est. Sed fieri potest vt ii qui motum esse non ens asseruerunt illius naturam magis attigerint. Si nō ens ita vocauerint vt nō penitus nō ens. i. nihil intelligant sed per non ens senserint mobile ipsum nondum id assecutum ad quod mouetur sed adhuc imperfectum. Huiusmodi enim ens in potentia nos vocamus.

NIHIL enim ipsorum aut hoc aliquid sunt sane, aut tale, aut ceterorum quicq̄ est predicamentorum. At ut uideatur motus indefinitum quoddam esse causa fuit nō posse ipsum aut in potētia rerū, aut in actu poni simpliciter. Neq; n. id q; esse potest quantū, neque id q; est actu quantū necessario mouetur. Et motus actus quidē esse quidā uidetur, imperfectus tamē, ꝓpterea q; ipsum possibile imperfectū est cuius est actus motus.

Querũt hoc in loco interpretes, quo pacto inquiat Ariſt. priuationẽ eſſe indefinitã propterea quod ſub nullo predicamẽto concluditur. Cũ contrariorũ eadem ſint genera. Sed reſpondet ſingulares priuationẽ formis ac proximus oppoſitas eſſe ex quibus ſolent mobilia ad habitũ tranſmutari quocirca priuatio vna queq; collocatur in eo genere in quo habitus reponitur. Sed quomodo nõ homo non equus & omnia huiuſmodi priuatiua cũ modo accipiat priuationem pro negatione ſiquidẽ in his que priuatiua ſunt non licet appellari oppoſitũ formæ. Sed cũ i vnam formã negent & cũ nihil definitũ inferant nõ modo formam ſed neq; priuationẽ, idcirco inquit priuationẽ in nullo genere collocari, nõ ꝙ reuera ad nullum redigi nequeat ſed quia in definitũ certum q; genus reduci non poteſt. Nõ homo enim poteſt eſſe alia ſubſtãtia preter hominem & quantum & quale & vnumquodq; aliorum predicamentorum. Inquit igitur priuationem certe definiteq; non poſſe ad aliquod genus reduci. Cauſa autẽ vt videatur motus eſſe indefinitum
Textus quoddã fuit nõ poſſe quo in loco cũ accipiat cãm cur motus ſit indefinitus ſimul etiã cãm erroris pitagoreorũ aperuit. Sed impreſentia idipſum probat ſcilicet motũ eſſe indefinitũ ex diuiſione rerũ in actu & in potẽtia. Et oſtẽdit motũ in neutro rerũ genere proprie reducẽdũ eſſe. Si quidẽ neq; actu ens ꝙ eſt ſubſtãtia vel quãtitas vel qualitas aut aliquid aliorũ mox cum fuerit moueri neceſſe ſit. Neq; poteſtate ens quoniã neq; poteſtate albũ cum fuerit neceſſe eſt repente moueri. Nihil horũ igitur motus eſt neq; actus ſimpliciter neq; potẽtia ſed mediũ horum aliquid ſcilicet actus quidã imperfectus non abiiciens poteſtatẽ, propter hoc motus eſt indefinitus, quoniam in nullum eorum que ſunt dico videlicet neq; in his que poteſtate ſunt neq; in his que actu. Siquidem omnia que ſunt in his diuidi ſolent, pure ſincereq; motus reponendus eſt.

ET icci rco difficile eſt accipere quidnam ſit motus. Neceſſe enim eſt ipſum aut in priuatione, aut in potentia, aut in actu ſimplici ponere. At nihil horum eſſe poſſe uidetur.

Cum indicaſſet veteres nõ ſane recteq; diffinitionẽ motus tradidiſſe & qua mente quaq; ſententia cõmoti ad hec abſurda deuenere modo alterũ queſitum probat, vt neq; aliter definiri motus queat quã definitus ſit. Et inquit ſi quis annueret votis eorũ concedentes ea que ſunt diuidi partiriq; in ea que tũ actu conſiſtunt tũ vero poteſtate, tamen ſub nullo horum genere motus comprehenderetur. Sed quod neq; motus ſit ens poteſtate neq; actu ſimpliciter perſpicuum eſt quod vero neq; priuatio ſit neq; in eo genere collocetur priuationis ex hoc clariſſime patet quia multa ſunt que priuatione participant & tamen motum non obtinent.

RESTAT igitur modus ille iam dictis, actum quidem ipſum aliquem eſſe, talem aut. m actum, qualem antea diximus qui difficilis quidem eſt cognitu, poteſt autem eſſe.

Cum deſtruxiſſet omnes opiniones quibus nõnulli ita de motu ſenſere, ſiue eas quibus poterant ſic ſentire reliquũ eſt vt ea vera ſit quã ipſe dixit. Nã quum duplex ſit actus alter quidẽ qui ſit ſecundũ perfecte ſpeciei receptionẽ, vt actus videndi oculorũ per quẽ iam viſionẽ & actionem recipiunt vero potẽtie actus appellatur qui in re ipſa ſeruat idipſum ꝙ poteſtate eſt, vt motus in igne, qui enim cum ſurſum fertur adhuc retinet potentiam delationis ſurſum, priorem itaque actum motum eſſe nõ aſſerimus. Siquidẽ ille magis ſtatui & quieti aſſimiletur quã motui. Secũdus actus itaq; erit eo quod prorſus potentiã firmauit imperfectus autẽ propterea quod nõ abiicit poteſtatem ſed ſimul cum prorogat atque trahit. Nam idem mobile cum ſurſum ducitur habens adhuc potentiam ad mouendum peragendumq; ſurſum interuallum ita mouetur.

MOVETVR autem & omne mouens, ut diximus quod eſt potentia mobile. Et cuius immobilitas quies eſt. Cui enim motus ineſt, huius profecto immobilitas quies eſt.

Hic repetit ſermonẽ de mouẽtibus & motis. Et inquit omne mouens ꝙ cũ mouet etiã poteſtate mobile eſt. Hoc idẽ prorſus mouere, & moueri dicitur, ea autẽ mouẽtia poteſtate mobilia dicimus quorum immobilitas quies eſt. Verum hec in ſequentibus huius operis voluminibus demonſtrabit.

NAM in hoc agere ratione, qua tale eſt, mouere nimirum eſt. At hoc facit tactu, Quare ſimul etiam patitur.

Cũ dixerit qualia ſunt mouẽtia & mobilia que cũ motiua etiã mobilia ſunt & huiuſmodi eſſe quorũ immobilitas quies eſt. impreſentia docet quo pacto hec mouẽtia ecõtra moueãtur. impri

mis aperit quid sit mouere quoniā mouere & in hoc agere quatenus tale est, vt agere circa calidū vt calidū est quod quidē est calefacere. Sed agere in hoc aliter fieri nō potest nisi sese agens & patiens tetigerint. Cum igitur agens non solum actu est hoc aliquid sed etiam potestate aliud, necesse est vt id q́ est ens potestate in mouēte (cum sese inuicem tetigerint) pati ab eo quod est ens actu in mobile quod quidē motus est, quapropter mouēs prorsus ecōtra mouebitur mouetur autē vicissim a patiente quoniā vnumquodq́ contrariū ante quicq́ aliud quidem non agit quam in contrariū. Est autem omnino id q́ est in potentia veluti contrariū. Cum igitur calidum potestate sit frigidum, & agit calidum in frigidum ipsum tangendo atque ens potestate cum proximū propinquumq́ fuerit actui, ducitur in actum necesse omnino est id q́ potestate frigidum est pati ab eo quod actu frigescit. Quamobrem necesse est calidum cum agit vicissim perpeti.

QVOCIRCA motus actus est mobilis, ut est mobile. Accidit autem hoc ipsius motui tactu. Quare simul etiam patitur.

Vt dixi exactius diligentiusq́ ex dictis definitionē motus tradit, cū motum nō esse entis potestate simpliciter sed mobilis actū impresentia dicat. Verū quispiā instaret aduersus priorē definitionem dicēs id q́ est potestate dextrū quum dextrū me verbi gratia actu mutāte ad leuā mutaretur quidē ex potētia in actū & tamē nō moueretur. Auget difficultatē qm̄ si ptāte sinistrū mouebatur dextrū non dicitur, potētia nāq́ vna est eorū que ad aliqd referūtur. Nā ipse respectus & habitus est inter ea q̄ inuicē referunt vel pōa est vel actus, actus qdē eiusdē pōnis figure habitusq́ est potētia vero opposite in qbus conuersionē fieri oīno pōt. Sed in relatione qua pr̄ & filius mutuo referūtur aliter euenit. Cū filius nō possit esse pr̄is sui pr̄ neq́ ibi erit oppositus habitus ipsorū. At in dextri & sinistri similiūq́ relatiōe, vnus habitus erit positionis actus & oppositi potētia. Si ergo fuerit vnus habitus vnaq́ respōsio eorū que ad aliquid referūtur in quo dextrū sinistrū ante retro mutuo sese referūt ac referri dicūtur, necesse est vt si alterū mouetur & reliquū moueri. Nā dextrū & sinistrū sunt existūtq́ habitu respōsoq́ quo igitur moto necesse est vt vtraq́ moueātur que habent esse secundū illum. Themistius ergo absolute rn̄det actū q́ est in genere ad aliquid nō seruare prorsus potestatē, quēadmodū actus secundū alterationē seruat eā potestatē qua alterabile ducit ad perfectū actum. Sed in his fieri mutationē subitam ex potētia in actū. In genere igitur eorū que ad aliqd sunt, vnus actus solus cōspicitur qui perfectus & absolutus est. Imperfectus vero nō cōspicitur. Nō.n. pedetētim dextrū fiebat me mutāte ad leuā sinistrū sed repēte atq́ momēto. Hīc ego quū in dextrū me confero moueor quidē secundū locū nō moueor autē secūdum relationē. Primū igitur eos qui cōtra Arist. hanc mouēt questionē oportebat in his imperfectum actū ostēdere quod quidē facere nō poterant quandoquidē illa ducātur ex potētia in actu nō per motū, deinde definitionē motus ab illo assignatā refellere. Sed hec dubitatio hoc modo deleta dilutaq́ sit. Quoniā autē in omnibus predicamētis potestas est & motus nō in omnibus reperitur, ac qm̄ vt iā dixi deductio ex potētia in actu non solū dicitur de actu impfecto dico.s. de eo quo ducitur quispiā ex priori potētia in priorē actū. Sed etiā dicitur de perfecto actu qui est ex secunda potestate in secundū actū, merito Arist. definitionē cōmodius adaptat. Et ne qs hāc definitionē reprehēdat propterea quod motū per mobile tanq̄ idē per idē indicare cōtendit. Nā quū motus ex eorū numero sit que ad aliquod referūtur. Hoc.n. superioribus postulatū & cōcessum accepimus, quū ergo motus referat ad mobile, siquidē motus sit mobilis motus, aliter definiri nō potest quā definitus sit nō pretermittētibus nobis id in definitiōe ad qd refert, quēadmodum neq́ priorē sine filio & duplū sine dimidio cōstituere, definireq́ possumus. Accedit et q́ mobile aliquāto notius est q̄ motus. Nō enim idē est nosse motū esse & qd sit motus. Nā vt sit cuiq́ patet. Quid aūt sit. Hūc quoq́ nos q̄rimus. At vero motū esse res mote nobis indicāt quas mobilia nū cupamus. Quare quivtitur mobile definiendo motum rem profecto notiorem ad declarandum id quod erat ignotus affert.

SEMPER autem id quod mouet formam aliquam afferret aut hoc, aut tale, aut tātum, que quidem principium erit, & causa motus, cum mouet. Id enim quod actu est homo, facit hominem ex eo quod est potentia homo.

Inquit mouēs oīno formā vnā decem predicamētorū hēbit. Nā hoc est cā & principiū motus. Materiā.n. est principiū passiuū & forma actiuū. Necesse est igitur mouens aliquam habere formam que quidem in mouente causa sit mouendi.

QVE cum ita sint, patet motum in ipso mobili esse, id inq̄ quod mutatur. Est enim actus huius ab ipso motiuo. Motiui quoq; actus non alii quisquam est.

Propositū est in his querere cū sint mouens motū & motus nunquid motus in mouente vel in moto collocetur, sed probat ex definitione motus ipsum in moto cōstitui. Est enim inquit motus actus q proficiscitur a mouēte in mobili. Si ergo motus est actus mobilis & vniuscuiusq; actus in eo est cuius actus esse dicit᷑, motus igit᷑ erit in mobile, sed mobile mouetur ergo motus erit in moto. Et prorsus in eodē actus est in quo fuerat verū si aliquis actus mouētis potētia est (vt inquit) attamē ipse alter nō est ab eo actu qui rei mobili heret neq; seiungitur dissociaturq; ab eo, sed in eodē est, qui sane fit a mouēte & moto inest. Nō enim censendū est vt alius quidem fiat a mouēte & alius insit moto, sed vnus sit quē mul cū mouēs mouet efficit & mobile mouet᷑. Vnus igitur vtriusq; actus est vnus inq̄ subiecto, sed nō ratione queadmodū itaq; ascendētes & descendentes vnū idemq; spaciū quamq̄ peragant alio ascendētes ceperunt iter alioq; descendētes. Ita de motu dicendū est vnus quidē actus subiecto est, diuersis tamē habitu & cōsideratione habetur qui profecto cū a mouente capit initiū factio appellatur quū vero a moto patiēteq; passio nūcupatur qui siue factio dicatur in patiēte residere cōspicitur quoniā agens efficit in patiente. Siue passio adhuc multo magis in patiente consistere intueri libet. Sed cū hec dicit rationem adducit qua probat motum non esse vnum vtriusq; actum, sed duos. Nam alius est actus actiui & alius actus passiui quod quidē cōstat argumēto diuersorū nominū & finiū actus enim actiui appellatur factio & passiui passio. Itē opus & finis factionis est factū & passionis passum. Sed quorum fines differunt principia etiā differunt quāobrem duo actus erunt atq; duo motus si ergo duo, vel alter quidā in mouēte erit & alter in moto, vel vterq; fit in moto. Alterū nanq; sectionis membrū constitui supponiq; nō potest dico. s. vt vterq; in mouente, quoniam perspicuum est huius suppositionis absurdū. Nam si vterq; in mouēte esset, accideret autē vt mouens duos motus obtineret & id q mouetur nō habere motū, quod quidē absonum incōmodūq; est. Si ergo alter eorum cōsidebit in altero ceu factio in faciēte & passio in patiente, ecōtrario fieri non potest. s. vt fit passio in agēte & factio in patiēte alioquin patiens esset nō patiens, sed agēs, similiter agēs nō agēs sed patiens. Si ergo vt diximus, factio residebit in agente & passio in patiente prorsus necesse est quēadmodum patiens motū tanq̄ proprium actū in seipso tenet ita etiā mouēs teneret. Si igitur mouens in seipso motū habebit, vel mouebitur, vel nō mouebitur q si migrabit & mouebitur, accidet vt omne q mouet etiā moueatur. Siquidē omne mouens suimet actum in seipso tenet, q quidē plane falsum est. Nā amātem effigies ciet & cibus panisq; esurientē ac gramē asinū que tamē ecōtra nō cietur moueturq;. Quod si mouens nō mouebitur aliqd habebit motū & non mouebit᷑ quod absurdū profecto est. Vnde si vtrosq; actus in moto & patiēte collocabimus, primū quidē incōmodū absurdūq; sequitur vt alterius peculiaris actus alteri tribuatur. Deinde sequetur vt duo motus forma specieue differentes in vnū & eundē finem tenderent quod quidē fieri nequit. Nā fieri potest vt quippiā moueatur duobus motibus diuersis specie qui tendāt ad differētes formas, quādo qdē idē queat moueri in locū simul ac alterari augeri & discere. Atqui duo motus differentes specie in vnā & eandem formā tendere perueniréq; nequeunt, quoniā ii duo motus vel ex diuersis principiis in vnū & eundē finē ducūtur vel ex eodē vnoq; in idē & vnū perueniūt. Siquidem ex differētibus qm̄ omnino ex cōtrariis in cōtraria formas tēdunt atq; omnis mutatio constituta est inter contraria, sequetur incommodum vt duo eidē vniq; sint contraria quod quidem absurdum est quando quidē vni semper vnū contrarium & respondet. Quod si ex eodē vnoq; principio ad vnū eundem finē motus tenderint per eadē media etiam fluent quoniam semper mutationes que ab eodē in idem cōtendunt per eadē media transeunt, ceu mutatio ex nigredine in albedinē semper per fuscum mediū fit & aquæ in aerē mutatio per mediū vaporē producitur & de omnibus aliis simpliciter dicendū est quare fieri nō potest vt duo differentes motus ab eodē principio in eundē finem veniant. Sūmatim igitur cōcludamus non posse actus ita cōstitui vt vnus vicissim in altero sit nec vterq; in vno tantum nunq̄ enim ex vtrisq; dico. s. ex mouēte & moto vnus actus proficiscitur alioquin ex hac suppositione sequerētur quidē absurda, primum enim inquit, sequeretur idipsum absurdū q paulo prius diximus vt due res specie differētes vnū & eundē actū haberēt queadmodū. n. albi & calidi nō erit vnus & idē actus ita cōsentaneū & nō abre est neq; agētis & patientis eūdem actū esse. Deinde inquit, si vtriusq; vnus actus erit etiā ambulatio & adiscentia eedem erūt, & adhuc generalius factio & passio eedem, qm̄ ipse quoq; actus sunt. Quod si hoc cōcedit᷑ agere & pati eadem erūt, qd quidem est ipsum age-

re secundum

re secundū actū. Nā quum dixero dealbationē & doctrinam ipsum actū dicam. Sed quum dixero albescere & moueri inquiā & agere secundū actum vel motū cū itaq; vnus ac idē actus sit, & ipsum agere per actum vnum & idem erit. Si autem hoc conceditur agens etiam vnus & idem erit. Igitur preceptor discipulo seu docēs adiscenti & faciens patienti, idē erit, ergo accidet preceptorē quatenus docet adiscere & agentem qua agit pati quod quidē absurdum est. Preterea quod quidē ipse in dubitatione nō adiecit, velut iam idipsum posuerit in priori suppositione in qua dicitur si duo essent actus verū tamē in solutione cū hoc ponat tanq̄ absurdū, idipsum persoluit „ si ergo vnus & idē actus in aliquo erit vel.s. in mouente vel in moto, sed illū in mouēte esse absurdum est alioquin esset motū sine motu, & aliquomodo mouebitur sine motu. Si autē in moto statuetur rursus idem absurdum emergit vt alterius actus peculiaris alteri tribuatur & in vno quoq; nō esse propriū vniuscuiusq; actū. Hoc igitur modo cū ambigat aduersus definitionem ceterū persoluit dubitationes. Ad suppositionē quidē in qua supponitur duos esse actus factionē & passionē, & ad absurda incōmoda que illi accidūt nihil respondet, ꝓpterea q̄d neq; vera est suppositio & absurda que vidētur deduci, sunt elēchi & nō dubitatio. Sed alia absurda que alterā suppositionē sequūtur in qua dicit' vnum actū esse in vtrisq; persoluit qm̄ eadem suppositio ipsi videtur vera esse atq; exoluit primā rationē in qua habetur alterius actū alteri tribuere quā posuit in dubitatione tanq̄ sequentē primā suppositionē, in qua dicebatur si duo essent actus & vtriq; in moto, in solutione autem persoluit eam tanq̄ consequentē eā in qua dicebatur si vnus erat actus & idē in moto esset. Nā vt dicebā nihil respondet ad rationē que refellit suppositionem in qua dicitur si duo essent actus, quoniā neq; ipsi videtur vera esse suppositio. Respondet igitur ad alterā & inquit nihil incōmodi etiam si alterius actus alteri tribuatur immo necessariū est in his que sunt ad aliquid. Porro posuimus a principio mouens & motū de numero illorum esse que ad aliq̄d referūtur. Exēpli gratia actio patris in alio q̄dē nō suscipitur q̄ in filio siquidē actio patris nō abscinditur seiungiturq; a filio, sed in ipso filio est cōstituta, que quidē cum ortū trahat atq; initiū a patræ residet cōsistitq; in filio, ita etiā actus illius per cādorē facit in quodā alio nō suscipitur q̄ in albefacto & preceptoris doctrina in alio nisi in discipulo recipitur & generaliter agētis actio suscipitur in patiēte. Nihil enim aliud patitur patiens q̄ id q; agēs agit siquidē iū agit agēs simul patiens patiatur. Si ergo quod efficit agens hoc idem patitur patiens, & quod patitur patiēs in ipso residet patiente, nam in patiente passio statuitur. Ergo quod efficit agens hoc in patiente erit. Vnde syllogismus in prima figura conficitur, quāobrem si factio actus est faciētis ipse erit in patiēte. Necesse nāq; est vt eorū que sunt ad aliquid actus alterius in altero sit. Ceterū ad secūdū absurdum. Respondet quo dicebatur id incommodi sequi vt duorum differentium spetie vnus idemque actus esset. Inquit ergo id in quibusdam neque absurdum esse dico.s. in his que sunt ad aliquid quando quidē aliud erit potestas aliud vero actus eiusdē potentiæ. Verū vnus est eorū actus subiecto sed nō ratione. Vna enim est dealbatio quatenus albū candorē efficit & albefactum albescit, idē etiam est Theorema quod docet præceptor & adiscit discipulus igitur doctio Theorematis vna est quā docet magister discipulū eruditq; & discipulus docet. Nō enim aliud doctio eruditioq; est quā ipsa adiscentia aut susceptio discipline a præceptore, similiter ēt disciplina que eedē subiecto sunt ratione autē discrepant. Quēadmodū ascensus & descensus & ex thebis ad athenas profectio & ex athenis ad thebas reuersio, que profecto vnū iter vnumq; spaciū habēt, sed rationē proficiscendi diuersam sicut etiā ab infimo loco sursum migratio & ex alto loco ad deorsum delatio. Nā hinc cæpto itinere ascensus est illinc vero descēsus ita etiā, in agēte & patiēte reperitur quoniā vtriusq; eadē vnaq; actio est, sed qua capit initium ex agente actio qua ex patiēte passio, similiter ex discipulo disciplina & ex magistro doctrina eruditioq;. Et hoc merito accidit quādo quidē nihil aliud agens agat q̄ id q; est potestate patiens igitur actus agētis idē erit ac vnus potētie patiētis, vnus igitur est vtriusq; actus subiecto sola ratiōe soloq; habitu differens. Deniq; ad vltimū absurdū respōsum affert, qm̄ dicebat si vnus esset vtriusq; actus doctio eruditioni que in discipulo suscipitur eadē esset, q̄d si hoc datur præceptor idē erit discipulo. Ad hoc itaq; respōdet nō oportere vt disciplina doctrine eadē sit qm̄ iam id absurdum valeret vt docere discere ac docentes & adiscentes eadē essent. Nam si prorsus & quoad omnia veluti vestis & tunica eadē sunt ita doctio & disciplina essent, oporteret seq absurda, que diximus. Sed quū non quoad omnia eedē sunt, sed subiecto eedē ratione autē differētes, nō necesse est vt præceptor sit idē cum discipulo neq; doctrina cū disciplina, quoniam etiam cum ascensus & descensus subiecto vnū sint tamen nō sunt idē ascendere ac descendere neq; ascendens & descēdens. Itē neq; cū vna sit intercapedo vnumq; iter ex athenis ad thebas & econtra ex thebis ad athenas iam profici-

ſci ex athenis ad thebas idē erit cū ipſo reuerti ex thebis ad thebas neq; proficiſcens ex thebis ad athenas idem erit cū eo qui redit ex athenis ad thebas. Hoc igitur modo doctrina diſcipline eadē erit. Vnde neq; oportet vt diſcere & docere neq; docēs & adiſcens eadem ſint & videtur neq; doctrina & diſciplina quoad omnia proprie eedē erunt, ſed duntaxat ſecundū ſubiectum quod ſi doctrina & diſciplina funditus nō ſunt eedē neq; docere & diſcere neq; præceptorē & diſcipulū eadē fatebimur. Verū antecedens cōceſſit doctrinā. ſ. eandē eſſe diſciplinæ qui deinde reffellet cōſequens tanq̄ falſum dico. ſ. vt docere & diſcere docens & diſcens eadē ſint ſed cōſequens neq; a principio cōceſſit dicens neq; doctrinā diſciplinæ eandē eſſe, quoniā neq; definitione eedē ſunt, ſed ſubiecto. Quapropter nullum incōmodum ſuſcipitur ſi vnū eſſe vtriuſq; actum conceſſerimus qui ab agēte proficiſcitur & in patiente ſubſiſtit quare ſi actus mobilis motus eſt qui vnus & idē motiui ſit & idem eſt in mobili productus a mouente ac mobile eſt motum igitur in moto motus ſedebit & nō in mouente. Etiam patet id quod dubitatur. Nā dubitatur nunquid motus ſit in mouente vel in moto vel in vtriſq;. Nā actus eſt huius ab eo qui mouet. Preterea oſtēditur ex diffinitione motus ipſum eſſe in moto & non in mouēte. Eſt. n. inquit motus actus moti a mouente proficiſcens. Vnde etiā perfectiorē motus definitionē nunc tradit quoniā complectitur etiā cauſam actus. Nā inquit actus eſt mobilis a mouente proueniens prior autem definitio erat motus eſt actus mobilis quatenus mobile eſt in qua nō aperit a quo huiuſmodi actus producatur & fiat, ſed ea quæ modo proponitur idipſum oſtendit. Motiui quoq; actus nō alius eſt. Si. n. motus actus eſt mobilis a mouente nō igitur alter eſt motiui actus ab eo qui eſt in mobili, ſed vnus & idē perficiens quidē ſubiectum dico. ſ. motū, qui fit a mouente. Nā mouere mobile eſt motiui actus, ſed mouere mobile idem eſt cum moueri mobile quare.

AMBO nāq; actum eſſe oportet. Eſt enim hoc quidem motiuum, quo poteſt, hoc autem mouens, quo agit. At ipſius mobilis eſt actiuum. Quare perinde amborum unus eſt actus. Atq; unius ad duo, & duorum ad unum idem eſt interuallum, & ut accliue, atq; decliue. Hec enim unum quidem ſunt, at ratio non eſt una. Similiter res ſeſe habet & in hiſce quorum alterum mouet, alterum mouetur.

Cum dixit non alium eſſe motiui actū idcirco inquit hec ipſe nō dico vt vtrūq; ipſorum non habeat aliquē actum. Et quod motū habeat actum perſpicuū eſt, quod vero mouens habeat aliquem actū impreſentia probat, & inquit eſt. Eſt enim motiuum quatenus poteſt mouere, mouere autē eſt agere. Si mouens inquit aliquando mouēdi potentiā ſolum habet & aliquādo agit per eam, patet vt mouens etiā aliquem actum habeat quo poteſtate motiuum fit actu mouens. Modo actiuum ſit circa rē mobilem. Quapropter ſimili ratione vtriuſq; actus eſt. id eſt & ſi mouens agit tamē nequaq̄ aliter agit q̄ in mobili quatenus mobile actu mouetur, quare ſi in mobile agit & actus motiui eſt ipſe mobilis motus vnus igitur erit vtriuſq; actus. Et q; mirum non ſit vnum eundēq; actum eſſe duarum rerū qui ſola ratione differt & duobus vocatur nominibus exēplis perſuadet fidēq; facit. inquit nam quēadmodum idem eſt vnius ad duo & duorum ad vnum interuallū. Vnum quidē & idem ſubiecto, nihil enim intereſt aliquid vnum ex duobus ad vnum moueri & econtra ex vno ad duo. Verbi gratia dicere quā rationem habet vnū ad duo nihil differt ſi contra dixerimus quā rationem habent duo ad vnū. Vnde ſolo habitu rationeq; differunt, ſed ſubiecto eadē ſunt. Sed quamq̄ eſt vnū interuallum ac ſpacium tamen habitu cōſiderationeq; diſcrepat. Nā duo ad vnum habet proportionē duplā at econtra. ſ. vnū ad duo habet rationem dimidii ad duplum. Similiter etiam qui aſcendunt & deſcendunt habitu rationem q; differunt licet vnum ſit diuerſorium vnaq; intercapedo ac vnum migrandi iter.

EXISTIT autem hoc loco dubitatio diſſerendi facultati accommodata. Neceſſe eſt enim actum aliquem eſſe ipſius actiui, etiā ipſius paſſiui. Eſt enim actio quidem illius, paſſio uero huius. Et opus finiſue illius actio, huius affectus.

Diſſerēdi facultati accōmodata dicit pro hoc. ſ. digna diſcuſione quadāq; diſputatione quaſi perſuadenda ſit & ratione & ſolutione tractāda. Que eſt igitur dubitatio mediuſfidius hec, vt nūquam videatur recte dictū vnum eſſe vtriuſq; actum, ſed vtriq; oportet quendā peculiare actū tribuere qui ab altero ſit alienus atq; diſtinctus vt quoq; nomina indicāt que eū differāt vniuſcuiuſq; actui tribuuntur, aliud. n. factio eſt aliud autē paſſio, differunt etiam effectus. Nā factionis finis

nis finis est factum passionis autem passum. Si ergo nomina actum & fines differunt certe & ipsi actus erunt inter se distincti.

SI igitur ambo sint motus, sintq; diuersi, in quo nam sunt. Aut enim in patiente, & eo quod mouetur sunt ambo, aut actio quidem est in agente passio uero in patiente.

Inquit si duo sunt actus vel vtriq; vel vnus in mouente sunt vel vtriq; & vnus residet in moto. Verũ(vt dixi) vtrosq; in mouẽte esse nõ supposuit. Sed poterat hoc etiam modo effici diuisio. Si duo sunt actus vel vtriq; sunt motus qui tamen a sese vicissim differant vel vnus ex vtrisq; proficiscitur vel eorũ alter motus est alter vero nequaq̃, sed hanc tertiã diuisionis partem nõ supponit eam. f. dico, vel alter eorũ motus est alter vero nequaq̃. Dico itaq; dubitationem non ponere actus tanq̃ funditus diuersos a motibus, sed inquit motũ & actum idẽ esse vt hoc modo habeat dubitatio aliquid verisimile ac id q; facile suaderi potest, in hunc modũ procedit apud Aristo. ipsa diuisio cũ sint mouens & motũ vel horũ duo actus duoq; motus sunt. Nã idem sunt actus & motus vel vnus actus & motus vtrisq; inest. Quod vero dubitatio actũ & motum in idẽ redigat ex his que hoc in loco inquit perspicuũ est, cum dicat si igitur ambo motus sunt, in reliqua vero diuisionis parte inquit si vnus erit actus in qua accipit idem esse actum eum motu.

QVOD si hanc etiam actionem oporteat appellare, nomine solo conuenient.

Quoniã ex discrimine differentiaq; nominũ probauit duos actus esse eo quod alter vocatur factio alter autẽ passio. Vt ne quis dicat, nõ voco agentis patientisq; actũ diuersis distinctisq; nominibus, vt ex hoc impellar vrgerarque ipsos duos esse fateri ac nominare. Nihil enim apud me differt etiã patientis actum factionẽ appellare qui est vnus ac idẽ cum patientis actu. Et quoniã neq; inueniretur generaliter in vsu græcorum nomen disciplinæ proinde ad hoc inquit. Quod quamq̃ eisdẽ nominibus eos actus ille appellaret profecto illa nõ erunt sinomina sed equiuoca, quoniã actus patientis, nõ susciperet definitionẽ actus agentis alioquin erit agens patiens & ecõtra patiens agens quamobrem naturæ actuum simul diuiderentur cum ipsis actibus distinctis & si vno & eodem nomine vtriusq; actus ille appellaretur.

AT uero si hoc est, motus profecto in eo quod mouet erit. Eadẽ enim est, in eo quod mouet, & in eo quod mouetur ratio. Quare aut omne mouens mouebitur, aut aliquid motum habens haud mouebitur.

Inquit si duo exstiterint motus quorũ alter in mouente residebit & alter in moto, queadmodũ itaq; motus erit in moto ita etiã in mouente erit. Vt ergo id q; mouetur habet in seipso motũ vti particularẽ actum ita etiã mouens habebit in seipso motũ veluti proprium motũ. Eadem quippe ratio est de vtroq;. Si autẽ motus in mouente statuitur aut mouebitur aut non mouebitur, siquidem admittitur illud moueri oportebit quoque admittere vt omne mouens statim moueatur quod quidem falsum est neq; enim appetibile mouet & mouetur neq; primũ mouens moueatur vt videbitur explicabitq; in octauo libro. Si autem non mouebitur absurdum erit vt motum possideat & non moueatur.

QVOD si ambo, actio inq̃ & passio in eo est quod mouetur ac patitur, & hec duo doctio disciplinaue sunt in ipso discente, primum quidem actus in uno quoq; cuiusq; nõ erit. Deinde absurdum est duobus quippiam motibus simul moueri. Erunt enim alterationes quedam unius due, atq; ad unam formam. At fieri nequit.

Cum supposuisset alterã esse in mouẽte & alterã in moto eo. f. q; mouetur impresentia statuit vtrũq; motũ in eo q; mouetur, & inquit. Accidet igitur doctionẽ & disciplinam factionẽ & passionem esse in eodẽ quod mouetur. Si autẽ hoc conceditur primum incõmodum absurdumq; sequitur vt actus alterius in altero collocetur. Deinde accidet vt duo motus differẽtes specie in vnũ & eundem finem tendant ac ducãtur quod quidẽ fieri nequit, quoniã nunq̃ due alterationes in vnam & eandẽ formam tendere & peruenire queunt vt dealbatio & calefactio in albedinẽ cõmigrant, alioquin si ex differentibus in eandem formam motus differentes tenderent id absurdi sequetur vt duo vni aduersentur contrariaq; sint. Nam mutatio non ex quouis temere, sed ex suo contrario fit, siquidẽ motus semper ab vno eodemq; in vnũ & idem per eadẽ media motus sem-

per fiat. Et enim ſemper ex thebis ad athenas per eadē media fit cōmigratio vt per eadē confinia diuerſoriaq; & reliqui motus ita ſe habent. Sed quiſpiā contra rationē ambigere poterit quoniā ſi quis moueatur ab eodē in idē per eaſdē intercapedines is etiā ex diuerſis in idē moueri poterit. Verbi gratia ſint ſtatuanturq; duo termini diametri circuli. Et moueatur aliquis ex vtroq; termino in alterū verum per diametrū vnum motum conficiat alterum per ſemicirculū quamobrem differentibus motis dico.ſ. motu orbiculari & motu recto ab eodē in idem moueretur. Itē moueatur quidpiā in eodē medio aeris ſtatuto ſigno & alter motus fiat a terra qui capiat idē aeris ſignū & alter motus a cæli culmine defluat ad idē ſignū. Hinc enim liquet ex diuerſis initiis motibuſ. que diuerſis ad vnū finem motus cōtendere, quare. At primā igitur dubitationē reſpondet imprimis de naturalibus motibus impreſentia ſermonē fieri, & non de his que ab anima proficiſcūtur. At fieri nō poteſt vt aliquid in motibus naturalibus quod recto motu cietur in orbē feratur. Nam & ſi exhalatio ignita ſuccenſioq; vna cū proximo vicinoq; aere ab vniuerſo in gyrū & in orbem rapitur non tamen ſecundū naturam mouentur, ſed ſupra naturā excelentiu ſue. Vt etiā corpora animaliū cum grauia ſint ſecundū naturā motu nempe obliquo nō a natura cientur, ſed ab anima, fieri ergo nō poteſt vt idē moueatur motu orbiculari & motu recto naturaliter. Nā ignis non poteſt aliter cōſequi ac ſupra occupare locū niſi per motū rectum & eundē ad rectos terminos vel equales illum ex quo in quod ducentē, ſi enim formica poſſet ex eodē in idem per diametrū & circumferentiā moueri, ii duo motus nō eſſent ſpecie diuerſi, ſed eſſet via ſolū que ocius & minori temporis interuallo & longiore peragitur vt ſiquis moueretur ex nigro in albū interdū is minus tēporis interdū maius conſumeret alteratione quoq; habita vel tardiore vel velociore aut momētanea, hoc etiā modo aſſero fieri in his motibus. Si deſcriberetur in plano circulus & quiſpiā per diametrū cieretur & alter per circūferentiā ad eundē finem certe it non diuerſis motus ſpeciebus mouerentur. Sed vtriq; mouerentur eodē motu obliquo, quēadmodum etiā ſi quis per immenſum aut ambitū terre moueretur nō diceretur in orbem moueri alioquin hoc modo cuncta animalia in orbē duci mouereq; dicerētur quoniā in ſuperficie que circum ambit terram mouētur & animus amplius efficere hunc motū obliquum nō diceretur, ſed quid duceret ſecūdū hoc ea que circulo mouētur. Nō ergo ſunt hii motus diuerſarū ſpērum quippe vtriſque ab eadem virtute fiant, differunt autē ſola intercapedinis longitudine. Sed quid multis ipſe motor, neq; id quod in ſyllogiſmo accidit probat ratione, dico.ſ. hoc eadē concluſio poteſt oſtēdi aliis atq; aliis propoſitionibus, & demōſtratione que oſtenſiua appellatur & ducēs ad impoſſibile. Inſuper & ea que oſtenditur demōſtratione vt aiunt oſtenſiua poteſt aliis atq; aliis tū veris tum etiā falſis propoſitionibus cōcludi vt etiam ipſe in ſuperioribus dixi. ſed conſtat vt ſyllogiſmi nō ſint naturales motus, ſed inſtrumēta ad ratiocinandū ac regule logices at de naturalibus motibus modo ſermo eſt. Hec itaq; ad primā dubitationē reſpondemus. Ad ſecundā dico his admiſſis fieri nō poſſe vt ex diuerſis principiis in aliquē finem naturalē vnum & eundē aliqua proficiſcatur. Nā intermedius terre ac cæli locus neq; grauium neq; leuium eſt finis, ſed iter via grauium & leuium, quoniam & viæ ex contrariis in contraria per eadem media ſunt vt ex albo in nigrū mutatio & ex nigro in albū per eadē media verbi gratia per fuſcū & intermedios colores.

AT unus ne actus erit. At rationis finis egreditur, diuerſorum ſpecie duorum unum actum, eundemque eſſe.

Ad aliam deſcendit vt ſuppoſitionē in qua dicitur vnū & eundem eſſe actū mouentis & illius q; mouetur. Inquit ergo non oportere ſupponere vt vtriuſq; agentis ſcilicet & patientis vnus ſit actus, quoniam vt inquit abſurdum ac ſine ratione ſupponitur ſtatuiturq; duarum rerum ſpecie differentium vnum & eundem actum eſſe.

ET ſi idem doctio diſciplina ue. Et actio atq; paſſio docere etiam & diſcere idem erit & agere atq; pati. Quare neceſſario diſcet omnia qui docet, & patietur qui agit.

Quatuor hec ſeriatim ſe habent docens, doctio, docere, & erudiri. Et eſt eruditio finis quē introducit doctrina. Verbi gratia vt ipſum ædificium eſt quod quidem ædificatores perficere nitūtur, ita etiā rei æruditio eſt ipſum theorema quod animo inſeritur ingeriturq;. Docere autē & doctio eadē eſſe videntur tamen eadē proprie nō ſunt. Differunt inter ſe, quoniā doctio manifeſtat indicatq; motum ipſum & actum per ſe at docere reſpectum reſponſumq; ſeu modū actus preceptoris ad diſcipulū ſignificat quēadmodum enim ſe habent motus & mouere ita ſe habēt

doctio &

doctio & docere & simpliciter factio & facere. Inquit si duorũ dico. s. docentis & discentis & simpliciter agentis & patientis vnus esset actus, doctio disciplina & vniuersaliter actio & passio eedem essent, sed si hec sunt inter se eadem & ea que deinceps sequũtur eadem erũt videlicet docere & discere vnde accideret hoc maximum incommodũ docentem qua doceret a discere & agentem qua parte ageret pati quod quidem absurdũ est. Preterea si vnus & idem actus esset in mouente accideret id ꝗ mouetur non habere motum. At si motus erit in eo quod mouetur igitur actus alterius peculiaris erit in altero.

AN neq; alicuius actum in alio esse absurdum est. Est enim doctio docentis actus.

Hoc in loco soluit dubitationes & tãdem a prima exorditur in qua dicebat, vt alterius actus in altero esset & inqt hoc neq; absurdũ esse vt in quibusdam alterius actus in altero cõstituatur nã ita se habent omnia que sunt ad aliquid, sed videtur hanc solutionem ponere veluti responsum ad eam priorem suppositionem dico. s. eã in qua supponatur vtrosq; actus in eo quod mouens est collocari. Nã in hac suppositione dixit sequi hoc absurdũ vt alterius actus sit in altero. Sed magis rationi cõsentaneum est (vt diximus) hanc sequi eandem suppositionem in qua dicebatur vnũ esse actũ & huic cõstitui in eo quod mouetur. Neq; enim prorsus verã existimat eam suppositionem in qua supponitur duos esse actus, vt dubitationes que ex ipsa proficiscentur modo soluat.

IN aliquo tamen est, & non incisus, sed est huiusce in hoc.

Nam preceptoris actus nõ abiungitur ab eo qui est in discipulo sed ab eodem procedit & fit suscipitur in discipulo. Verũ non opem simpliciter existimare preceptoris actũ accessionem impressionemq; quesitorũ esse. Nã doctor per se neminem docendo pretractare theorema potest, sed motũ illum theorematũ qui in animo discipuli fit & suscipitur, quoniã & si presẽte discipulo quidpiã preceptor narrauerit & nõ ingeneret quippiã animo discipuli, neq; docere diceretur. Hoc igitur modo doctrina erit nõ simpliciter quesitorũ Theorematũq; accessio exactaq; doctoris cognitio, sed ea suasio que rationibus preceptoris discipulo innascitur & ingeritur, que secũdũ habitũ disciplina vocatur. Quando autem sumimus exordiũ a discipulo & ad preceptorem proficiscimur, atq; simpliciter quoties ab effectu ad causam redimus reuertimurq; disciplina vocatur quum vero econtrario incedimus factio doctioq; vocatur.

NEQVE quicq̃ prohibet unum duorum eundem esse, non ut idem habeat esse.

Secundũ absurdum dissoluit nihil velut inquit duorum diuersorũ specie vnum actum esse, Verum intellige tu subiecto vnum & non definitione.

SED ut est id quod est potentia ad id quod est actu. Neq; necesse est docentem discere, & si pati, atq; agere idem est, non ut ea tamen que rationis eiusdem sunt, ut uestimẽtum ac tunica, sed ut uia una ex thebis athene, & ex athenis thebe petuntur, ut & antea diximus.

Siue hoc inquit quod ipse hoc modo explico, scilicet nihil prohibere vt vnus sit duorũ specie differentiũ actus verũ non secundum omnia vnus, sed quemadmodũ vnum est id ꝗ est potestate & actu. Nã potestate grãmaticus literatusq; deinde actu fit grãmaticus qui vnus et idem subiecto est, ratione tamen & diffinitione nõ vnus quoniã aliter definimus ipsum cũ est potestate grãmaticus & aliter cũ actu est. Hoc igitur modo inquit fieri posse vt vnus duorũ sit, vel igitur hoc inquit, vel vt iam diximus quoniã horum differentiũ specie potest esse vnus & idem actus, qualia sunt ea que potestate & actu eiusdem potentie sunt & ducunt ipsum in actũ. Hec autem sunt generaliter ea que agunt & patiũtur. Neq; necesse est docentem adiscere neq; si agere & pati eadem sint. In alterũ absurdum descendit, Hoc enim nõ dixit si duorũ vnus est actus quoniã huius scilicet doctoris actus appelletur doctrina & huius scilicet discipuli displina erit quidem doctrina disciplinæ eadem ꝗ si hoc cõceditur oportet etiã hec cõcedere que hoc sequuntur scilicet docere & discere eadem esse si autem hoc admittitur accidet docentem omnia discere. Ipse igitur solutionem affert resoluendo quum a posterioribus initium faciat & ad priora reuertatur. inquit nõ enim necesse est si docere idem esset cũ hoc quod huiusmodi vocabulo explicamus discere, vt docẽs preceptorq; discat quatenus docet quoniã si hoc modo idem essent ea subiecto

& ratione idē eſſe vrgebimur fateri ſi vero non ita idem ſunt ſed veluti & via ex thebis ad athenas & ex athenis ad thebas neceſſe non erit vt idem ſint ratione ſed ſolo ſubiecto.

NON enim eadem his omnia competunt, que aliquo modo ſunt eadem. Sed hiſce duntaxat quorum eſt eadem ratio.

Non eſt neceſſe inquit ſi aliqua eadē eſſe affirmarentur iā omnia que eiſdē inſunt vel eadem cōſequuntur vt ipſa etiā eadem ſint. Sed illa ſecundū naturam eadē ſunt, quibus definitio eadem eſt. Impreſentia autem nos dicimus fatemurq; docere & diſcere eadem eſſe non definitione hac enim differunt, ſed ſubiecto quamobrem nō eſt neceſſe ſi hoc modo eadem vt docens preceptor que etiam diſcat.

AT neq; ſi doctio & diſciplina ſint idem, idem erit & docere ac diſcere, quemadmodum neq; ſi interuallum ſit eorum que diſtant unum, idemq; eſt ab hoc ad illud, atq; ad hoc ab illo diſtare.

Retrocedit regrediturq; vt dixi ad id q̄ prius oſtendit quoniā non oportet vt ſi docere & diſcere idē eſſent mox docentē preceptoremq; diſcere. Sed cū ipſa dubitatio induxit docere diſcereq; idem eſſe eo quod accepit doctrinā eandē eſſe cū diſciplina. Impreſentia inquit neq; hoc neceſſario ſequi. Ecce enim nōne intercapedo ex thebis ad athenas & ex athenis ad thebas vna atq; eadem, tamen hinc diſtare & illuc accedere, atq; illinc proficiſci & huc cōcedere non eadē ſunt. Hoc igitur modo neq; quoniā doctrina eadē eſſet cū diſciplina neceſſe eſt iā docere diſcereq; idē eſſe.

OMNINO autem neq; doctio proprie idem eſt quod diſciplina, neq; actio idem quod paſſio, ſed motus cui hec inſunt.

Quoniā eo quod ſuppoſuit doctrinā eandem eſſe cū diſciplina, cetera abſurda deducebātur prius quidē conceſſit doctrinā eandem eſſe cū diſciplina & oſtendit non neceſſe eſſe vt docere & diſcere idē ſint, preterea neq; ſi hec eadē eſſent oportere vt docens & magiſter quatenus docet ipſe diſcat. Impreſentia autē explicat neq; doctrinā eandē eſſe penitus cū diſciplina, ſed illud idem eſt cui tanq̄ ſubiecto ineſt ipſa doctrina & diſciplina. Vt neq; aſcenſus & deſcenſus ſunt idē ſed ſcala cui iidē inſunt. Porro ipſe motus dico. ſ. ipſa ambulatio & pedū tranſlatio, ipſa proprie eadē eſt quippe que vnā & eadē definitionē ſuſcipiat. Atqui aſcenſus & deſcenſus qui inſunt huiuſmodi motui velut ſuo ſubiecto non proprie idē ſunt quoniā horū definitiones differūt. Sed motus cui hec inſunt vnus eſt, motū appellat mutationē ipſam que fit a doctrina in diſcipulo. Ipſa enim vna eadem eſt, que cum fertur ad docentem doctrina vocatur cum vero reſpicit diſcipulū appellatur diſciplina.

NAM huius in hoc, & huius eſſe actum ab hoc diuerſum eſt ratione.

Quod diuerſa alteraq; ſit doctrina a diſciplina ſecundū definitionē demonſtrat. Inquit enim alio modo definimus actū huius in hoc. ſ. actū efficientis in patiente, & huius ab hoc, ideſt actū patientis ab ipſo efficiente productū. Nam alterū definimus eſſe actū proficiſcētem a motiuo & perficientē id q̄ mouetur, & alterū ſimiliter dicimus illius actū quod mouetur a mouente productum. Hec igitur ab Ariſt. dicta ſunt. Queret forte aliquis ſi vere aſſeratur de omni mouēte & de eo quod mouetur, vt motus ſit ſolū in moto. ſ. eo q̄ mouetur & nequaq̄ in mouente, in alteratione quidē & in auctione q̄ reuera mouetur nō eſt agens, ſed paciens. Nā albeſcit id q̄ albus fit & non id q̄ efficit albū. Item augetur nō augens, ſed id quod adoleſcit ideſt nō agens ſed patiens, tamen motui ſecundū locum in quo aliqua mouentia eo q̄ mouentur mouēt, non videbitur hic ſermo cōuenire adaptariq; poſſe. Nā ſi cælum eo mouet ſuccenſionē ignitamq; exhalationem quod mouetur quomodo nō dicimus mouens per idipſum quo mouet moueri atq; duos eſſe motus alium quidē mouentis alium autē illius quod mouetur itē alium cæli motū eſſe & aliū quo ea que hic ſunt mouētur taliter vel taliter ab illo motu alterata? Quāobrē duo actus & duo motus nō ſolum ratione ſed etiā ſubiecto erunt, licet ſuccenſio moueatur eodē motu quo mouetur mouens quēadmodum etiā veſtis vna cū eo in quo eſt eodē motu mouetur. Verū non eodē motu duntaxat quo cæli moti ſunt cōtinua & proxima mouetur, ſed etiā generaliter omnes alterationis motū ſubeunt. Nā ab eodem ſolis motu ad locū quo ipſa rapiuntur in loco etiā taliter,

vel taliter alterantur. Ad hanc autẽ dubitationem breuiter respondeo illud non dixisse Arist. vt nullũ mouens sit quod moueat eo quod mouetur. Plane admodũ dixit cũcta naturalia huiusmodi esse vt aliter mouere nequeant quá & ipsa mouentur. Sed tulit vim ciendi a mouẽte inditá impositáq; esse ei quod mouetur dico. s. ipsam vim & actũ quo etiam potestate mobile mouetur cũ perfectum est a tali actu qui cũ vnus sit atq; idẽ itineris principiũ a mouente capit, sed finem & perfectionem tanq̃ solam in moto adipiscitur, siquidẽ ille cũ in eo quod potestate est introductus idipsum nõ relinquat, sed velut mouens perficiat. Perfectio autem est virtutis accessio que quidẽ est motus. Nã penitus aggreditur theorema. Et si nullus scit quid discat sed quãdo ipsa accessio suscepta in discipulo ægerit ipsum laboriosam virtutẽ quam nititur assequi illá affirmo vnum & eundẽ actum esse qui a preceptore exordiũ sumit & suscipitur in discipulo mouetq; ipsum ac perficit id quod est in potentia, qui profecto residet in eo quod mouetur & non in mouẽte, quoniam per ipsum mouens non mutatur.

QVID igitur est motus, & uniuersaliter, & per partes etiam diximus. Non est enim obscurum quonam pacto queq; species ipsius diffiniatur. Alteratio enim actus est alterabilis, ut est alterabile.

Primum enim definiuerat motũ esse actum rei potestate quatenus tale est deinde quia potestas sumebatur pro habitu, exactius diligentiusq; definiens motũ dixit illum esse actum mobilis qua mobile est. Inquit igitur summatim vniuersaliterq; quia antedicta definitio generalis est, ex qua perspicuum est & vnaquáq; speciem motus definiri posse. Nã dicemus alterationẽ esse actum alterabilis quatenus alterabile est, & augumentationẽ actum agumentabilis quatenus auctile est, & lationẽ quatenus ductile est. Sed cũ dicet quid est motus summatim & sigillatim diximus quoniam nequaq̃ dixit definitiones particulariũ motuum que ipsos explicẽt quoniá ea definitio generalis potest cuiq; particulari motui adaptari, idcirco subiunxit. Non enim obscurum est quomodo definiatur vnaqueq; species eius. Hec coniunctio enim reddit causam, perinde dicat ob id dixi per partes quoniá ex assignata redditaq; vniuersali motus definitione, manifestũ erit quomodo etiam vnaqueq; species motus definietur.

ENIMVERO notius hoc pacto etiam diffinietur, si potentia actiui atq; passiui ut tale est, actus esse dicatur, & simpliciter, & per singulos, ut edicatio, uel medicatio. Modo eodem, & de ceterorum motuum unoquoq; dicetur.

Item (inquit) ex dictis ratio de motu clarior luculentiorq; assignari potest quoniá est actus actiui ad passiuũ. Nam actus actiui ad passiuũ est ipse motus vel vt paulo ante diximus est actus mobilis a motiuo. Conuenit autẽ hec diffinitio etiá singulis motibus & nõ solum speciebus. Inquit enim ædificationẽ esse actum ædificatiui & ædificatilis quatenus tale est & de alijs similiter dicendum est. Hec autem definitio quia ostendit vnum esse actũ mouentibus & moti ob id etiá hoc modo definiuit ipsum. Nam si motus est actus actiui & passiui duorũ igitur est vnus actus.

CVM autem scientia naturalis circa magnitudines, motum, tempusq; uersetur, quorum unumquodque finitum, aut infinitum esse necesse est.

Principio huius libri diximus duo eẽ de q̃bus agit philosophus in hoc libro. s. de motu & de indefinito queadmodum in sequenti volumine de tẽpore loco & vacuo sermonem facturus est. Cum igitur sermonem de motu absoluit & dixit quid sit motus & in quibus ipse conspiciatur & quot sint species motus ceterũ hic proponit differere de infinito. Et quemadmodũ consueuit in omnibus fere problematibus quesitis. Hoc etiam modo hic facit imprimis ostendit intẽtioni propositoq; huiusce operis operepreciũ esse vt agat de proposito problemate. Et hoc in loco disputaturus de infinito si sit an secus. Et si sit nunquid substantia vel accidens habeatur & in quibus collocetur esseq; habeat. imprimis patefacit sermonẽ de infinito philosopho faciẽdũ esse, vt breuibus eos qui philosophie sese adiungunt ad capescendũ naturalis cõtemplationis habitum cupidos efficeret. Quod igitur sit necessarius naturali sermo de infinito dupliciter ostendit. Primum ex omnium rerũ sectione quas phisicus conspicit cõtemplaturq; quoniá quecunq; res vel finita vel infinita est deinde argumẽto eorũ omnium qui in philosophia aliquid quoquo modo cõmentati sunt, cũ ii non modo de infinito disseruerunt sed etiá idipsum statuere rerũ principium alique igitur sunt res que cõspiciuntur cõsiderantur q; a naturali de quibus sermonẽ facit inquit

eſſe magnitudiné motum & tempus de his enim omnes philoſophi diſſerũt. Hec autem omnia prorſus neceſſe eſt vel finita eſſe vel infinita, atq; ſimiliter magnitudiné motum & tempus finita vel infinita eſſe. Nã de vnoquoq; horũ, hoc queſitum tractari ſolitũ eſt. Quamobrẽ ſi naturalis hec vult cognoſcere ſuſcipiet profecto horũ, diuiſionem qua diuiduntur in infinitum & finitũ. Verum fieri neq; poteſt vt diligenter exacteq; hec cognoſcamus ſi nõ calluerimus quid ſit prorſus infinitũ, atq; ſi prius nõ cognouerimus an penitus ſit vel nõ ſit. Quod vero in opere de natura ratione de infinito recte per cunctari debeamus argumento coniectureq; ſunt cuncti veteres qui cũ aliquem naturalis cõtemplationis ſermoné attigerunt nõ ſolum infinitũ eſſe dixerũt ſed etiam [i]dipſum eorũ que ſunt [principium poſuere. Sed de infiniti ſententia cõmunibus propiiſq; diſcriminibus inter ſe maxime diſſentiunt, omnes enim naturales infinitũ poſuere principium. Verũ non principiũ per ſe ſed per accidens, quippe qui aliud eſſe aiunt principiũ per ſe ceu aeré vel ignem vel aliquid aliorũ aut omnia, hec vel aliqua vel intermedia, quibus infinitũ quiſq; accidere fatebatur. Quapropter per ſe quidé principium forte erat aqua vel aer vel intermediũ. Sed quia accidebat aquã vel aerem magnitudine infinita eſſe ob id per accidens cõtinere rationé principii dixere. Plato auté & pithagorei infinitũ ſtatuerunt eſſe principiũ per ſe, cum ipſi infinitum neq; terrã neq; aeré vel ignem aut aliquid aliud corpus, ſed aliquomodo per ſe ſubſtãtiã infinitam eo ſubſtãtia participanté ac natura quod infinita eſt dixere qua etiam principiũ & cauſam eorũ que ſunt poſuerunt. Verũ diſſentiunt inter ſe pithagorei & Plato, quoniam pithagorei numerum dixerunt eſſe infinitum, numerũ.ſ. non illũ a materia ſeiunctũ neq; incorporeũ, ſed aliquem ſenſibilé qui eſt omnium ſenſibiũ elementum & principiũ. quoniam ii omnia ſenſilia ex numeris tanq̃ ex principiis prouenire arbitrãtur. Hinc ſumpta occaſione aiunt omnia in numerum eõferenda eſſe qui & naturæ fonté quaternitaté inſtituerunt, ii preterea infinitũ non ſolum in ſenſibilibus collocarunt, ſed etiã extra cælũ eſſe dixerunt, qui illud neq; quale ſit neq; cuiuſus eſſe poſſet determinarunt. Plato auté infinitum collocari in ſenſibilibus, principiũq; omniũ ſenſilium eſſe & ipſe aſſentit. Sed extra cælũ nihil eſſe omnino neq; corpus neq; incorporeũ inquit tamen ipſe infinitũ non ſolũ inueniri in ſenſibilibus affirmat ſed etiã in ideis eſſe, quas neq; intra cæli ambitũ neq; extra cõtineri autumat, quoniã neq; omnino corpus ſunt ipſe idee. Sed pithagorei quoq; numerũ parem infinitum eſſe aſſenſere Plato auté duo infinita ſtatuit que magnũ & paruũ appellauit diſſentiunt igitur plato & pithagorei a phiſicis naturalibuſue, eo quod illi infinitum ſubſtantiã eſſe poſuerunt. Naturales auté ſtatuere infinitum accidens ſubſtantie. Quocirca illi infinitũ principium per ſe arbitrati ſunt. Naturales vero per accidens. Vnde fit vt accidat Platoni & pithagoreis quidé aſſerere infiniti parté eſſe infinitã quoniam infinitũ aiunt eſſe per ſe ſubſtantiã. Et cum pars ſubſtantie ſit ſubſtantia ita etiã pars infiniti infinitum. At naturalibus id minime accidit.ſ. aſſerere parté infiniti infinitũ eſſe. Nã vniuerſo aeri vel igni & eſt parti infinitũ accidere putãt. Ceterũ etiam naturales nõ exiguo diſcrimine inter ſe diſcrepant quãq̃ id omnes cõſentiat infinitum.ſ. vel magnitudine vel multidine dari cuncti nãq; naturales diuiduntur in hec duo alii.ſ. ſectantur magnitudine infinitũ alii vero multitudine. Sed que ſit in eos diſſenſio cum explicabimus verba videbimus. Sciendũ eſt, q pitagorei queadmodũ metaphorice & allegorice numerorũ doctrinam tradidere ita etiã repoſuere collocauereq; allegorice inter principia infinitum. Quod vero ita ſit ex eiſdé contextibus Ariſt. trahere poſſumus. Nã inquit eos dixiſſe numerum paré eſſe infinitũ quemadmodũ imparem facere finitũ. Nimirũ omnia cõponuntur ex finito & infinito. Quemadmodũ ergo in numeris qui vſq; ad denarii ſummã perueniunt aliũ alterius rei ſignũ eſſe dicebãt. Nã appellabant quinariũ numerorũ ius propterea q denariũ numerus eque bis diuidebatur numerorũ quoq; quinarium nuptui tribuebãt propterea quod ex primo numero pari duo.ſ. & primo impari.ſ. tria variis numeris formatis numeri ſeipſos perficiebãt, aſſimilatur auté numerus par femine impar auté maſculo. Quoniã igitur ex hac numerorũ cõiunctione fiebat numerus quinarius illum cõmodum nuptiis proliq; habẽde aptiſſimũ appellabãt & ſub pretextu numerorũ qui ſunt rei alterius ſigna aliã rem ſignificabãt. Vt ergo numeros rerũ aliarũ ſigna inſtituebãt ita etiã affectiones ipſorũ. Equidem ſignũ materie aſſerebant eſſe ipſum numerũ parem & ſignum forme ipſum imparé, ex quibus in vnũ cõiunctis connexiſq; res fiũt & naſcuntur, aſſimilatur inquã materie numerus par propterea quod vt numerus par diuiſioni aptus eſt & impar ipſi rei diuiſe ita etiã materia eſt diuiſionis & interminationis cã & forma finis & terminationis, ob id certe dicebãt numerorũ paré infinitum eſſe qm par eſt cã ſectionis in infinitum. Nã ipſa bina inciſio efficit ſectioné magnitudinis in infinitum. Materia auté etiã infinitũ eſt propterea quod magnitudinibus & omnibus dimenſionibus terminatis ac interminatis ſubiicit

& cauſa

& causa est sectionis. Verũ qđ Plato qui partes pitagoreorũ defendit vocauerit asseuerauitq; materiam esse infinitum, in ipso verborũ contextu Aristo. indicat. inquit, Plato duo infinita dicit magnũ & paruum. Quod vero magnum & paruum materiã Plato appellauerit multis aliis in locis ab Aristotele dictum liquet, qui præsertim in primo huiusmodi operis libro inquit apud Platonem hæc duo magnum & paruum rationem materie tenere, & vnitatem forme.

ET SI non omne quoduis necesse est aut infinitum esse aut finitum.

Quoniã ea quæ tractantur cõsideranturq; a phisico diuiduntur in finitũ & infinitũ. Verum hæc diuisio nõ est illa generalis in habitũ & priuationẽ. Sola enim diuisio per cõtradictionẽ omnibus tũ his quæ sunt tũ his quæ nõ sunt cõgruit, ob id inqt oĩa quæ a phisico cõsiderantur diuidi secariq; in finitũ & infinitũ. Et si nõ oĩa quæ sunt infinita vel finita habeantur. Nam in his diuisio secũdũ habitũ & priuationẽ fit in quibus prorsus oportet priuationẽ & habitũ inueniri, tñ equiualet diuisioni secundũ cõtradictionẽ. Nam veluti quispiã diceret hominũ alii vident alii ceci sunt, is certe cõplexus est oẽs homines qm̃ quicunq; homo aptus idoneusq; est ut visum capiat vel cecitatem. Hæc ergo diuisio secũdũ habitũ & priuationẽ equipollet diuisioni per contradictionẽ. Attamen si diuideret hoc modo canum alii vidẽt alii ceci sunt diuisio minime oẽs canes cõplectetur propter catulos. Hæc igitur dixi quoniã singula quæ a naturali considerantur suapte natura quæ sunt mox diuidi in infinita vel finita, quocirca dixit necesse est vt quæcũq; a phisico tractant̃ finita sint vel ĩfinita & si ipsa diuisio nõ cõplectit̃ oĩa quæ sunt ac esse possunt.

VT affectum ac punctum. Talium enim fortasse nullum necesse est in horum altero collocari. Ad naturalem sane philosophũ de infinito si sit, nec ne, & si sit, quid nam sit contemplari pertinere uidetur.

Affectionẽ inquit ceu albedinẽ vel nigredinẽ & simpliciter qualitatẽ. He sane neq; finite neq; ĩfinite sunt qm̃ neq; prorsus magnitudies sunt. Verũ adiecit fortasse, quoniã interdũ dici solet multa albedo & exigua quæ vt diximus in libro p̃dicamẽtorũ multa dici solet p accidẽs & nõ p se. Nã eo albedo multa dr̃ qđ in magna supficie est. Hoc mõ etiã qualitas ĩfinita dici poterit vel finita qa supficies cui iest vel finita vel ĩfinita eẽ dr̃. Pũctũ etiã dici posset ĩfinitũ nõ eo qđ pcurri peragiq; non possit sed quoniã nõ habet terminũ queadmodũ solemus circulũ infinitũ dicere eo qđ terminus nõ clauditur. Et veste ĩfinitã cõtextu qđ nõ hẽt diuisionẽ vel numerũ cum infinitos in re filos contineat. Dicit autem in horum altero. s. finito vel infinito.

ATQVE scientie huiusce contẽplationem de ipso propriã esse: hoc signo patet. Oẽs enim qui digne talem philosophiã tetigisse putãtur, de infinito sermonem fecerũt. Ac oẽs ipsum ut principiũ quodda eorũ que sunt posuerũt. Alii quidem per se: ut substantiam: non ut rei cuiq; accidens, ut pitaghorici atq; Plato.

Ad hanc scientiã. s. naturalẽ cum oñdixisset ex ipsis rebus sermonẽ de ĩfinito p̃cipue spectare nũc demõstrat idẽ ex usu & testimonio veterũ p̃cipue ĩsignũ p̃clarissimorũq; philosophorum.

VERVM pitaghorici quidem in sensibilibus ipsum ponunt. Nõ enim separabilẽ ipsum numerũ faciunt, & id quod est extra cœlũ infinitum esse dicebant. Plato autem extra quidẽ cœlũ neq; corpus esse: neq; ideas putabat, propterea quod neq; usquã sunt ipse. Infinitum tamen & in sensibilibus, & in illis esse censebat.

Pitaghorei numerũ qdẽ simpl̃r nõ asserebãt ĩfinitum eẽ sed numerũ parẽ, quẽ nõ abiunctum idest nõ icorporeum iepatũq; oĩno a sensibilibus autumãt, sed in ipsis veluti eorũ elemẽtum statuunt, qđ ẽt extra celum eẽ fatent̃, tãquã asseruerẽt aliqd ĩfinitum extra vniuersum celi ambitũ eẽ siue illud vacuum sit vel potius forsitã corpus qđ qdẽ nos ĩspirãtes viuere dicunt, quẽadmodum Aristo. ẽt dicit cui rursus cõstare potuit hec ab illis allegorice mistice dicta disputataq; fuisse. Siquidẽ nõ suspicant̃ cogitẽtq; cælũ pforari & hoc modo ĩfinitũ mundũ hũc ingredi qđ nos ĩspirãtes viuimus. Sed illi forsitã vim summi opificis ĩfinitũ tetigere cuius ope cũctis datũ ẽ esse ac pmanere. Sed extra celũ eãdẽ eẽ nõ scđm locũ sed scđm substãtiã ĩtelligẽdũ ẽ, idest ab oĩ substãtia corpea liberatã atq; alienã. Plato ẽt cũ id ĩfinitũ in ideis collocaret certe ĩfinitũ virtute ipsorioq; in illis statuit, eo qđ hẽt vim que hic cõtinentur in infinitũ efficere pducereq; ac ea puchi.

ET illi quidẽ par ipsum infinitũ esse dicebant. Hoc enim cõprehensum: atq; finitũ ab impar prebet hisce que sunt infinitionẽ. Signũq; huius id esse qđ in numeris accidit.

Inquit Pitaghorei dixerunt numerũ parẽ infinitũ. Nã asseruerunt illũ esse cãm infinitatis in rebus sed numerus impar apud eos terminatiuus rerũ erat ac definitiuus qm̃ is nõ suscipit diuisionẽ sed eius par. Inqt ergo eos asseruisse parẽ numerũ cũ cõprehẽditur ab impari. Causam sectionis rerũ esse in infinitas spẽs & idiuidua & penitus diuisionis rerũ in infinitũ. Nã numerus ipar finit & terminat, at par causa est sectionis in infinitũ. Semp in suas partes diuisionem suscipiens. Ex quibus etiã manifestũ esse potest eos per numerũ parem teigisse insinuasseq; materiam & p numerũ imparẽ formã. Nã cũ sit vna queq; forma p se ipartilis & indiuisibilis quãdo ipsa materie aduenerit & materia cõplecteturj formã vt terminatã se, accidet qđ forma vt in multa indiuidua partiatur ac particularis fiat. Verũ non per seipsam. Nã verbi grã. Ratio substãtie oĩs per se simplex vniformis & dimẽsione vacans est sed per materiã in qua suscipitur in multa diuiditur. Nam ipsa materia est causa, augende multitudinis indiuiduorũ in infinitũ forma existente vna ac eadem. Quemadmodũ si anulus aut sigillũ alia atq; alia, immo mille vt infinitis figuris ceram impresserit sigillaueritq; certe hic causa infinitatis non est forma anuli vel sigilli. Nam ipsa vna & eadem est sed materia est causa idest ipsa cera que semper alia atq; alia forma cõprehensa definitur, & terminatur cum per se sit indefinita. Huius rei signũ est idq; accidit in numeris. Nam oppositis gnomonibus circa. Vnum ac seiunctim semper alia atq; alia numerorum species fit, quo etiã & in loco notandũ est Aristo. non ignorasse ipsos Pitaghoreos hec mistice allegoriceq; dixisse quoniã ipse perinde ac dixerint numerũ parem quẽ inquit ab impari terminari non significare impares parẽq; in ceteris aliis numerorũ speciebus sed alia quedã per hos numeros significare contenderunt subiunxit signũ eorũ quæ diximus id qđ accidit in numeris facit tanquã. s. illa quorũ numerus signa esse dixerunt minime numerũ sint. Et quãquã impar & par ea essent quorũ alterũ finitũ alterũ vero ifinitũ appellauere, tñ alia quædã his insinuabant. He dicta sint hactenus. Ceterũ si volumus discere parẽ iparẽq; huius loci sententiã imprimis explicemus quid arithmetici & Geometræ gnomonẽ appellent. Accipito itaq; locũ quadratũ quẽ diuidito in quatuor quadratos equales, quorũ tria cõstituant figurã simile huic elemento. Hæc nãq; figura gnomon a geometris appellatur. Quisquis postea adiũxerit reliquo quadrato gnomonẽ quadratũ auxisse & non alterasse dicit vt in predicamentis explicatum est. Nam ob id ea figura sic cõstituta gnomon appellatur qm̃ ipse additus quadratis eandẽ formã figurãq; retinet, qui non solũ in quadratis eandẽ formã seruat. Sed etiã in omni parallogrãmo. Nã gnomon est vt geometra definit, omnis parallogrãmi quãtum vis spacii paralellogramorũ quæ sunt circa diametrũ cũ supplemẽtis, quæ sane circa eãdẽ formã positus semp eandẽ formã seruat, vñ & arithmetici gnomones oẽs ipares numeros vocãt vt 1.3 5 7 9.11.13. & sic in infinitũ. Nã si exordiũ sumpseris ab vnitate quã cõiunxisse cõstitueris q; cũ trinitate. s. vnũ cũ tribus numerũ quarternariũ efficies quadrãgulũ quadrãgularis aũt est ipsa vnitas cũ cuiq; lateri semel suã vnitatẽ iũxeris. Rursus si huic numero adiũxeris quinq; efficies quidẽ tu. Numerũ nouenariũ rursus quadrangularẽ, cui deinde si copulaueris numerũ septenariũ orietur numerus
1.3.5.7 sexdecim, cui etiã adiũgito nouẽ, cõstituetur numerus vigintiqnq; & huic demũ copulato vn-
9.11. decim pducetur numerus triginta sex. Et hoc modo in infinitũ si deinceps ipares iam pductis
49.16. numeros iunxeris semp eandẽ figurã quadrãgulare seruabis pterea aliam quadrangulorũ ge-
25. nerationem tendunt. Si paulo a proposito digredi libet, quã fieri inquiũt per cursum reciprocũ numerorũ, qui nõ solũ generationẽ numerorũ quadrangulorũ nos docẽt sed etiã latus in quo vnusquisq; describitur. Quod vt tibi hoc clarissimum fiat extende latitudinẽ numerorũ ab vnitate vsq; in ifinitũ deĩde ad vnitate initiũ sumito quã cũ ceteris nũeris cõponito denuo reuertere ad vnitatẽ vsq; & oẽs quadrãgulos iuenies. Exẽpli grã. Vnũ. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & ita in ifinitũ, de hinc cõponito vnitatẽ cũ dualitate, & retrocedito in vnitatẽ apponẽdo illã & facito. Numerũ quadernariũ quadrãgularẽ. Rursus icipito a nũero ternario, denuo rediẽs vsq; ad vnitatẽ iã appositã & facito nũerorũ octonariũ. Et nũerũ vsquequo hãc cõpõnẽ faciẽdo iueneris latus iã pducti q̃drãguli. Nã duo ẽ quadrati huius. s. quatuor & tria alterius q̃drati. 8. nã vsq; ad tria cõponẽtis retrocessim⁊ & ita i ifinitũ. Hec igr̃ vt dixi extra ppositũ vaghati sumus. Cæterũ qđ ipe i hoc cõtextu inqt hoc ẽ, qm̃ asserit nũerũ parẽ eẽ ens ifinitũ cũ fuerit cũ ipari cõiũctus erit cã ifinitatis nũerorũ eorũ q pducunt ab eis. Impar aũt ppea qđ terminatiuus ẽ & terminus cã definitiõis & idẽtitatis illius ẽ qđ pducit ab eo. Huius rei signũ ẽ id q; accidit in nũeris q digitales linearesq; vo-

cantur. Qm̃ si ceperis ab vnitate & deinceps cōposueris oēs imparēs īter se quos gnomones appellat. Semp ꝑductos quadrāgulares cōperies quo pacto numerus impar fit causa definitionis & vnitatis. Vnde ipsum appellarūt terminū. At si numerū parem cōiunxeris cū vnitate & deinceps cū ceteris numeris tū etiā imparibus nunq̄ eandē spēs formā seruabis sed ꝓcedes in infinitū mutatiōe eorū numeroꝝ q cōtinuo ꝑducūtur. Nā si cōposueris vnitatē cū dualitate efficies nāq; ternariū numeꝝ trigonū, cui si adiūxeris quatuor efficies eptagonū, cui alius iūctus numerus semp alia emerget numeri species. Vnde numeri pares nō mō seipsis cōiuncti infinita ac indefinita ꝑducūt sed ēt si iugātur imparibus. Hoc igit̄ modo numerus par est causa infinitatis & indefinitatis. Et impar causa terminationis & finitudinis. Recte igitur numerum parem vocabant infinitum. Verum huius loci verba obscura sunt propter breuitatem.

CVM enim norme circa unum, seorsumq; ponuntur, nunc alia semper fit species nunc una. At plato duo infinita facit magnum inq̄ ac paruum.

Cum circa inquit, gnomones ponūtur idest secūdū eū numerū quo diximus illud inter se cōiungi apponiq; vna semp & eadē species orietur, quis si seorsum ponerētur .i. si seipsis nō adiungerētur sed paribus nūq̄ eadē species fiet. Verbi gratia vt diximus duobus additis vnitati deinde tribus additis quinq; & deinde adiūctis gnomonibus semp ceteris numeris paribus, vt tria duobus & 4.5. Nam nullo modo ex eorum congestu collectioneque fiet determinata species sed infinitum procedat mutatio quo fit vt recte asseruimus numerum parē comprehensum a numero impari & terminatū esse his que sunt prebere infinitati, quorum alterum quidē esse oportet vt collectionē numeri ac coniunctionē in propriam & peculiarē speciem redigat, cū numerus par sit solū cā infinitatis vt ostēsum est. Plato aūt duo infinita posuit magnū & paruū. ob id nāque magnū & paruū posuit duo infinita qm̃ in illa bina magnitudinis sectione, aliud numero partiū in infinitū adolescit alterū vero in īfinitū diminuit̄, huius .s. diuisione magnitudinū cām materiam esse asseruit, quam etiam magnum & paruum appellauit propter ea quod, ipsa erat causa horum que diximus. Quamprimum enim in materia forma introducta est mox ipsa discrimen secundum magnum & paruum obtinet.

NATVRALES autem omnes aliam quandam semper naturam eorū que elemēta dicūtur ipsi īfinito supponūt, ut aquā uel aerē, uel id quod iter hec mediū collocat̄.

Naturales diuidit cōtra pitaghoreos & Platonē qppe q theologie potius operam nauauerūt. Inquit igitur phisici oēs infinitū nō esse substātiā sed accidēs statuerūt cui alterā substātiā subiici voluere. Verū singuli īfinito eā substātiā subiecere quā eē rerū principiū opinabātur. Verū cōsentiunt oēs vt infinitū nullo pacto substātiā esse admittat̄ sed accidēs, quocirca idipsum principium p accidēs dici & nō p se cōtendūt. Nā principiū p se apud vnūquēq; illorū aliud est, siue illud sit aqua vel aer vel aliqd alterū, q ꝑfecto principio rerū infinitū ob sempiternū rerū ortum, tribuere. Est igitur hec de infinito cōis philosophorū sentētia atq; opinio, quo vero dissentiāt inter se deinde ostendet, quippe quisq; suum quod statuerat principium infinito subiecerit.

PRETER eos qui elementa finita fecerunt. Nullus enim ipsorum infinitum facit.

Nullus inqt eorū qui statuerūt plura habēda esse elemēta numero aūt finita vt empedocles qui quatuor elemēta rerū principia asseruit, ea neq; si vnū neq; si plura sint mole magnitudine que infinita facit. Nā hoc absurdissimū est atque fieri neqt alioquin si vnū esset infinitū omnem dubio ꝓcul occuparet locū & ceteris nō sineret locū vt existere queant, si vero plura essent infinita absurdior temulētiorq; erit suppositio quoniam si vnū multorum elementorum non potest esse infinitum. Certe multo magis fieri non poterit vt plura infinita admittantur.

QVI uero elementa faciunt infinita, ut Anaxagoras atq; Democritus, hi infinitū ipsum tactu continuum esse dicunt. Ille quidem ex hisce que sunt similium partium, hic autē ex indiuiduis illis corpusculis que figuris differūt, fiuntq; generādarū semina rerū.

Inqt q numero elemēta infinita affirmāt hi extitere Anaxagoras & democriti sectatores alter dixit similaria īfinita esse alii vero athomos .s. qdā īsectilia q discrepant ab iis q posuerūt vnū elemētū magnitudine infinitū. Ii aūt fuere q aerē vel aquā aut itermediū statuerūt pricipiū qđ illi

cōtrariū dixere infinitū qm̄ illud vnū corpus infinitū astipulati sunt ii aūt tactu infinitū fecerūt. Nā cū similaria numero infinite substātie sint accidit vt ex his in vnū redactis atq; cōnexis vnū aliquod producatur secundū extensionē & corpus infinitū fiat. Dicit aūt ex toto veluti semine figurarū qm̄ sectatores democriti insectilia nō solū numero sed ēt figuris infinita esse dixerūt.

ATQVE ille quidem quamuis congeriei partem congestam esse perinde atq; totam dicebat: quia uidebat quoduis ex quouis oriri. Hic enim & omnes res olim simul fuisse dixisse uidetur; ut hanc carnem: & hoc os: & quoduis simili modo. Igitur & uniuersa: & simul ergo non solum enim in uno quoq; principium est segregationis sed in ipso etiam uniuerso.

Anaxagoras & democrit⁹ dissentiūt a ceteris naturalibus eo qđ illi īfinitū esse cōtinuū dixere hi āt cōtactu infinitorū numero infinitū cōstitui asseruerūt, tāq̄ his accidat sumere exordiū ex infinito secūdū numerū & desinere finireq; in infinitū magnitudine Democritus ergo & anaxagoras cōueniūt secundū hoc, dissentiūt āt eo qđ anaxagoras similaria segregatione ex sese vicissim ꝓduci inqt democritus vero athomos ipsas. s. insectilia ex sese mutuo generari nō assentit. Itē ille qdē quālibet partē esse toti similiter cōmixtā argumēto qđ quodlibet fieri ex quolibet videbat. Eqdē anaxagoras, vt inqt queādmodū principio oīa in toto cōmisceri. Et esse veluti quādā magnā similariū miscellā que oīa in seipso cōtineret, ita ēt in vno quoq; particulari assensit oīa esse. In hāc aūt opinionē inciderat (inqt) argumēto qđ singula singulis oriri cōstituiq; videbat, qppe qui nihil ex nihilo neq; ex ente alterius generis sed simile ex simili produci autumabat. Quāobrē huic carni inexistebāt oīa actu, ex qua illud qdē prius separabant qđ forte foruna aptū idoneūq; erat vt separaret. Hinc. n. inqt vr simul fuisse oēs res aliqñ asseruisse. Nā si caro & os fiebāt ex oībus & ex ipsis oīa ēt quodcūq; ex quocūq; ꝓducebat quapp oīa ex oībus ꝓdibāt in lucē. Qđ si oīa ex oībus emergebāt, cū vero non solū habeat diuisionis hmōi ossis & huius carnis sed ēt omniū principiū. Vr igitur omnia priusq̄ ceptū esset ea dissociare seiungereq;, in oībus cōstituta esse. Nam si rerum oīum diuisionis principium est & quodcunq; ex quocunq; secerni abiungiq; aptum est priusquam igitur res initium sue diuisionis acceperunt simul omnes erant. Qm̄ omnis diuisio quodā tempore cepit. Verū quod res omnes simul fuerint & omnis diuisionis initiū sit deinde probat tanq̄ ex ꝑsona anaxagore. Verū quedā obiter ex eius sñia cōcedenda petit quedā ex assumptis postulatisq; tanq̄ cōsequētia syllogismo cōcludit. Sed hoc in loco videbitur forte Ari. cōtrariū aliquod afferre his que in primo libro de anaxagora dixit. Ibi enim dixit anaxagorā asseruisse mentē primordio rerū separare omnia similaria voluisse tamen nō potuit id assequi quapropter dixit mentē illā esse stolidā cū ea que fieri nequeunt agredi ac facere niteretur. At hoc in loco inquit mentē quoddam principio cepisse cuncta segregare dissociareq; que loca inter se pugnātia vidētur. Respondemus igitur hec inuicē nō dissidere ibi enim de vnoquoq; similari particulari loquutus est qm̄ vnūquodq; similare nō potest pure sincereq; seiungi, vt caro adeo seiūgi nō potest q̄ in seipsa alias substātias cōtineat. At hoc in loco loquitur de illa miscella ex similibus infinita magnitudine cōstituta in qua olim erant omnia per quam etiā dixit, omnes res simul esse, seiungiq; in particulares vt ita dixerim similaritates nō sinceras purasq; sed ipsas habentes quoq; omnia ipsismet cōmixta & cōcreta, que tales elucebant atq; nominabantur ex eo quo plus in eis abundabat.

NAM cum omne quod fit ex tali corpore fiat: omniumq; sit generatio: non simul tamen: atq; aliquod principium generationis esse oporteat: & id sit unum: quod ille mētem appellat, mensq; a principio quoddam operetur cum intellexit. Necesse est olim omnia simul fuisse, mouericq; olim cepisse. Democritus autem non aliud ex alio primorum illorum corporum fieri dicit.

Vult ꝓbare principiū omniū rerū diuisionis esse ac omnia simul fuisse illa priusq̄ separaret, petit assumitque igitur omne quod fit ex simile produci. Nam hoc ex tali est & omnium est generatio. Verum non simul omnia generantur sed illud prius quod quidem aptius magisque idoneum est vt separetur. Oportet autem (inquitt) quoddam principium generationis efficiens esse, quod apud Anaxagoram est ipsa mens. Si ergo nihil est ortus generationisque expers & mens ipsa generationis cā quodā initio res separare cepit igitur cōcedēdū est principiū diuisionis omnium

nis omniū fuisse, sed singula ex singulis fiūt. Nā fieri nō potest vt id q̄ fit ex simile nō ꝑducatur igitur necesse est singula in singulis esse vt hoc modo singula a singulis segregētur. Et cū nihil seiunctū semotū q̄ esset anteq̄ mēs separare cepit. Nihil aliud .n. cā separationis est quā mēs ipsa. Necesse est igitur vt omnia simul hereāt. Verū siue mēs sit diuisionis rerū cā & quodlibet ex quolibet suapte natura fieri nō posset simul omnia aliqñ fuisse nō necesse est siue aptū sit quodcunque ex quouis fieri & mēs nō haberent sola diuisiōis cā hoc ēt modo neq̄ vrgebimur fateri omnia in oībus esse pōt .n. & aliter totū quēadmodū impresentia accidit q exigua similaria diuidi.

IPSVM tamen cōmune corpus omniū est principiū: magnitudine partiū differens atq̄ figura. Patet igitur ex hisce que diximus: infiniti cōtemplationem ad naturales philosophos pertinere. Principiū autem omnes ipsum ponūt cū ratione. Impossibile est enim aut ipsum in ratione rerū esse frustra. aut aliā ullam ipsi preter principii uim inesse.

Democritus illa prima corpora dico .s. insectilia ortu in munia liberata q̄ esse asseruit, qm̄ alterum ex altero nō producitur ceu corpus orbiculare ex pyramidali is tamē supposuit subiecit q̄ vnā corporis naturā omnibus figuris cuius partes athomos esse magnitudine & figura inter se differētes dixit. Nā hec .s. insectilia corpora nō solū aliā atq̄ aliā figurā habent sed eorū quedam sunt minora quedā vero maiora. Ceterū cūcti nō ab re idē principiū esse statuerūt. Cū ostēdisset phisico agendū esse de infinito tū quia res que a naturali cōsiderātur in infinitū & finitū diuidūtur, tū etiā quia cūcti veteres nō modo infinitū esse cōstituerentur sed etiā idipsum omnium que sunt principiū esse affirmarūt. Nūc autē vult ostendere eos nō ab re cū infinitū esse posuerūt idē eorū que sunt pricipiū autumasse. Nā si prorsus est, fieri nequit vt idē nō sit principiū. Quoniā si est vel incassum dabitur vel alicuius rei gratia instituitur, temere igit̄, frustraq̄ fieri nō potest qm̄ que temere fiunt raro euenire solent, at infinitū inter ea numeratur que semp eodē modo se habēt, siquidē illud sit ortus iteritusq̄ expers ergo infinitū frustra temereq̄ haberi nō potest. Si alicuius gratia est istitutū admissumq̄ a ueteribus vel igit̄ erit principiū vel ex principiis qūqdē vnūqdq̄ eorū q̄ sunt vel sit pricipiū vel a pricipio ꝓfeciscēs. Quo fit vt si ostēderimus haud fieri posse vt ipsū a pricipio nascat̄ deriuaturq̄ reliquū erit vt asseramꝯ ipsū eē pricipiū. interea aiaduertamus principiū multifariā dici. Nā principiū magnitudinis dici solet vt nauigii initiū puppis vel carina, itē domus ediūq̄ initia sunt fundamēta, preterea principiū tēporis est vt belli principiū dies hec dicitur. itē principiū rei vt prima elementa, materia forma & reliqua duo principia efficiens & finis, dicamus ergo iuxta nullū horū significatū infinitum posse principiū habere. Sed imprimis videamus qūo non habet principium magnitudinis. Nam si haberet tale initium mox finē terminū q̄ teneret si qdē cuius est principiū illius etiā terminus finisq̄ inueniatur quā obrē nō amplius infinitū esset, qm̄ illud vocamus infinitū qđ termino priuat̄ & caret nā priuatione termini appellat̄ vocitaturq̄ infinitū. Cōstat vtiq̄ nō esse idē dictu ꝓrsus terminū & principiū vel finē, siqdē principiū sit id qđ finē ꝑcedit & terminus nō sit ante pricipiū neq̄ añ finē sed terminatū solū precedat. Superficiei nāq̄ termini linee sunt. Et linee puncta. Item termini natura sunt, principiū autē & finis nō penitus natura sunt sed positione quāq̄ .n. extra me verbi gratia si principiū ad quēuis terminū extendere in rectū voluero & terminū similiter ac principiū & finē, attamen terminus nō prorsus est principiū vel finis. Quod itaq̄ infinitū nō habeat principiū magnitudinis perspicuū est, preterea ostēdetur infinitū neq̄ tēporis principium obtinere qm̄ neq̄ habet rei initiū, vt ergo id ostēdamus prius accipiamus illud veluti axioma, vt si omne qđ secūdū substātiā ꝓduci pōt si tēporis principiū habet ꝓrsus necesse est vt ēt teneat principiū rei quare p cōpositionē si omne q̄ secūdū substātiā ꝓducit̄ nō habuerit principiū rei neq̄ illud tēporis obtinebit. Vnde si demōstrabimus infinitū nō habere principiū rei neq̄ ꝑfecto habebit principiū tēporis. Et iā ōñdimus ipsum nō posse magnitudinis habere initiū igitur infinitū nequaqam habebit principium quo fit vt rationem adducamus. Necesse erat vel vt infinitū esset principium vel id quod a principio oritur & proficiscitur, cum ergo a principio nasci nō potest igitur duntaxat erit principium. Verum dixi secundum substantiā propter ea quod ea que nō vt substantia fiunt sed gnignuntur velut ea que alterātur nō ꝓrsus principiū rei tenent, siquidē sit habeaturq̄ ipsa momētaria mutatio, atqui ea que fiunt secundum substantiam si temporis initium habuerit omnino necesse est vt assequantur etiam principium rei. Nulla enim substantia habet momentariam generationem sed prorsus in generandis substantiis alia precedit aliā atque ante aliam fit. Siquidē prius producatur semen genitale quod quidem est materia totius

animalis ex quo deinde fit caro ita & deinceps ſemp aliud ante aliud ꝑducitur. Itẽ oportet materiam prius recte diſponi preparariq; ac idoneã aptãq; fieri. Quãobrem recte diximus, ea que secundũ ſubſtantiã fiunt ſi fierent ꝑducereturq; in tẽpore eadem principiũ rei prorſus habere. Verũ ecõtra non ſequitur vt ſi principiũ rei obtinẽt principiũ tẽporis eſt habebũt vt argumento inditioq; ſunt celeſtia ipſa ſiquidẽ ſempiterna ſint. Hoc itaq; modo ſequitur ſi quippiã nõ habet principiũ rei neq; hẽbit principiũ tẽporis. Vnde cũ demonſtratũ fuerit infinitũ principiũ rei nõ hẽre. Cognoſcemus mox ipſum neq; tẽporis principio potiri. Nã cũ ſint quatuor rerũ principia materia, forma, efficiens & finis. Si oſtenderimus infinitũ neq; principiũ materiale neq; formale obtinere cõmoſtraſſe etiã videbimur ipſum neq; finale neq; efficiens habere. Quod vero infinitũ non habeat principiũ materiale hoc modo oſtendemus. Nã ſi ipſum habet principium materiale oportebit vel illud eſſe finitũ vel infinitũ. Si ergo erit finitũ omnia merito que ex illo conſtituuntur erunt finita, quoniã nihil eſt infinitũ quod habet materiã finitã. Si vero materia infinita fuerit principiũ itaq; infinitum habebimus & alia ex eo ꝓficiſci ipſum vero nõ ex aliis deductũ neq; ortũ at ſi aliquid haberet infinitũ non propter ſe habebit ſed quia principiũ eiuſdem ex quo conſtituitur eſt infinitũ. Non ergo poteſt infinitũ habere principiũ materiale. Sed quid multis moramur, ſi enim principiũ materiale fuerit infinitũ id q; querimus & volumus profecto habemus. ſ. principiũ quoddã infinitũ eſſe ſi vero finitũ id ergo qđ ex ipſo conſtituitur erit finitũ. Preterea neq; formale principiũ habere poteſt, imprimis quia ſemper formæ munus eſt res terminare ac definire infinitũ autẽ eſt indefinitũ incircunſcriptũq;, deinde forma vel erit finita vel infinita & rurſus eadẽ incõmoda & abſurda ſequẽtur que prius diximus, igitur infinitũ neq; habebit principiũ formale. Si ergo hec nõ hẽbit certe neq; principiũ formale neq; efficiẽs obtinebit qñqdẽ principiũ efficiẽs cũ qppiã efficit in materiã vel in aliq̃ formã agit. Cõcludamus i[illegible] q; ſi infinitũ nõ habet pricipiũ mãle nec formale merito neq; hẽbit pricipiũ efficiẽs, qđ maxime cõſtare debet qa ĩpreſentia loqmur de rebus naturalibus q̃ prorſus materia cõſtãt. Eodem fere argumẽto oſtenditur ipſum neq; habere principiũ finale, quoniã forma ante finẽ eſt atq; ſubiecto eadẽ eſt cũ illo vt ſuperiore libro explicauimus. Quãobrem ſi fieri non poteſt vt infinitũ pricipiũ rei habeat proculdubio neq; principiũ temporis tenebit igiť prorſus ſine principio erit quapropter reliquũ eſt vt illud principiũ conſtituamus probemus & confirmemus. Hec igitur ſunt ea quibus oſtendimus infinitũ eſſe principiũ & idẽ nullũ poſſe principiũ habere. Verũ ipſa ratio dubitationem habet, primum quomodo inquit materiam infiniti ex neceſſitate vel finitã eſſe vel infinitam. Nã ſi oportet materiã prorſus informem expertẽq; magnitudinis & quantitatis eſſe profecto non erit finita neq; infinita ſed fugiet ipſam diuiſionem ceu neq; neceſſe eſt pũctum vel finitum vel infinitum eſſe quãobrẽ ipſa diuiſio non erit per cõtradictionem. Item quomodo ſequitur q; ſi materia prorſus eſt finita vt id q; ex ea proficiſcitur finitũ ſit, quoniã neq; ſequitur ſi materia eſt incorporea & ſine magnitudine ac forme per ſe ſunt incorporee & magnitudine immunes vt id q; his conſtat ſit incorporeum magnitudineq; priuatum. Item ſi corpus hoc ſenſile fieret ex nõ ſenſile quidẽ corpore ꝑduceretur quoniã omne q; fit ex ſui priuatione oritur. Nã ex non tali fit & producitur hoc etiã modo ſi infinitũ fieret ſiue in tempore ſiue ſecundũ modũ quo aliqua a ſua cauſa dependere ac fieri dicuntur ex nõ tali quale eſt ipſum produceretur quãobrem ex nõ infinito fieret. Verũ vt alia ex materia & forma conſtent ita infinitum conſtitueretur. Neceſſe itaq; non eſt vt hec infinita ſint, neq; finita pp eã cãm quã diximus, ceterũ hunc in modũ dubitationẽ ſoluunt, aſſerentes nihil eſſe in cõpoſitis q; non inſit ipſis ſimplicibus. Qm̃ & ſi materiã magnitudo non eſt attamẽ forma corporis que in tempore materie adnaſcitur, talis eſt propter quã cõpoſito ineſt magnitudo. Quod etiã ipſe non aſſero vt magnitudo ſit corporis forma ſenſibilis ſed qm̃ propria rõne magnitudo eſt ſeparabilis a materia que ſane rõ materie inata ſenſilẽ facit ipſam magnitudinẽ. Hoc etiã pacto ſi aliquid infinitũ materia & forma conſtaret oporteret ipſam infinitudinẽ in principiis eſſe qm̃ ſi principia infinitudinẽ non habuerint certe neq; id q; ex his cõſtat infinitũ erit quapropter ſi finitũ & infinitum materie tribui nequeunt attamen neceſſe eſt vt forme inſit ac tribuat. Sed quiſpiã rurſus contra hoc dicet qm̃ ſi cuncta que cõpoſitis inſunt neceſſe eſt vt ſimplicibus quoq; tribuantur. Cũ corpus poſſit infinitũ ſecari ac diuidi igitur forma vel materia poterit etiã diuidi in infinitũ. Sed forma non eſt diuidua, porro dicere conſueuimus formã eſſe ſua rõne impartibilem. Verũ impartiri & diſtare cũ in materia producitur. Preterea dicimus materiã magnitudinis diſtantie dimenſioniſq; expertem, quapropter non conuenit ſimplicibus eſſe diuiduũ, niſi poteſtate ſed hoc nihil cõfert ad rõnem qm̃ nunc diſſerimus de ipſo actu infinito. Rurſus album in corpore

dicimus esse id quod potest disgregare visum & tamen ipsa forma albi per se neq; elemēto inest cū huiusmodi nondū materie sit implicita, neq; in opifice vel in agente constituta. Item homo est animal rationale mortale attamen idea ipsa hominis mortalis non est neq; materia eiusdem. Huiusmodi enim formas non asserimus esse omnino in opifice, vt formā corporis nō triplici dimensione formata neq; quantitatis formā continuā vel discretam, vel animal rationale mortale formā hominis sed rationes horū et causas in opifice statuimus. Sed ad hec respondet, quandā omnium esse similitudinē secūdum substātiam in formis que sunt in opifice & in formis que ex illis vsq; ad materiā proficiscūtur. Vnde neque simpliciter est equiuocus multiplexq; homo iste cum illo homine qui in mente opificis est sed analogiam inter se habēt qua vnū ab altero denoiatur, ac proficiscitur in quibus solet esse cōmunio quedā substātie eorum respectu de quibus dicuntur & differentia ceu dicimus a sanitate cibū sanum. Si ergo ea que hic constituta sunt opifex agit cū exēplar archetipumq; vel idemq; vel ideā respicit. Certe oportet nō exiguā inter hec & illas rerū rationes cōmunionē conuenientiāq; secundū substātiā esse siquidē opifex aliter efficiat quā ipse pictor qui cū hominē intuetur, simulacrū hominis quod simile illi qui est dū nititur effingere afformareq; per accidens imitatur ea que insunt humano corpori ceu colores figuras tractusq; opifex enim nō similia solum simpliciter que nullam habeant substantialē cōmunionem cōuenientiāq; cū illis que hic nascūtur efficit sed illas imitatur secundū substantiā cū hec effingit ceu solet anuli area formata que in ipsa cera suum caracterē imprimit. Cū igitur inter hec sit similitudo secūdum substantiā si quidē erit aliquid perficiens substantiā quod cōpositis inest & id tāq; elemētū & totius concreti cōstitutiq; perfectio si prius id cōposita nāciscūtur a simplicibus. Sed cū forme ac idee a mēte opificis vsq; ad materiam procedūt qm̄ prorsus necesse est aliqñ esse inter deducēs & deductū cōueniētiā quedā accidunt ipsis formis dū ad exitū tēdunt que sane ipso opifici & deducēti nō insunt. exēpli gratia lumē quod in aere nascitur cū a sole ꝓcedit. Certe est aliqua similitudo substantialis inter lumē productū & solē non exigua, qm̄ hec nō sunt multiplicia vel vt aiūt equiuoca. Verū dū lumē exit a sole inter procedēdum ei accidūt nōnulle affectiones que soli non in sunt ceu formari earū rerū figuris quas illuminat sibiq; obuias esse tenebras & alie infinite passiones vt ergo solis lumini dū procedit ab eo nōnulla accidūt necessario que tñ ob id nō perficiunt substātiam illius quod illinc a sole proficiscitur. Eodē etiā modo sentio euenire formis & materie. Equidem si aliquid cōposita habent q; suam substantiā perficiat cōpleatq; ex simplicibus illud trahunt ac cōsecūtur, quibus preterea cū ac vergūt ad exitu in materia nōnulla accidere possunt que simplicibus ac primis exēplaribus nō insunt ceu diuiduū esse mortaleq; & alia (id genus). Si ergo infinitū qua infinitū est ex principiis aliquibus sit velut ex principio formali & materiali. Necesse omnino est que eidē insunt secundū substantiā etiā alicui simpliciū .i. forme vel materie herere ac tribui. Quāobrem si infinitū ex materia nō habet vt tale sit necesse omnino tamen est vt a forma id assequatur & obtineat, qm̄ infinitū non est aliqua affectio simpliciter sed cōsistit atque est. Quo fit vt ad ea que obiiciebantur reuertemur. Cū nempe dicebatur omne q; fit produci ex nō tale ac quodcūq; fieri ex suimet priuatione. Respondemus ob id nos ita dicere solere quia factum est materia & forma, est id q; fit. Verūtamen si ante formā separabilē coniecerimus considerauerimusq; illius viā processum ac apparentiā que in materia fit omnino necesse est vt simile a simili producatur sed qm̄, vt dicebā, id q; fit alteratur. Nā alteratio est quedā mutatio & generatio, alteratur autē non forma sed materia que cū idonea aptissimaq; redditur ad capescendū formā, semper priuationi coniuncta est ob id verissimum esse cōprobatur omne q; fit tale ex nō tali produci. Sed rursus is contra rōnē exēplis pugnat. Nā cū ex quatuor elementis vicissim coniunctis ac cōmixtis omnia cōposita nascātur. Vt cōmunis postulatio cōceptioq; est at tamē naturales proprietates que cōpositis insunt, potestatibus potētiisq; elementorū tribui assignariq; nequeūt ceu qua virtute simpliciū ꝑtateq; lapis ille qui magnes appellatur ferrū attrahit, vel que est illa huic contraria affectio que illum expellit eiicit. Itē sepenumero in eadē gleba vtreq; affectiones contrarie secundū alterā ac alterā partem esse solent preterea herbarū stirpium & lapidū atq; partiū animalium & eorū omniū generaliter que solo contactu quādam contrariā affectionē efficiunt infinite virtutes sunt quāobrem que cōpositis in sunt, simplicibus in esse tribuiq; non possunt. Sed ad hec philosophus respondebit non oportere vt omnes virtutes que cōpositis insunt, simplicibus tribuātur sicut medicis vr̄ sed simpliciū cōplexionē aut mixtionē materiæ rōnem continere. Nā eo q; materia taliter ac taliter est affecta dispositaq; ita forme ab vniuerso opificio introducūtur in ipsa atq; fiūt. Hec igitur nimis affatim & supra quā

vel recipere ergo cũ sit vacuum in eo collocabitur infinitũ corpus. Nam vt inquit in sempiternis potestas rei nihil differt distatq; ab actu quanq̃ in rebus generabilibus id q; est potestate queat in actum non deduci, cũ plerũq; dum res tendit ad perfectionẽ corrũpi soleat anteq̃ perficiatur sua potestas que vergit duciturq; ad actũ. In sempiternis autẽ si aliquid prorsus potestate est id mox oportet omnino actu esse frustra enim ea haberetur potẽtia que nunq̃ ad actũ perueniret quapropter si aliquod sempiternũ potestate est omnino actu esse oportet, similiter nunquã fieret neq; fieri poterit, quare neq; potestate erit. Nã id potestate est quod fieri actu potest quapropter in rebus sempiternis neq; proprie cõtingens est cũ nõ habeant momentũ atq; inclinationem in alterutrũ sed semper sunt necessario, in quibus non differt ipsum posse ab eo q; hoc vocabulo esse nũcupamus neq; vicissitudines patiũtur quãobrem si infinitũ vacuũ est necesse erit corpus infinitũ esse, porro hoc modo etiã aliqui infinitos mũdos esse assentiũt, alii aerẽ infinitũ alii aquam alii vero intermediũ. Sed cũ hec dicat deinde inquit sermo de infinito multas habet dubitationes siue illud posuerimus vacuum esse siue secus illud statuerimus. Quod si ex medio infinitũ tollere cõtenderimus, circuitũ temporis infinitũ numeri augumentũ & magnitudinũ sectionẽ in infinitũ demere videbimur. Si vero infinitũ a nobis admittendũ est neq; citra cõtrouersiã ac questionẽ illud ponere possumus qm̃ inquisitione opus est nũ substantia sit vel accidẽs. Et si forte accidens concedendũ est nunquid per se vel per accidẽs simpliciter. Verum ipse distinguit infiniti nomẽ vt noscatur de quo infinito disserat qm̃ de infinito secundum magnitudinẽ dicturus est. Nã de hoc presertim an sit corpus extensione inexhaustum infinitũ que an secus ad naturalem disserere spectat.

OMNE enim quod est aut principium, aut est ex principio. At principium infiniti non est, esset enim ipsius finis. Preterea ingenitum ipsum esse, corruptioneque uacare censent quippe cum sit principium quoddam.

Omne inquit quodcunq; nõ temere frustraq; subsistit nec per accidẽs prorsus habetur: Vel continet rationẽ principi, vel ex principio est nã ea que frustra temereq; accidunt quoniã casu fortuitoq; ac preter nature consultũ producũtur neutrũ istorũ esse possunt. Infinitũ autẽ frustra casuq; nõ introducitur quippe sit sempiternũ, quãobrẽ vel principium erit vel ex principio.

NAM & quod nascitur id habeat finem necesse est, & omnis corruptionis est finis. Quapropter (ut dicimus) huiusce nõ est pricipiũ. Sed hoc principiũ ceterorũ esse uidet.

Si id quod fit necesse est interire corrũpiue ea autẽ que corruptibilia sunt ac obnoxia interitui cũ intereunt aliquẽ magnitudinis terminũ habent in quem desinit ipsa corruptio. Semper. n. corruptibilia corruptionis obnoxia magis redduntur cũ paulatim senescunt igitur nullum infinitũ generabile est. Itẽ quoniã nihil q; producitur secundũ substãtiam habet momentaneã mutationẽ introductionẽq; vt nonnulla solent que citissime alterantur, sed partim ac partim fiunt igitur si infinitum esse admittitur necesse est idipsum ingenitum esse & incorruptibile.

ET continere etiam ipsum omnia gubernareq; dicunt, ut hi qui preter infinitũ nullas alias causas faciunt, ut mentem aut concordiam, & hoc esse ipsum diuinum. Est enim immortale, nec unq̃ perire potest, ut Anaximander, & naturalium plurimi dicunt. Esse autem infinitum in ratione rerũ, ex hisce quinq; maxime quispiam credet. Et tempore. Est enim hoc infinitum ex magnitudinum diuisione.

Inquit quicũq; veterũ naturalium, qui causam efficientẽ non considerarũt neq; ad eam inspexere vt Anaxagoras mentem causam effetricẽ dixit & Empedocles litẽ odiumue & amicitiã quod statuerunt esse omnium materiã idipsum infinitũ mole ingenerabile ac interitus expers esse dixerunt, preterea idẽ diuinũ aliquod cui munus esset omnia regere & preesse vniuersi omniũq; cõstitutioni. Item immortale ac nunq̃ interiturũ defectusq; prorsus immune, assenserũt, quod Anaximenes aerẽ esse coniecit, Thales aquam Anaximander autẽ intermediũ quoddã & singuli alii aliud infinitũ pariter & principiũ instituere. Sed Arist. nihil admiratione dignũ hoc nostro seculo dicit vt cũ primi philosophi ignorauerint potestatẽ vimq; vniuersi ac omniũ rerũ elementis insidere, quisq; id mox coniecerit diuinum esse quod aliorũ causam esse coniectarunt, vt igitur ii qui solã causam materialem spectarunt ipsam causam rerũ omnium primã

esse rati sunt ita plane Anaxagoras mentem omnium rerum principiũ statuit, Et Empedocles odium & amorem.

VTVNTVR enim & mathematici infinito. Ex eo preterea: quia hoc pacto duntaxat generatio & corruptio nunq̃ deficiet: si infinitum sit id ex quo per ablationem id quod nascitur fit. Insuper ex eo quia finitum ad aliquod semper finitur. Quare necesse est nullum esse finem, si aliud ad aliud semper finiri necesse est. Maxime uero propriissimeq; ex eo quod uniuersis communem efficit dubitationem. Nanq; mens non deficit in cogitando, & numerus, & mathematice magnitudines, & id quod est extra celum, infinitum esse uidetur. Quod si illud sit infinitum: & corpus infinitũ esse uidetur: infinitique mundi. Cur enim magis hac parte uacui q̃ hac, moles est collocanda.

idest mathematici loco postulati accipiunt sectionem magnitudinũ fieri in infinitũ. Aiunt.n. omnẽ rectã lineam datã diuidi posse in duas partes & a quacunq; recta linea data semper minorem demi posse, qm̃ videlicet ex ipsis trianguli duobus minoribus lateribus reliquum semper demendum est ex maiori & minori ex ea sectione ducere lineam pararellam & efficere triangulum & ita hoc fieri in infinitum poterit.

QVARE si aliqua sit in parte, & ubiq; necesse est esse.

Que est hec assignatio vt vna idem vacui parte corpus contineatur & non vbiq; siquidem vacuum est locus priuatus corpore.

ET insuper si sit uacuum infinitusq; locus, & infinitũ corpus esse necesse est. In perpetuis enim non differunt posse ac esse. Habet autem dubitationem ipsa contemplatio infiniti. Nam si ponatur esse: impossibilia multa sequuntur: & etiam si non esse ponatur. Preterea utronam sit modo. Vtrum ut substantia, an ut accidens alicui nature per se: an neutro modo.

Quoniã supra eo quod solũ eorum sermo erat pro arbitrio reiecit impresentia idipsum probat, qm̃ necesse est corpus infinitum esse si sit yacuum infinitũ quoniam nihil aliud sentiunt vacuum esse q̃ locum priuatum corpore, At omnis locus capax corporis est quod si is locus infinitus sempiternus erit nihil magis potestate est capax corporis quã actu scilicet simul cũ potest comprehendere illud corpus infinitum mox actu illud complectitur.

SED nihilominus sit infinitum, & multitudine infinita.

inquit non tollit quin idipsum infinitũ statuatur vel substantia vel accidens per se aut simpliciter. Nam cum aliquo modo ipsum posuimus nihil vetat ipsum esse extensione infinitum quod quidem cum fuerit diuisum, multudine infinitũ efficiet.

MAXIME autem ad naturalem philosophum pertinet, si magnitudo sensibilis infinita sit in ratione rerum considerare.

Hoc in loco habes intentionẽ de quo infinito deinceps disputabit qm̃ de sensibili infinito agẽdum est, i. de naturali quod naturalibus qualitatibus afficitur. Nam siue sit extra celũ aliquod corpus nõ naturale siue qualitate siue aliqd aliud huiusmodi in libro de celo indagabit quo in loco ostendet extra cæli cardines prorsus non posse aliquod corpus cõstitui, impresentia autẽ perscrutatur & inquirit num habeatur aliquod corpus naturale quod queat in infinitum extẽdi. De infinito autẽ secũdũ multitudinẽ quod ipsum esse nequeat demõstrauit in primo huius operis libro in illis presertim rationibus quas cõtra Anaxagoram & democritũ adduxit. Quod etiã exactius diligẽtiusq; in libro de ortu atq; interitu rerum ostendet.

ATQVE primum determinandum est quot modis dicitur infinitum. Vno itaque modo dicitur infinitũ quod impossibile est pertransire, ex eo quia non est aptum ut per ipsum transitio fiat, perinde atq; uox inuisibilis dici solet. Alio modo id dicitur infinitum, quod habet sine fine transactionem:

Cum

Cũ indicasset phisico agendũ esse de infinito, ac iure veteres illos idipsum principiũ rerũ posuisse qui illud inter ea que sunt cõnumerarũt. Ceterũ hic aggreditur ipsum considerare. Et cũ infinitũ mulufariã dicatur prius exponit illius significata deinde ostendit que sint infiniti significata & que nõ sint. Nã quũ sciuerit vocũ multipliciũ equiuocarũq; significata poterit determinare ac dicere quale infiniti significatũ admitat qualeq; negat, inquit igitur infinitũ quinq; modis appellari, imprimis vno modo dicitur infinitũ quod cũ ipsa natura prorsus nõ possit habere terminũ nec percurri ac peragi potest quod quidẽ eo nõ pertransitur quod prorsus quantũ non est. Queadmodum etiã vocẽ inuisibilẽ dicere solemus quod haudquaq̃ sub acie oculorũ intuituq; cadere idonea est huiusmodi autẽ sunt punctũ & quãtitates. Hec.n. infinita dici solent, punctum infinitũ est quia cũ sit terminus idiuiduus ac omnino magnitudinis expers nõ habet terminũ. Nõ.n. eo finita cõtinent cõplectunturq; ipsum vt extendatur in infinitũ. Similiter album & generaliter omnis qualitas vocatur infinita qm̃ prorsus transitu vacat. Secũdo dicitur infinitum quod permeationẽ habet atq; transitũ termino carentẽ cuius quidẽ terminũ aliquando inuenire nõ est nõ ea de causa quia nos ipsum percurere nõ possumus, sed qm̃ ipsum nusq̃ deficit secundũ extẽsionẽ neq; ipsius magnitudo terminis clauditur. De quo est cõsiderare agereq; proponitur an sit huiusmodi aliqua magnitudo in his que sunt an secus. Tertio appellamus infinitũ quod quidẽ iam terminũ habet, sed cũ nos egre illud ac cũ labore per agimus nunq̃ videtur deficere. Et hoc modo infinitũ dupliciter vel quãtitate vel qualitate esse cõtingit. Nã si iter asperum inuiũ tortuosumq; adeo fuerit vt nobis inaccessum sit, huiusmodi iter dicere cõsueuimus infinitũ esse propterea quod ipsi nõ possumus illud per meare ac cõficere, quo igitur pacto vocamus laberintũ infinitũ, qui ita appelletur ea de causa quia nõ habeat aliquem vie terminũ, sed qm̃ est tortuosus & ob id nobis inuius ac inaccessus est. Solemus etiã iter infinitũ dicere ob ingentẽ itineris ambitum ac longitudinẽ interualli queadmodum dicimus oceanũ infinitũ esse propterea quod illum vndiq; nauigare nõ possumus cũ magnus sit illius ambitus ac vasta illius altitudo habeatur quo iñ circũscribitur telluris finibus vndiq; cingitur. Similiter eadẽ cã rubeũ pelagus infinitũ dicitur solitũ itaq; nobis est cũ longiusculũ iter aliquãdo facimus fessis de via illud appellare infinitũ. Quarto dicitur infinitum quod suapte natura aptũ est habere terminũ & non habet huiusmodi est circulus, in quo actu potest accipi punctũ & ibi principiũ designare quãq̃ ipse actu aliquod punctũ determinatũ certuq; nõ habeat. Nã vnde libet quispiam poterit sibi principiũ fingere ac statuere, cũ etiã ille qui circulũ supra quouis dato centro & spacio describit non ex aliquo certo determinatoq; puncto initium faciat, sed vnde libet circino principium accipit item si quis in orbẽ circulũq; moueretur potest vnde voluerit motũ agredi hoc igit̃ modo circulus est infinitus ac ita appellatur quia propriũ ex se nõ habet terminũ cum alterius climatis aut terræ vel loci situ aliud initium quispiam possit designare. Quintũ infiniti significatum & vt inquit per additionẽ vel diuisionẽ aut vtrãq; simul per additionẽ inquã vt in numero & tempore vsu uenire solet. Nã dicimus numerũ infinitum eẽ qm̃ potest adolescere in infinitũ siquidẽ quocunq; dato numero maiorem sumere liceat ob id etiã tempus crescere augeriq; in infinitũ potest, per diuisionẽ aũt infinitũ collocari potest in magnitudinibus qm̃ earũ sectio in duas partes semper fieri potest. Vtroq; aũt modo simul si animo cõceperimus vnã lineã rectam deinde hãc bipartitã cuius sectionis rursus alterã partẽ opinabimur bipartitã vel semp diuidẽdã esse in duas ptes ac deniq; totidẽ eidẽ linee adiũgẽdas esse ptes quot deni queũt, hoc mõ nanq; infinitũ partim auget̃ partimq; diminuitur. Tot igit̃ modis cũ infinitũ appellet̃, querit mõ ipsa disputatio de secũdo infiniti significatu quo dicebatur aliquod infinitũ esse scdm extensionẽ, an in rebus collocetur velut & naturales ipsum esse supposuerũt. Quod si quis infinitũ esse contẽderit quoad cetera significata cũ hoc viro nulla nobis erit dissensio quippe & nos attulimus huiusmodi esse infiniti significata. Verũ quod infinitũ scdm extensionem haberi statuiq; nequeat mõ pponit disserere. Et eos imprimis reiecit ac refellit qui idẽ infinitũ esse affirmãt. Nã si prius nõ aliqd aliud ens statuũt & postea infinitũ q̃ illi inhereat, sed per se infinitũ ac substantiã huiusmodi ceu aeris vel ignis esse. Hoc igit̃ infinitũ q̃ aiunt vel diuisibile erit vel idiuisibile si ergo diuisibile vel magnitudĩe diuisibile vel multitudine. Omne enim quod diuidi potest scdm vnã harũ specierũ diuiditur. Si ergo aliquã harũ specierũ quas diximus ipsi cõcesserint, ĩfinitũ quantum erit & nõ substãtia qm̃ he vtreq; spẽs cõtinuũ & discretũ in quãtitate collocant̃ quãobrem substãtia nõ erit per se ipsam infinita. Si vero infinitũ esse ĩpartibile idiuiduũue dixerint infinitũ certe nõ erit amplius infinitũ illud. s. dicimus de quo nos mõ querimus atq; idipsum quod oẽs naturales esse supposuerũt. s. infinitũ scdm extensionẽ qd quidẽ prorsus est diuisibile cũ sit ma-

gnitudo quedã. Nisi infinitũ eo modo acceperint quo punctum & qualitates infinita appellauimus. Sed nobis nulla de hmõi infinito faciunda est disputatio sed de illo disseruimus quod est infinitum fm extensionẽ qd percurri confici non potest extremis vndiq carens, quãobrem non põt hmõi infinitũ substãtia esse. Sed cũ hec inquit descẽdit in aciem cõtra illos qui infinitum esse alterius accidẽs sentiũt deinde ad propositũ mox redit inquit, ergo si infinitũ esset alteri accidẽs, ipsum nõ haberetur rerũ principiũ sed illud statueretur principiũ cui infinitũ accidit. Nã vt dicimus vocẽ esse elementũ sermonis, qui etiã cũ asserimus vocẽ inuisibilẽ esse nõ amplius vrgemur affirmare elementũ sermonis esse inuisibile qm̃ nõ per se voci inest inuisibile sed per accidens. Hoc etiã modo dicimus de infinito, qm̃ nõ ea de causa qua ipsum accidit alteri vt aeri vel aque quæ est per se rerũ principiũ, fateri debemus & ipsum infinitũ esse rerũ principiũ. Verum si quis cõtendere voluerit adhuc asserens ipsum infinitũ esse principiũ saltim p accidens is neq poterit demõstrare illud esse principiũ, qm̃ causæ alicuius per accidẽs causæ prorsus non sunt, ceu dicitur caluũ esse causam domus qui nullo modo est causa. Siquidẽ aliquis nõ qua caluus ædificator, ædificet. Vñ etsi nõ esset caluus nihil minus ædificaret. Igitur neq hoc mõ infinitum esse principiũ tueri possunt. Atqui demõstrauimus qd si illud statuendũ est aliter statui haberiq nõ posse quin rerũ principiũ cõstituatur igitur infinitũ neq per se neq per accidẽs inter res numerari ac cõstitui potest, qd etiã Aristo. vltro pcedens perfectius exquisitiusq indicabit interim reuertitur ad propositũ, qm̃ fieri nequit vt idem infinitũ per se substantia sit. Sed argumẽtũ cõficitur a loco qui dicitur a maiori ad minus & inquit. infinitũ magnitudini & numero inest. Si ergo hæc numerus. s. & magnitudo quæ sunt veluti substãtia infiniti, magis per se existere esseq deberẽt, & tñ ipsa aliis in sunt, qm̃ substãtiæ inherent, cũ per se subsistere nequeant, multi minus ergo infinitũ per se erit qm̃ accidit numero & magnitudini quæ etiam substãtiæ accidunt. Est igitur syllogismus hippoteticus. Si infinitũ cum sit substãtia, per se est, multo magis numerus & magnitudo esse existere per se debẽt. Si ergo numerus & magnitudo magis per se esse debẽt & tñ non sunt, multo minus per se infinitũ erit. Præterea inquit si infinitũ actu substãtiam fatentur vel diuisibile erit vel indiuisibile. Quod si illud diuisibile dabunt, vbiq ac omnino secabitur veluti similiaria, quẽadmodũ itaq aer diuiditur in partes quarũ vnaqueq aer vocaẽ, & aqua in gutulas ita etiã infinitũ, eo q substantia infinita est in infinita secabitur quãobrẽ accidet vnãquãq partẽ esse infinitã ergo idẽ infinitũ erit multa infinita ac infinities infinita siquidẽ vnaqueq pars diuisibilis sit qd quidẽ fieri nõ potest. Qd si instabunt dicentes illud quidẽ diuidi sed nõ in infinita certe cogentur fateri illud dissimilare esse. Qd si hoc admisserint infinitũ neq simplex neq principiũ erit, qm̃ dissimilaria illius principia erunt. At infinitũ simplex esse oportet qm̃ principiũ est, etsi principiũ habebitur econtra necesse est vt simplex habeatur, alioquin si fuerit cõpositũ nõ poterit affirmari principiũ, sed illa statuentur principia ex quibus ipsum cõstituitur, at cuncti qui infinitũ dedere idipsum principiũ esse asseruerũt. Qd si ipsum indiuisibile cõcesserint certe nõ erit infinitũ. Nã infinitũ de quo disputamus vel magnitudine inexhaustum est vel multitudine indiuisibile aũt nullũ istoꝝ est qm̃ vnũquodq diuidi secariq potest, quapropter fieri nõ potest vt hoc modo infinitũ sit indiuiduũ. Si ergo neq diuisibile neq indiuisibile põt esse infinitũ cum sit substãtia videtur quoq infinitũ nullo modo substantia esse. Si autẽ substantia nõ est igitur accidẽs. Si illud accidẽs esse admittitur nõ ergo erit principiũ veluti pitagorei supposuerũt. Sed hæc inquisitio (inquit). s. an infinitũ sit quædã cõmunis natura quæ in mathematicis collocetur aut in sensibilibus vel in rebus incorporeis separatis, an potius substantia quædã intellectualis vel aliquid aliud cõmunissima est & institutionis nostræ excedit qualitatẽ iccirco supersedebimus ab his quæstionibus, & nos ipsos conuertemus ad eam magis quæ nostro instituto huicq operi consentanea est & cõuenit. Hæc profecto est an aliquod corpus sensibile magnitudine infinitũ ipercursibile tueri possumus siquidẽ veteres naturales tale infinitum esse statuerint.

AVT quod uix aut quod aptum est quidem habere, non habet transactionem uel finem. Præterea infinitum oẽ, aut in appositione, aut in diuisione, aut in utrisq cõsistit.

Cum dicit aut egre vixq pertransiri potest tertiũ significatũ infiniti dat, cum mox subiungit, aut qd ipsa natura potest habere & tamen accessum permeationem vel finem non habet, quartum explicat dico, si eo modo infinitũ quo pauloprius circulũ appellauimus infinitum. Verum dixit quod ipsa natura potest habere permeationẽ accessum vel finem pro hoc potest totus circulus percurri conficiq vel etiam terminari. Sed cum totus circulus aliud punctum actu cer-

tum

tum datumq; non habeat, vel id quod circũfertur in eo non teneat vbi finem statuere ac ipsum stare queat idcirco circulus impercursibilis dici solet.

SEPARABILE igitur a sensibilibus infinitum esse non potest, quod quidem ipsum sit infinitum.

Infinitum.s.de quo est sermo illud profecto quod extensione infinitum dicitur, idipsum igitur esse aliqua substantia per se nequit. Quoniam tale infinitum prorsus a sensibilibus alienum esse non potest, sed vel aqua vel aer vel aliquid id genus concedere oportet quemadmodum idipsum esse naturales supposuerunt.

NAM si infinitum ipsum neq; magnitudo sit: neq; multitudo, sed substantia & non accidens: indiuisibile erit profecto. Diuisibile enim aut magnitudinem aut multitudinem esse constat. Si uero indiuisibile sit infinitum non erit, nisi perinde atq; uox est inuisibilis. At neq; illi qui dicunt infinitum esse, ipsum hoc pacto ponunt, neq; nos querimus si sit identidem ipsum: sed ut habet sine fine transactionem.

Hic primum argumentum adducit quod infinitum non sit substantia. Et inquit si infinitum non esset magnitudo neq; multitudo quæ quidem quantitatis species sunt, Sed sola substantia per se, id est ab iis seiuncta infinitum certe non habebit diuisionem, quoniam diuisio sit merito quantitatis, quamobrem erit indiuisibile, sed si illud indiuiduum expersq; diuisionis esse affirmatur neq; erit infinitum de quo nos modo querimus ac de quo naturales disserere consueuerunt. Nisi ii velint infinitum accipere velut punctum vel quale eo quod huiusmodi infinitum suaptæ natura idoneum non est vt dimensionem ac diuisionem suscipiat.

QVOD si infinitum per accidens sit, non hoc elementum erit eorum quæ sunt, quo est infinitum: quemadmodum nec ipsum inuisibile locutionis est elementum, & tamen uox est inuisibilis.

Quoniam ostendit infinitũ substantiam esse non posse idcirco interserit confutationẽ quandam alterius suppositionis qua quis posset dicere infinitum esse accidens. Vnde inquit si infinitum est & non est substantia ergo relinquitur idipsum esse accidens. Sed si accidens esse affirmatur, infinitũ igitur non erit rerum elementũ sed illius potius cui accidit infinitum, quẽadmodum neq; inuisile est elementũ locutiõis, sed vox quatenus talis elemẽtũ est cui accidit inuisile.

PRETEREA quo nam pacto quippiam ipsum infinitum esse potest, si neq; numerus neq; magnitudo per se esse potest: quorum per se affectus quidam ipsum est infinitum. Minus enim ipsum per se q̃ magnitudinem aut numerum esse necesse est.

Rursus descendit ad ostendendum infinitum non esse substantiam. Et argumentum conficitur ab eo loco qui vocatur a maiori ad minus. Inquit ergo si subiectum alicui magis subsistit per se quam illius accidens. Subiectum autem infiniti est ipse numerus qui non subsistit per se. Ergo multo minus infinitum quod numero accidit non poterit subsistere per se. At si non est de numero eorum quæ subsistunt per se igitur non erit substantia.

PERSPICVVM etiã ẽ ĩfinitũ sic esse nõ posse ut actu sit: & ut substãtia principiũue, nã ĩfinitũ erit qcq̃d ipsi⁹ accipias si hẽt ptes. Est.n. idẽ eẽ ĩfiniti ac ĩfinitũ ut patet.

Alterum argumentum adducit quod fieri nequeat vt infinitum sit substantia ac rerum principium. Nam prorsus necesse est, si infinitum dabitur rerum initium aliquod simplex esse & nullum subiectum habere in quo firmetur. Alioquin si compositum esset aut omnino aliquod haberet subiectum non amplius illud infinitum dabitur, sed vel subiectum eius vel illa ex quibus ipsum constituitur, quoniam oportet principium aliquod simplex esse. Si ergo huiusmodi infinitum est aliquod simplex nullumq; subiectum habens, sed potius est velut animus & mens ipsa in eodem infinitum & ratio infiniti vel esse eadem erunt. In compositis enim aliud est hoc esse & aliud quo illud est seu illius ratio vt diximus in predicamentis. Nam compositum hoc esse significat vt cum ipse dixero animal, sed animali esse, scilicet

quo animal est ipsa forma animalis esse dicitur. Significat quidem per illud esse animal. At in simplicibus idem verbi gratia est animus & animi esse. Nam ratione neq; divideretur in plura mens ipsa ac sui esse. Si ergo huiusmodi est natura infiniti vt scilicet idem sit infinitum & infiniti esse idest ratio eius dubio procul singulæ illius partes erunt infinitæ. Nam si pars suscipit totius rationem & pars sane infinitum erit sed si alterum erit non amplius simplex habebitur, sed potius constitutum ex partibus dissimilaribus quemadmodum neq; homo simplex est qui constat animali rationale & mortale. Verum si infinitum quis statuerit esse numerum vel magnitudinem infinitam, propterea sequi non poterit vt ipse infiniti partes etiam infinitas esse astruat, quippe qui subiiceret naturam alteram in qua reciperetur infinitas ceu numerum vel magnitudinem. Neq; vetat ratio qui numeri pars sit numerus & tamen non esset numerus infinitus quoniam non est ratio numeri cum illa infiniti eadem. Est enim numerus ex vnitatibus multitudo collecta, infinitum autem est quantitas impercursibilis, idest quæ peragi non potest. Similiter etiam de magnitudine dici potest. Qui ergo infinitum hoc modo assentiunt substantiam esse perinde ac in definitione eius comprehensam ac collocatam, quo pacto fieri potest vt ii non videant singulas eius partes infinitas esse oportere. Nam vt pars aquæ quælibet est aqua quoniam totum ac singulæ eiusdem partes eandem definitionem obtinent, ita necesse est vt partes infiniti sint infinitæ. Cum igitur multæ sint partes infiniti, quinimo cum vnaqueque illius pars in infinitum sit diuisibilis, necesse igitur erit vt infinitum ipsum habeatur infinities infinitum q; quidem absurdum est.

SI infinitum substantia sit & non in subiecto. Quare sit ut ipsum, aut indiuisibile sit: aut in infinita sit diuisibile. At fieri nequit ut idem multa sit infinita.

Dicit secundũ subiectum pro hoc in subiecto, idest si infinitũ est substantia & non accidens.

AT VERO ut pars aeris aer est, sic & infinitum & pars cuiuis infiniti: si substantia quædam & principium sit: ut dicunt. Vacat igitur partibus atq; indiuisibile est. At esse non potest id tale quod actu est infinitum. Necesse est enim ipsum quantũ quid esse. Per accidens igitur infinitum ipsum esse uidetur. Quod si ita sit, dictũ iam est antea non posse ipsum principium dici. Sed illud cui accidit, ut aeternũ aut par. Quare absurde dicunt profecto, qui tale illud esse censent, ut pithagorici dicunt.

Hæc verba continua sunt superiori contextui. Est igitur hæc tota huius contextus sententia atq; constructio, postquã enim dixit, si quidem fuerit substantia infinitum & non secundũ subiectum continuans deinceps hæc inquit. Velut enim aeris pars est aer & ita infiniti pars est infinitum. Et eum mox adiecit si quidem est quædam substantia & principium, deinde copulat alteri parti contextus superioris illi videlicet vel ergo indiuisibile vel in infinita diuisibile. At idem multa infinita esse nequit, postremo sequitur dictis copulando, igitur impartibile est & indiuisibile.

NAM substantia faciunt ipsum, & simul etiam partiuntur.

Inquit eos praue sensisse qui illud affirmarunt esse per se substantiam, scilicet ab aliis rebus abiunctam, quoniam his accidit idem fateri partibile ac impartibile esse, ac substantiam et accidens. Nam substantia est ea parte qua illi ita sentiunt esse infinitum accidens vero quoniam quam aiunt ipsum esse infinitum mox velint nolint ipsam quantum faciunt quoniam infinitum est diuisibile alioquin si infinitum est substantia com monstratum iam est vt ipsum indiuisibile sit quamobrem indiuisibile faciunt diuisibile & substantiam accidens.

VERVM hæc quidem forsitan inquisitio uniuersalis est magis, si possit inq; infinitum & in mathematicis & in intelligibilibus & in hisce quæ nullam habent magnitudinem esse. Nos autem si sit in sensibilibus: de quibus doctrinam facimus infinitum corpus incremento necne consideramus ac perscrutamur.

Quoniam

Quoniam oſtendit infinitũ non poſſe ſubiectũ eſſe infinitũ dico ſecundũ extenſionẽ, quod illi collocari reponiq; in ideis non aiunt, ſed de illo quod in eis collocarunt inquirere an illud ẽ ſubſtãtia infinita ſit ſiue in mathematicis ſiue in ideis ponatur, cõmunioris ſcientiæ munus eſt conſiderare quæ de omnibus principiis verũ qua principia ſunt, conſiderat, at huius diſciplinæ intereſt ac peculiare munus eius eſſe dicitur indagare perſcrutariq; an infinitũ extenſione corpus ſit quod neq; principiũ magnitudinis neq; terminũ habeat. Quod itaq; aliquod huiuſmodi corpus nõ ſit ceu veteres naturales tradidere deinceps idicare argumẽtiſq; cõuincere ꝓponit.

SI IGITVR diſſerendi modo conſiderabimus, ex hiſce uidebitur infinitum nõ eſſe. Nam ſi ratio corporis eſt ſuperficiẽ terminatum eſſe: non erit infinitum ullum aut intelligibile aut ſenſibile corpus.

Cum oñdiſſet infinitũ non eſſe hoc modo veluti ſubſtantiã quandã per ſe. ſ. ſeparatam neq; eo ꝙ infinitũ in ſubſtãtia eſſe conſtitutũ quẽadmodũ pithagorei dixerunt. Ceterũ proponit in præſentia oñdere neq; eo modo infinitũ eſſe quo phiſici aſſeruerunt, neq; aliquid cõſtitui ſubſtantia in ipſo infinito, ſed ſubſtantiã eſſe aliquid aliud ceu aerem aquã vel intermedium, quod quidẽ infinitũ eſt mole magnitudineq; infinitũ. Quod itaq; neq; hoc modo infinitũ ſit in primis quidẽ vt ipſe inquit oñdit logicis argumẽtis. i. perſuadẽtibus & ex opinabilibus conſtitutis vel logicis. i. cõmunioribus, qm̃ demõſtratio ipſa nõ ſolum conuenit naturalibus corporibus, ſed etiã mathematicis, ob id ergo dixit, logicis argumẽtis, deinde adducit argumẽta magis neceſſaria quæ ex ipſa rerũ natura ꝓcedunt. Eſt igr̃ prima rõ logica hæc, geometre corpus definiunt eſſe id quod ſuperficie claudit̃. Sed infinitũ nõ clauditur ſuperficie. Corpus ergo nõ eſt infinitum, hæc rõ ẽ in ſecũda figura. Deinde inqt nõ ſolũ corpus infinitũ nõ ẽ, ſed neq; numerus poteſt eſſe infinitus, qm̃ nullus numerus ẽ ſeparabilis p ſe ſed omnis cõſtituit̃ in ipſis rebus quæ numerant̃, & quũ oẽ numerabile poſſit percurri, infinitũ aũt percurri nõ põt. Nullus ergo numerus ẽ infinitus, cũ ergo ſint duo ſyllogiſmi in hac ſecũda rõne primus quidẽ cõficitur in prima figura, ſecũdus aũt in ſecũda hoc modo. Numerus eſt in rebus numerabilibus, numerabilia autẽ poſſunt numerari percurriq;, igr̃ numerus poteſt percurri, ſed infinitũ non põt percurri, ergo numerus non eſt infinitus. Hi ergo ſyllogiſmi ſunt argumenta logica, dixit autẽ logica ꝓpterea ꝙ non ſunt neceſſaria ſed vt dixi ex opinabilibus ſufficiuntur. Nam aduerſarii qui infinitũ eſſe ſtatuunt neq; darent definitionem corporis vniuerſalẽ eſſe vt corpus ſit ꝙ ſuperficie terminat̃ & cingit̃ perinde ac contingat ipſum nõ habere latitudinẽ longitudinẽ neq; profunditatẽ, neq; aſpectui obtuituiq; obiici poſſe. Nã vt omne quod cõplectit̃ cingitq; corpus non eſt definitio eius, ſic etiam circũſcribi ſuperficie non erit definitio eius ſiquidem ſit aliquid corpus infinitum ꝙ non circũſcribitur ſuperficie vt coelum quoniam ipſum ſaltim vltimum extra ſuperficie non ambitur & clauditur. Similiter reſpondebant ad aliam rationem negantes omnem numerũ numerabilem eſſe cum ſit numerus infinitus qui numerari nequit. Sed poſt has rationes tranſit ad ea argumenta quæ ſunt magis naturalia & neceſſaria. Et oſtendit ex naturalibus poteſtatibus viribuſq; actiuis & paſſiuis, caliditate. ſ. frigiditate, ſiccitate, & humiditate fieri non poſſe vt ſit corpus infinitum. Secundo idem oñdit ex locis corporũ. ſ. infimo & ſupremo, præterea ex momentis aut iis quibus inclinantur res moueri dico. ſ. grauitate & leuitate. Et deniq; ex aliis conceptionibus, primum igr̃ ex poteſtatibus viribuſq; naturalibus confutat & reiicit infinitum. Verum rationem conficit per diuiſionem hunc in modum. Nam ſi datur corpus immũdum inexhauſtũ prorſus neceſſe eſt hoc vel ſimplex vel concretum compoſitũq; eſſe, ſed ſiue ſimplex ſiue compoſitum ſit fieri nequit vt ſit infinitũ igitur corpus infinitum prorſus demendum tollendumq; de medio eſt imprimis itaq; oſtendit corpus compoſitum non poſſe infinitum eſſe quoniam ſi concretum compoſitumq; haberetur vel infinitis elementis vel finitis conſtaret, infinitis namq; conſtare non poteſt vt demonſtrauimus in primo libro cum infinita elementa eſſe nequeant quod quidem in libro de coelo ac præſertim in libro de generatione & corruptione demonſtrabitur. Sed neq; hoc loco ſub ſilentio præter eundum eſt. Nam ſi infinita eſſent elementa inquit, prorſus oportet infinitas etiam contrarietates eſſe, alioqui ſi non haberentur infinitæ contrarietates, neque elementa infinita, ſed certa ac finita pœnitus neceſſe eſt. vt ea quæ ex ipſis ſunt conſtituta, finita eſſe affirmentur. At coniugationes contrarietatum finitæ ſunt quoniam ſi contrarietates infinitæ eſſent cum vnaqueq; contrarietates contineat duas qualitates. i. Etenim contrariæ ad minus duo ſunt infini•

tum duplicari contingeret quod ſane abſurdũ eſt. Fieri ergo nõ poteſt vt ipſa elementa ſint infi-
nita, quapropter infinitũ conſtare infinitis non poterit. Quod ſi conſtabit infinitis mole ſed fini-
tis multitudine, vel ergo vnũ aliquod illorũ erit infinitũ magnitudine, vel plura vel omnia aut
nullũ. Si dabitur nullum ergo conſtabit omnibus finitis. Quãobrem ſi ſuã ſententiam tueri vo
luerit, neceſſe eſt eos aut vnum vel plura vel oĩa infinita concedere, in primis ergo oſtendit non
poſſe aliquid illorũ vnum eſſe infinitũ quod quũ a nobis demonſtratũ fuerit, vnũ etiam indica-
tum erit, neq; plura poſſe infinita eſſe, qm̃ ſi plura admitti infinita volumus cur non omnia ac
multo magis dabimus infinita? Tñ ſeorſum diuiſimq; oſtenſurus eſt, neq; plura infinita dari
admittiq; poſſe. Quod vero haberi nequeat vnum aliqđ elementorũ infinitum quibus conſtat
ipſum totum imenſum inexhauſtũq; hũc in modũ oſtendit. Omne corpus naturale, de quo
potiſſimũ nos modo diſſerimus, in ſeipſo quandã vim naturalẽ ingenitã inditamq; videlicet ca
liditatẽ vel frigiditatẽ aut humiditatẽ, vel ſiccitatem habet, quo fit vt omnino neceſſe ſit ſi aliquid
eſt corpus cõpoſitũ ęquatas eſſe vires poteſtateſq; cõponentes ipſum, vt hoc modo aliquod tẽ-
peratũ ex ipſis naſcatur, qđ fit quoties nullum illorũ pollentius fit neq; cæteris dominatur, ſed
vniuſcuiuſq; ĩmoderatũ intẽperatũq; robur ab alterius cõtraria ac repugnante vi coercetur re-
primitur & tẽperatur. Nam ſi eorũ aliqđ vnũ valentius præpotentiuſq; eſſet reliqua imbecilliora
debilioraq; corrũperet & in ſuã naturã illa tranſmutaret atq; conuerteret. Si ergo infinitũ cõpo-
ſitum habet aliqđ vnum earũ quibus cõſtat infinitũ. Cũ funditus operepreciũ ſit corpus mole
ĩmenſa infinitũ habere cõplectiq; vim poteſtatẽq; infinita quæ in ipſo infinito cõſtituta ſit certe
abſorbebit ac delebit reliqua & in ſuã naturã conuertet quo fit vt denuo illud totũ infinitũ ſim-
plex incõpoſitũ & ſincerũ habeatur. Quod ſi quis obiecerit qm̃ & ſi corpus mole ĩmenſa infini-
tum ſit attamen minore potentia ac imbecilliore erit quã ipſum finitũ: Verum nos dicimus qm̃
cum ea vis eſt in magnitudine infinita excedit hac ratione omnẽ finiti poteſtatẽ ac corrũpit in
eo vim finitam. Quod ſi adhuc contẽderit illã finiti poteſtatẽ valentiorẽ fortioremq; eſſe, huic
obiiciamus hoc modo. Supponatur petaturq; in illo concreto infinito vnum aliqđ eorũ quibus
conſtat, verbi grã aqua quæ diuiſim a cæteris ſit infinita & alterũ eſſe magnitudine finitum ceu
ignis equidẽ vis in aqua vt frigiditas longe imbecillior ea virtute ac poteſtate, verbi grã caliditate
quæ in eadem ignis magnitudine ſit, ſi ergo ipſe ex ambobus accepero extraxeroq; duo æquæ
magnitudinis corpora ceu ſextarium ab vnoquoq;, qm̃ in ſextario ignis caliditas pollentior eſt
quã frigiditas aquæ in ſextario certe caliditas cõſumet frigiditatẽ, qm̃ hæc eſt natura duarũ po-
teſtatũ aduerſantiũ inter ſe vt minor a maiore ſuperetur, ſit ergo inequali magnitudine ignis ca-
liditas decuplo calida, pariter etiã in tanta magnitudine aquæ frigiditas decuplo frigida ſit q̃q̃
hac equa data magnitudinũ ignis & aquæ menſura caliditas ignis pollentior ſit tñ ſi decies du-
plicauero aquæ magnitudinẽ & decẽ vrceolos aquæ accepero, profecto æquabitur aquæ frigi-
ditaſq; in decem vrceolos conſtituta eſt caliditati ignis quã in vno vrceolo repoſuimus. Quo-
niam igitur ignis habens pollentiorẽ vim mole finitus ſupponitur atq; finiti ad finitũ prorſus
aliqua proportio eſt. Certe & totus ignis ad aliquã ſui partẽ aliquã proportionẽ habebit. Sit ergo
iſta proportio totius ad partem centies aut millies, cum itaq; vrceolus ignis equã habet poteſta
tem cum decẽ vrceolis aquæ poterit vtiq; totus ignis habere ꝓportionẽ cũ aliqua infinite aquæ
parte. Si ergo accepero decies mille aquæ vaſa vrceoloſq; æquabit̃ ſane frigiditas in tanta quan
titate. ſ. in decem mille vaſibus vrceoliſue conſtituta caliditati ignis in mille uaſibus aſſignatæ.
Sed cum aqua ſupponitur infinita eſſe & infiniti ad finitũ nulla eſt proportio, quippe frigiditas
in tota aqua infinities infinita ſit quã ea quæ in aliqua data parte collocatur, quæ ponebatur eẽ
æqualis caliditati quæ in toto igne cõſtituebat̃, igit̃ ſi hoc conceditur, frigiditas quæ eſt in tota
aqua infinities infinite poteſtatis erit quã ſit caliditas quæ in toto igne poſita eſt. Quãobrẽ illam
frigiditas traſmutabit & abſorbebit quo igitur pacto totũ infinitũ erit ſimplex ſincerũq; & non
cõpoſitũ. Et deniq; ꝙ volebamus cõcludatur nõ poſſe vnũ aliquod illorũ quibus cõponebatur
ipſum totum, infinitũ eſſe. Quod etiã conſtat ex eadẽ illorũ actione. Nã exiguũ aquæ cum inie-
ctum fuerit in maximo igne corrũpitur & ignis conuertit in ſuã ſubſtantiã: At vero ſi ignis ille
coniiceretur in ciſternã aquæ & circuitum econtra idem patietur qm̃ corrumperetur & tranſ-
mutaretur in naturam aquæ. Et quãquã ſit ignis caliditas valentior frigiditate aquæ ſiquidem
frigiditas aquæ elementaris fuerit caliditas ignis nãq; qui nobis obſequio eſt excedit calidita-
tem elementarem quemadmodum & criſtalli glacieiq; frigiditas excedit frigiditatem elementa
rem. Verum & ſi ipſa poteſtas vſq; ignis fortior ſit quoniam agit in multum aquæ & qualitas
aquæ remiſſior tamẽ frigiditas aquæ vincit caliditatem ignis propter multitudinẽ quantitatis.

Nam

Nam qualitates specie similes cum fuerint in vnũ coniunctæ fortiores pollentioresq; habentur quod sane constat & clarius nosce & perspicere possumus in ipsis momẽtis.s.potestatibus quæ opem ferunt ad ciendas res,qm̃ si duas libras ponderis simul iunxeris id quod ex vtrisq; constitutum est grauius vtraq; seorsum ac separatim erit siquidẽ non solum pondus duarũ librarũ, sed etiã plus ponderis contineat.Similiter & si magnitudinẽ duarũ librarum secaueris in duas equas partes non habebit vtraq; pars equa libra grauitatẽ, sed minorem quo pacto igitur si ea quæ sunt similis spẽi simul cõnectuntur pollentiora euadunt diuisa aũt ac seiuncta imbecilliora similiter & in motibus ipsis quãto plus adieceris grauitatis tãto citius mouebitur ipsum graue,atq; si diuisa & abiuncta verbi gr̃a quinq; librarũ corpora quãquã sese tangerent non ita velocem motum habebũt sed si cõposita atq; in vnum connexa concretaq; ea fuerint ocissime mouebuntur.Eodẽ quoq; modo de leuibus dicere possumus vt igitur de his dicimus ita etiam de ipso calore frigoreq; ac cæteris cõtrarietatibus asserere possumus.Nam si idem lignũ inieceris in paruam & magnã ignis flammã iniectum quidẽ in maiori flãma ocius absorbebitur ac flagrabit quã si in parua iniectum in fuerit.Quãobrem & si infinitũ esset minoris qualitatis ac potestatis attamẽ pro immẽsa sui mole & cõpositione partium similariũ in infinitũ augebitur ampliabiturq; eius qualitas in infinitũ.Quoniã si partes simul in vnum concrete cõpositæq; qualitatem roborant & augent,hæ igitur in infinitũ connexe ac coniunctæ infinitũ robur qualitati præstabũt ac eam in imensum augebunt & ampliabunt quapropter necessario in infinito statuenda est infinita vis quæ cum fuerit inexhausta infinitaq; necessario reliquas qualitates corrumpet & delebit quare nõ potest esse aliquod vnum cõponentiũ ipsum totum infinitum.Sed cõtra hanc rationẽ huiusmodi dubitatio adduci solet quoniã non oportet qualitatem vna cum quantitate adolescere.Neq; enim si acceperis corpus trium librarum quod habeat tot albedinis gradus & deinde hoc ampliauero apponẽs multa eidem magnitudini iam totũ corpus magis album efficiã.Præterea neq; si magnũ bolum vel amplã glebam in partes secauero albedo in ipsis partibus constituta densior euadet ipsa totius albedine & cãdore item neq; si plurima uasa eiusdẽ speciei aquæ infudero cisternæ tota aqua fiet vnaquaq; parte frigidior, Similiter neq; si multa calida feruidaq; simul inseruerimus totum fiet vnaquaq; parte calidius.Vnde si apparet idem lignũ in minori flãma longiore tẽpore arsum & cõbustũ & a maiori flãma breuiore tẽpore consumptum,tamẽ hoc non accidit qa urendi qualitas fortior pollentiorq; habeatur,sed qm̃ omne id quod patitur ab aliquo eiusdẽ similisq; materiæ prorsus reagit in id quod efficit. Et cum id q̃ magis exiguũ est funditus patitur a maiore vel agit in ipsum non patitur certe ob validiorẽ maioris qualitatẽ,sed qm̃ vnumquodq; concretũ solidũq; haud facile affici potest quã vniuersum mẽbratim dilaniatũ dissipatũq; est.Vt igitur id quod facile afficitur & patitur, dissipatũ tenueq; est in suis partibus itaq; haud facile patitur concretũ consolidatũq; subsistit. Qd quidẽ nõ ab re vsuuenire solet.Nam cũ sint multæ partes similis speciei in magna rei mole. Et vnaqueq; sane vim effectricẽ hẽat quũ ergo appositũ fuerit cõtrariũ q̃ paruum est & ægerit aliquid in partẽ mox similis speciei partes appositæ coniunctæ cõnexeq; eidẽ patiẽti ipse quoq; agent in eandẽ & nõ sinũt agentis partẽ transmutari sed simul ipsum quod afficitur instituunt ac conuertunt in primã naturã,qua rõne accidit vt patiens quoties ei præpotẽs contrariũ apponitur nõ posse reagere repellereq; ictum actionesq; partiũ efficientiũ.Ex quo accidit illius agendi vim imbecilliorem haberi & ocius trasmutationẽ fieri,Verbi gr̃a supponatur quidẽ rogus vel incendiũ magnũ quod cõtineat profunditatẽ decem cubitorũ.Cum igitur in ipsum iniiceretur paruũ lignũ certe & ipsum in nõnullas incẽdii rogiq; partes aget quibus erit appositũ atq; ꝓximum exẽpli causa in eã ꝓximã incendii partẽ quæ est vnius brachii,sed quoniã huius incendii vnius brachii sunt ipsi aliæ similis speciei qualitates indite ac innate quæ nihil patiuntur & hñt vim agẽdi,mox agũt in id q̃ iã coepit affici ac pati & illud in suã naturã cõstituũt atq; opẽ ferũt ei partiq; attigua est ligno vt ab eo nihil incõmodi patiať.Atqui exiguũ lignũ inops vndiq; ab igne molestať & patiť & cũ tot contrariis aduersariisq; repugnare neq̃at ocius subiit mutationẽ ac suimet abolitionẽ.Vęꝝ si in ꝑuo rogo icẽdio magnũ lignũ iniicereť,eo qđ pollẽtiore conatu ac maiore aduersarii ꝑiculo ageret vľ patereť idcirco diu cõtẽdet ac lõgiꝰ tpˢ euolabit añq̃ subeat mutationẽ & interitũ.Nã cũ ea ignis pars quæ patiť nõ hẽt appositũ subsidiũ simile sibi & reducere dẽt ad se vim patiẽdi,hac igr̃ de causa cũ extrinsecus illius quãtitas augeť ac maior fit actiuum magis ac pollentius esse vŕ.Verũ ob id quale simul nõ augeť cũ quãto.Et enim aliter absurdũ est & oino,hoc postulatũ falsum est vt oporteat vna augeri adolescereue q̃litatẽ & quãtitatẽ.Nã si admittereť postulatũ certe hoc mõ funditus oporteret in similaribusq; maiorẽ molẽ

haberent, etiam pollentiorē vim ac potestatē agēdi obtinere. At modo necesse non est siquidem piper maiorē qualitatē calefaciendi ac virtutem quā ipse magnus raphnus habeat & ne quis aduersetur dicens aliā atq; aliā esse caliditatis speciem hoc igitur proponitur ostēdereq; quoniam eidē calido qua calidū idipsum intendit ac remitti nō iuxta molē magnitudinū accidit sed iuxta aptitudinē eoꝝ quæ recipiunt, quo circa quale vna cū quanto innolescere suapte natura nō potest. Quod si quale simul cū quanto non adolescet nō necesse erit in vnū eoꝝ elementoꝝ cōponentiū sit mole & magnitudine infinitū & subsidens qualitati minus pollens quā alia finita simul cum infinita magnitudine augeri. Sed quēadmodū potest moles plerūq; augeri vi potestateq; ipsa non aucta ita certe si infinitū cresceret nihil plus īperii vigorisq; cōsequeretur, cuius rei fidē ex actione suscipere possumus ponatur enim aerem qui vniuersam ciuitatem ambit maxime gelidū esse cui adiiciatur lichini flāma. Nimirū si quale vna cum quanto augeretur, proculdubio oporteret flāmam lichni ab aere extingui quæ cum nō extinguatur certe non erit tantus excessus qualitatis ad qualitatē quantus est excessus quantitatis ad quantitatē sed longe minor est qualitatis excessus. Et qm̄ non augetur simul qualitas cum quantitate, potius flāma lichni agit in aere cum sit pollentior ac valentior, quā, patiatur ab ipso. Sed quid ipse aerem ambire vndiq; ciuitatē ac circūdare volo; porro extendatur idem per totū vniuersi ambitū, quāobrem cū aer vndiq; in vniuerso protensus gelidus sit frigeat & algeat nihil plus flāma lichni certe patietur siquidē flāmam lichni quæ modo continetur ab vniuerso aere frigido qui intra parietes est aut circa nos existit, nihil patiatur. Quapropter si frigidus aer in infinitū augeretur, nihilminus idē accideret. Quo clarius fiat, sumatur non tanta aeris frigidi crassiq; magnitudo sed velut gutte & aqua, cum ergo nō minorē frigiditatē accipimus sed equalē vel parū ab equalitatē distantē potius agit q̃ patiatur summa tamē adhibita similariū partium ope secūdū modū quē paulo prius diximus quare etsi imbecillior vis esset nihil tamen pateretur & si infinitū fieret, qm̄ flāma lichni terre apposita in ipsam quoq; ageret & nihil pateretur quāobrē si fortior sit auctione quātitatis ipsa qualitas qm̄ lichni flāma respectu totius ambitu terre ferre nihil est oportet vt multiplicet adeo frigiditas totius terre vt nullo pacto queata caliditate flāme lichni pati ꝙ quidē fieri non videmus & hoc merito quoniā neq; aer neq; terra secūdū seipsa tota agunt in ea que ipsis apponuntur sed solum secūdū eas partes que tangunt partes patientis appositas. Vnde cum imbecillior sit qualitas earum partium proximarū, potius patitur ab ipsa flāma apposita quā agat in ipsam. Quomō itaq; erit absurdum si vnū elementoꝝ cōponentiū ipsum totum infinitū, cum & ipsum fuerit mole imensum & infinitū, & extiterit fortissima alioꝝ finitoꝝ qualitas vt potius patiatur ab ipso finito habente fortiorē vim & potestatē q̃ agerent in ipso. Siquidē infinitū nō secūdum totum agat in ipsum finitū, sed secūdū eam partē finito proxima est quēadmodū neq; aer continens lichni flammā secundū se totum agit in ipsam qm̄ si id esset, multitudine & continuatione agendi extingueretur. Nam cū plura in idem continuo agunt accidit tam vim quæ agenti inest, semper roborari magis ac increscere etsi eadē roborata esset agit in patiente, ea si valentior vel potius patitur vel ab ipsa imbecilliore vi valentiorē potestatē suscipit. Nimirū infusum continue oleum in flammā lichni extinguit ipsam. Si ergo infinitū nō secūdum seipsum totum sed secundū, eam partem quæ continua est parti finite agit, & fuerit vis imbecillior in eo certe nihil efficiet in ipso finito, immo contrariū, qm̄ patietur ab ipso finito. Et semper aget finitum. Verum neq; deficere infinitū neq; finitū euadet infinitum. Hactenus igitur obiectio contra rationē habetur. Sed ipsi qui talem adducūt dubitationem soluere nituntur. Imprimis enim aiunt hoc falsum esse. s. potestates viresq; naturales quāquā sint in magna subiecti mole, constitute nō agere secundū seipsas totas siquidē momenta idest ipse vires quibus res cientur perspicuo hmōi se habeāt. Si ergo decem librarū pondus graueq; imponatur alicui moles quidē ac magnitudo eius non tanget secundū se totam illud cui pondus appositū est sed secundū partem immo secundū superficiē solum & tamē agit secūdū totam potestatē in tota rei mole. Nam vt equa non sit statera sed ad vnum propensior secūdū vniuersum momentū & vim ciendi efficit. Si ergo diuiseris eam partē seorsum quæ nō tangit ipsius trutine molem ceu trium librarū pondus, quāq̃ rursus tangat eandē superficiē ipsius trutine, attamen nō ita altera trutine pars propensior reliquo pondere sit tanquā momentū visq; illa ciendi quæ in altera quinaria erat parte quæ non tangebat partē illam trutine cum toto quippiā ageret quo pacto igitur tota vis vt tota ipsa natura potest in corpore agere et si agens nō secūdū singulas sui partes attiguū sit patienti. Similiter etiam in his quæ expellunt & attrahūt. Nam aliqua pars appellantis vel trahentis vt manus tangit id quod trahit atq; id ꝙ expellitur. Et tñ non ea vis sola tradit & expellit quæ in manu est sed

etiam

etiam vis totius animalis vt totum animal est siquidē multa habeantur quæ partibus patiūtur & agunt. Nam pedibus homo ambulat cum totus de loco ad locum proficiscitur item manibus edificat & si totus ipse agat, idemq; in multis aliis vsu venire solet. Si ergo & hic se habent, igitur & feruida gelida ex siccantia humectantiaq; ac alie qualitates quæ affectiones vel passiue qualitatis vocantur eodē modo se habebūt. Quāq; enim ea quæ agunt secundū partes ea quæ patiuntur tangant attamen secundū vniuersam vim quæ in ipsis est agere videntur, cum igitur agunt secundū totū si subiectū extiterit infinitū reuera necesse est vt vna augeatur vis agendi in infinitū. Diximus equidē quod quū aliquod mole immensum pluribus suis partibus ægerit in vnū & idē q; mole minus sit. Et si efficiens potestate cederet patienti attamen preesset excelleretq; ipsum multitudo partiū quæ agunt. Quod si hæc verissima admittuntur semper id quod maius erit plus virtutis potestatisq; erit. Infinitū ergo vim efficiendi transmutandiq; infinitā habebit. Sed quispiā contra hæc obiicere poterit qa non id quod quidem accidit in ipsis momentis viribusq; ciendi necesse est vt accidat in principibusq; s. maximis principibusq; qualitatibus. Si quidē non eiusdē speciei sint grauitas & caliditas, qm̄ caliditas frigiditas & aliæ id genus actiue & alteratiue qualitates appellari solent. Grauitas aūt & leuitas secundū locū motiue. Vnde nō oportet eadē inesse his quæ specie distant. Præterea vide ne figura sit qualitas & tamen passiua nullo pacto est. item plane videmus aerem agentē quippiā in nobis non secundū se totum sed dūtaxat secundū eas partes quibus proxime continemur sin minus easdē affectiones oportet eos qui habitant Scithiam & eos qui Ethiopie incolunt, perferre ac pati sed quid ipse narro de his qui maxima intercapedine locoꝝ mutuo distant cum eos etiā qui idem clima eundēq; locum habitant diuersas vel aeris iniurias vel iuuamenta pati habereq; videamus, quando alii eiusdē materie sub sole alii vero sub vmbra steterint sæpe lineæ vnius spacio abinuicem diuisi atq; disiuncto. Atqui si totus aer tanquā totus ageret, oēs homines cunctaq; animalia & cætera alia easdem affectiones ferre oporteret cum sit vna duntaxat aeris vniuersitas. quodquidē non vsu uenire plane contuemur. Quod quidē igitur posita statutaq; minore potestate in infinito non necesse sit idem reliqua corrūpere & abolere presertim si illa longe remissior fuerit propterea quod nō simul cū quanto quale augetur, pro p̄sentis, rei opportunitate dictū sit. Sed quod fieri nequeat vt his admissis aliqd elementoꝝ extensione infinitū hunc in modū ostēsuri illud prius petimus, vt sit agentiū ac patientiū qui sint equa magnitudine constituti equabunt, potentie. Vel mutuo vicissimq; nihil agent vel forsitan nihil a sese mutuo patientur. At si non æquales extiterint potestates & vires & alius erit mole maior, alter vero minor semper patietur qui minor magnitudine est a maiore ob eam quā diximus causam. Et quāquā mole maior quippiam ageret plus tamen pateretur quā ageret. Quo itaq; concesso, dicimus non posse aliquod corpus magnitudine infinitū cōpositū esse, qm̄ prorsus necesse est vt elementa cōponentia ipsum cōpositū æquas vires aliquomō habere sin minus ex his nō poterit aliqua mixtio cōstare sed id q; p̄potens esset reliqua in suā naturā trāsmutabit & conuertet quod quidē ex naturalibus omnibus corporibus præsertim corporibus animalium manifestū est, quāobrem oportet & componentia infinitum equas potestates ac vires obtinere. Siquidem igitur ex finitis magnitudine componitur, totum finitum erit, si autem vnum aliquid componentium magnitudine infinitum est. Cum naturalium compositio habeatur permixtionem simplicium & non per appositionem quoniam artificialia appositione componuntur, atq; elementa componentia per totum ipsum cū veniunt ad mixtionē recipiantur qua ratione differt pars elementi ab elemento quandoquidē elementū per totum cuius est elementū ingeratur recipiaturq; & pars minime, necesse est ea vt infiniti compositio hoc modo se habeat. Cæterū finita constitui infinito non possunt quippe infinitū preueniret corrumpendo exilia ac imbecilia, antequā coirent cōmiscerenturq; in vnum, quēadmodū si vrceolus aeris vel ignis poneretur in centū coextensis vrceolis sextariisq; aquæ, vel metreta vini in toto pelago certe p̄ueniendo totum corrumperet vinum aerem vel ignem anteq̄ā aliqua mixtura fieret, sed quid ipse dico si equabūtur potentie qm̄ velint nolint infinitū plurimū excellit finitum. Et cum nullā proportionē teneat infinitum ad finitum prorsus necesse est id q; infinito coextensum est ocius corrumpi quā misceri qm̄ iam id in naturā infiniti esset conuersum si idipsum coextensum infinito esset. Igitur infinitū non potest esse aliquod corpus naturale cōpositū cuius vnum elementoꝝ cōponentium sit magnitudine infinitū. At si quis diceret cōpositionem hanc fieri appositione, is imprimis non tuetur & seruat suppositionē qm̄ de naturali corpore loquimur deinde demonstrauimus q; si eque pollens potestate apponeretur alicui rei minori magnitudine, funditus ipsa corrūperetur. Et hoc ratione

ostendimus quoniã si glacies iniecta fuerit in magnũ incendium vel rogum magnũ priusquã ipsa aliquid in igne ipso sensim ageret, absorberetur. Quod quidẽ igitur nequeat esse infinitum vnum elementorũ cõponentiũ corpus infinitũ, satis atq; abunde demonstrauimus, cæterum quod neq; plura neq; oĩa possint esse infinita hoc modo ostendit. Et inquit si hoc corpus vndequaq; atq; omnino imensum idest secundũ omnẽ dimensionẽ in infinitũ extensum haberetur ipsum ergo occupauerit oẽs dimensiones omniaq; interualla cæteris aliorũ infinito nõ relinquet locum quãobrem duo vel plura infinita esse nequeũt, sed hæc quoq; ratio priori suppositioni & argumento adaptari & cõgruere poterat, quoniam si vnum aliqd est infinitũ quod penitus omnẽ locum occupat quippiã aliud quãuis paruissimũ sit, esse non poterit. Præterea, potest hæc ratio superioribus obiectionibus & his accõmodari, dico.s. si non omnia cõponentia infinitũ fuerint infinita sed quædã non poterit esse aliquod corpus naturale cõpositũ infinitũ & hæc ratio merito & nõ ab re iam his quæ demonstrauimus accõmodari potest. Nam si demõstrauimus quod si aliquod infinitũ esse asseritur illud omnino esse principiũ & non ex principio deductũ ac nascens sed cum igitur nullũ principiũ propriæ & primo sit cõpositũ merito neq; infinitũ poterit esse cõpositũ. Similiter nunquã simplex poterit esse, quoniã si simplex esset vel vnum aliquod elementorũ erit velut aér aqua aut aliquid aliorũ. Vel erit aliquid aliud præter hæc ceu dixit Anaximander esse principiũ illud intermediũ elementorũ vnde quod nequeat esse vnum aliquod elementorũ neq; aliud alterũ præter hæc infinitũ corpus naturale cõmuni quadã ratione probat verũ quod penitus esse nequeat aliquod aliud corpus quod sit intermediũ elementorũ & aliorum principiũ imprimis ostẽdit. Nam si aliquod corpus (inquit) intermediũ elementorũ infinitum siue finitũ esset ex quo alia orirentur ac generationẽ traherent quoniam omne ex quo fit & constituitur in illud dissoluitur oportebit etiam ipsa elementa corrũpi ac dissolui in illud si autẽ in ipsum dissoluerẽtur certe hoc aliquando appareret quemadmodũ enim aer cum fit ex igne vel aqua omnino in ipsa resoluitur ea dissolui plane cõprehendũtur ita oportet illa apparere. Sed nõ cõstat aliquod aliud elementũ esse præter quatuor elementa, ergo neq; illud erit quod de materia dici non oportet. Nam materia potestate est & quæ fiunt ex ea tanquã ea re quæ est potestate fiunt & producũtur. Materia nãq; non est actus licet semper aliquo actu formata sit quocirca ea quæ resoluuntur in ipsam materiã dissoluuntur quæ merito non apparet nec videt quoniã cum nõ sit actus nunquã seiungitur ab omnibus formis. At ii aiunt illud intermediũ actu esse, quapropter idem oportet apparere. Verum non negant intermediũ tanquã non sit aliqua substãtia mediã inter cõtraria quoniã prorsus necesse est mutationemq; inter contraria est per quædam intermedia fieri siquidẽ non sit imediata transmutatio inter contraria. Verũ hoc intermedium quod Aristo. dat nõ est aliquod certum neq; elementũ aliorũ sed quædã via proficiscẽdi in contrariũ. Quod autẽ neq; sit vnum simplex elementũ siue ignis siue aer siue quouis aliud sit, siue finitũ siue infinitũ fuerit, cõmuni argumento ostendit. Nam si vnũ est elementũ id certe non habebit contrarias potestates aliter cõtraria essent simul in eodẽ, at contraria simul in eodẽ esse non possunt, quod si non habebit contrarias pugnantesq; potestates rerum ortus ac interitus, & generaliter omnis mutatio de medio funditus tolletur. Nam ex contrario in contrariũ omnis mutatio fit ceu ex calido in frigidum & ex non ente in ens, quapropter si vnum aliquod elementum simplex penitus esse non potest, prospicuum est neq; vnum aliquod elementum infinitum haberi posse. Nam similis est ratio de infinito & finito.

AT VERO neq; numerus ita ut separatus ac infinitus. Numerus enim omnis & id quod numerum habet, numerabile est. Si igitur fieri potest ut ipsum numerabile numeretur: & infinitum quispiam poterit pertransire. Sed si magis naturaliter contemplabimur ex hisce quæ deinceps dicentur: nullum infinitum corpus in ratione rerum esse uidetur. Nec enim compositum esse potest nec simplex. Compositum igitur corpus nullum est infinitum, si elementa multitudine sint finita necesse est enim & plura esse: & æqualitatem inter contraria semper esse, & unum ipsorum infinitum non esse.

Vel hoc inquit quoniã numerus siue digitalis quo s. res numeramus qui etiam vere numerus appellatur, siue numerus qui in ipsis rebus. s. numerabilibus est constitutus, finitur & terminatur, vnde syllogismi hi sunt vterq; numerus est numerabilis numerabile potest percurri ergo numerus potest percurri. Sed infinitũ nõ potest percurri, igitur nullus numerus potest eẽ infinitus.

infinitus. Verum ad explicationẽ huius loci ſcias quia in alio codice cõmittitur pleonaſmos in literis quoniã ſcribitur eſchron pro echon ideſt vel quod habet numerum. Vnde vel hoc dicit (vt explicauimus) vel hoc ꝙ quidẽ magis contextui congruit. ſ. nullum numerũ eſſe a numerabilibus rebus abiunctum, ſed quicunq; numerus cõſtitutus eſt in rebus numerabilibus. Et cum numerabilia pertranſiri queunt igitur & numerus poterit pertranſiri quare non erit infinitus. verũ ſi hoc ita ſe habet haud fieri poteſt vt tẽpus ab aliquo principio non proficiſcatur vel mundus ſempiternus ſit. Nam ſi mundus eſt ſempiternus cõſtat numerũ hominũ infinitũ eſſe dico inquã numerũ actu infinitũ qm̃ oẽs homines actu extant quare numerus infinitus eſt poterit eſſe & non ſolũ immenſus ſed etiam ĩpercurſibilis actu, qm̃ ſi omnium hominũ vnitatis vſq; in hodiernũ diem actu extant. Et nos ſumus veluti finis terminuſq; eorũ qui ante nos extiterunt actu infiniti. Certe conſtat vt actu infinitũ ſit etiam ĩpercurſibile, quod quidẽ non ſolum erit abſurdũ contra hoc argumentũ Ariſto. ſed etiam aliqđ erit maius infinito. Immo magis infinitũ actu augebitur, in infinitũ ſiquidẽ acceperimus priores origines iuxta vnãquãq; affinitatem & vnũquodq; vinculũ quo plures ab vno naſci nomenq; habere dñr. Equidẽ ſemper ante illos inueniemus antiquiores ac natu maiores infinitos actu extitiſſe quibus continuo additi heredes maiorẽ numerũ efficiunt. Vnde heredũ appoſitio adoleſcit in infinitũ ſiquidẽ mundus nunquã interiturus eſt infinitũ itaq; augebitur ampliabiturq; in infinitũ. Accedit etiam vt infinities infinitũ habeatur quãdoquidẽ hominũ genus infinitos homines qui ante vixerãt. Exẽpli grã qui ante vixerũt exẽpli grã qui ante me nati fuerũt, cõtineat quod quidẽ de aliis hominibus ſimiliter dici pót quibus ſi etiã adiunxerimus equoꝝ aliorũq; animaliũ ſtirpiũ ac plantarũ cumulum & multitudinẽ præterea & motus vniuſcuiuſq; ſphere mũdi certe accidet vt prorſus infinities vel ſepenumero infinitũ actu ſit. Nam omnia quæ numeraremus actu exiſterẽt. Quamobrem ſi hæc fieri diciq; nequeũt dico. ſ. actu infinitũ ſtatui, item infinito eſſe aliqđ maius præterea infinities infinitũ & nõ deficere. uoties augetur ſed potius id quod ſit iam facto amplius eẽ proculdubio tẽpus vel mũdus ſempiternuſ eſſe nõ poteſt. Sed ad hæc quidẽ quã temere ignareq; reſpõdet qui aſſerit nihil vetare qui vnũ infinitũ in altero ſit conſtitutũ & terminatũ. Sed is non vidit in numeris dici nõ poſſe vnũ infinitũ in alterũ conſtitui ac terminari cum illud vt in declarationibus geometricis habitũ eſt, ſolũ in continuo ponendũ ſit. Nam numerus infinitũ nihil aliud eſt quã vnitatũ infinitas præterea ſi in continuo vnũ infinitũ in alterũ prorſus percurſibile eſt omnino etiã alterũ erit percurſibile in reliquũ. Nãq; aſſignatio ac ratio potior erit vt aliqua pars ſit percurſibilis & altera minime ꝑterea dixit Ariſto. nõ poſſe infinitũ ſimul quo ad vniuerſas eius partes collectũ in eodẽ tẽpore ſubſiſtere licet ſecũdũ partes in actu proficiſci queat. At Ariſto. hoc modo infinitũ quã maxime collectum non ignorans hoc modo minime reffellit ſed ſimpliciter infinitũ. Sed quid incõmodi ſequiť ſi cõcedamus infinitũ ſecũdũ naturã poenitus ĩpercuſſibile eſſe ſiue infinitũ ſic collectũ ſiue ſecũdũ partes diuiſim ac per ſucceſſionẽ eiuſdẽ habeatur. Ego aũt ſentio magis cõſtituendũ cõcedẽdũq; multitudine ĩfinitũ eſſe tanquã ꝓſens & adhuc vigens quã velut tranſactũ ac ꝓteritum qm̃ quod modo viget ac ꝓſens eſt poenitus percurri neceſſe nõ eſt at ꝓteritũ & iam elapſum neceſſario percuſſibile eſt quod quidẽ fieri nequit. Præterea infinitum ꝓſens neq; augetur neq; neceſſario eſt infinities infinitũ at infinito iam elapſo ea accidunt quæ diximus. Sed de his diuiſim ac proprio loco diligentius diſputabimus. Equidẽ cõpoſitũ corpus infinitũ non erit ſi elementa multitudine finita fuerint, inquit. ſ. ſi cõpoſitũ eſt infinitũ vel ex finitis multitudine cõſtabit vel infinitis. Sed infinitis cõſtitui nequit qm̃ demonſtrauimus infinita elemẽta haberi non poſſe, neq; finitis, qm̃ neceſſe eſt vt cõponentia ipſum ſint cõtraria & in cõpoſitione equari poteſtates & vires cõtrarioꝝ, aliter imbecille corrumpereť ab eo quod præpotens eſſet. Si ergo infinitũ finitis multitudine cõponereť, certe cum omnia eſſent magnitudine finita & ipſa totius magnitudo erit terminata. Quod ſi vnum illorũ componentium fuerit infinitum infinitam habet poteſtatem, certe corrumperet reliqua. Oportet igitur componentia aliquomodo equari vt ipſum conſtitutum ſeruatur, fieri ergo non poteſt vt vnum aliquod ſit infinitum componentium.

NAM ſi ignis quidẽ ſit finitus: aer aũt infinitus, quãquã unius corporis uis iferior eſt alterius ui, atq; pars ignis equalẽ aeris partẽ ui ſuperat mõ exceſſus aliquẽ ſubeat numerũ. Tamen infinitum corpus ſuperabit ut pa tet, atq; finitum ſane corrumpet.

verba confuſa ſunt tamen hæc eſt eoꝝ ſentẽtia. Inquit ſi enim eſſet infinitũ vt aer finitũ autẽ

vt ignis. Et si longe minor esset ea vis quæ est in infinito q̃ ea quæ est alterius q̃ est finitũ, a quibus si extraxero duas equas partes secũdũ magnitudinẽ. Vnã videlicet ignis alterã aeris. Quãquã potestas & vis quæ est in ea pte ignis esset longe pollentior potestate quæ est in altera parte aeris attamẽ quia est proportio finiti ad finitũ, ille vigor potestatis quæ est in ea ignis parte data omnino habebit proportionẽ ad vigorem potestatis quæ est in altera aeris parte exempli causa, decuplam centecuplã. Si ergo inuenero in eadẽ ignis magnitudine vim dicẽdi gratia centecuplã & ex alia parte accepero centecuplã aeris magnitudinẽ, certe adequabo vires potestatesq; partium ignis & aeris, sed cum supposuimus aerem esse infinitũ & ignem finitũ. Et nulla est proportio infiniti ad finitũ, neq; vis quo est in infinito habebit aliquã proportionẽ ad eam quæ est in ipso finito, Nam vt se habent inter se magnitudines ita se habẽt & ipse vires & potestates magnitudinũ. Si ergo mutuã proportionẽ magnitudines non habent ergo neq; potestates inter se mutuum responsum habebunt, ergo vis infinito constitura nulla proportionẽ habebit ad eam vim quæ est in ipso finito sed exuperabit omnia & superans reliqua corrumpet atq; abolebit.

NEC unumquodq; infinitum esse potest. Nam corpus quidem est: quod omni ex parte dimensionem habet. Infinitum autem quod sine fine est extensum dimensione. Quibus fit ut infinitum corpus per omnem sit dimensionem in infinitum extensum. At uero neq; potest infinitum corpus unum ac simplex esse, aut simpliciter aut ut quidam inquiunt, id quod est præter elementa, ex quo hæc generant.

Ad alterã descendit suppositionẽ qm̃ neq; omnia cõponentia infinitũ possunt esse infinitum & inquit. Nam si corpus est quod ex omni parte dimensum est idest q̃ habet oẽs dimensiones. Et infinitũ esset corpus sine termino omni ex parte dimensum, quãobrem alterũ corporus nõ modo infinitũ sed etiã finitũ quãuis paruissimũ esset, non sineret locum habere cũ ipsum occuparet omnẽ locum. At tu dices quid vetat infinitũ esse non secũdũ omnẽ dimensionẽ in exhaustum sed solum secũdũ longitudinẽ, vt aliis locum cedat, sed hoc factitiũ est ac fingentis hominis dictum quãobrem si est infinitum non prorsus ac omni ex parte infinitũ. Præterea nullus supponit huiusmodi infinitũ esse. Sed cuncti assentiunt illud infinitũ esse quod etiã vndiq; omniq; dimensione est infinitum. Nam si suapte natura potest esse infinitũ non magis hac parte quã illa erit infinitum sed vndiq; vastum immensum infinitum. Atqui neq; potest vnum simplex vel simpliciter corpus infinitum esse, cum enim ostenderit non posse haberi compositum infinitum, impresentia demonstrat neq; affirmandum esse corpus simplex infinitũ. Hoc enim erat reliquum totius diuisionis membrum. Neq; sane erit vnum aliquod elementorum neq; intermedium eorum quemadmodum Anaximander tulit.

SVNT enim qui hoc faciunt infinitum, sed non aerem, aut aquam ne ab infinito cætera corrumpantur. Habent enim inter se contrarietatem, quippe cum aer frigidus, aqua humida, & ignis calidus sit. Quorum si unum esset infinitum: cætera iam fuissent corrupta. Nunc autem aliquod infinitum inquiunt esse, ex quo hæc fiunt.

Anaximander existimauit infinitũ oportere principiũ statui ob sempiternũ rerũ ortum ne deficiat, sed ignorauit rerum vicissitudinem qm̃ ex quo aliquid producitur in idem resoluitur. Verum is cum vidisset quandã diffidentiã & cõtrarietatẽ esse in quatuor elementis aduersus reliqua immo inter se, dixit q̃ si supponeretur vnum ipsoɽ esse principiũ cum necesse sit principium infinitũ haberi, ipsum principiũ infinitũ sui met potestate ac vi infinita reliqua corrumperet. Vnde cum nihil horũ statuit esse principiũ posuit alterũ pter hæc initiũ ex quo etiã ipsum elementa & reliqua alia ortũ traherent, quod quidẽ quandã naturã intermediã ac ancipitẽ inter se quatuor elementa aliquomodo cõstituit vt cõmunione & conuenientia quadã reliqua quæ oriuntur & producũtur ad contraria potius seruarentur quã ab infinita potestateq; ipsa finiti corrũperentur, ob id quicũq; alii statuerũt aerem esse vel aquã infinitũ, idipsum statueræ infinitũ qm̃ ignorarũt vim quæ est in aliquo illoɽ esse exilẽ magis ac imbecillorẽ & neq; censuere reliqua corrũpi. Et si mole infinita essent Heraclitus tamẽ qui ignem posuit rerum principiũ, ob valentissimã ac fortissimã vim quæ est in eodem non supposuit ipsum potestate infinitum quoniam aliquid aliorum non subsisteret aliquo tempore. Verum asseruit statuens ipsum esse finitum aliquando omnia flagraturum ac vniuersum in ignem tãdem dissolutum ir:(ceu aer gelidus)

gelidus) vocat hoc in loco aerem frigidum gelidum tanquã supponendo ita esse quoniam ipse in libro de generatione asserit illum esse calidum.

AT impossibile est non solum infinitum hoc esse (de hoc enim cõmune quid est dicendum de omni similiter, & aere, & aqua: & quouis alio simplici) sed etiam esse tale corpus sensibile, præterea corpora quæ elementa uocantur. Omnia nanq; in id dissoluuntur: ex quo fiunt & constant. Quare præter aerem: ignem, terram, & aquam, corpus hoc aliud esset. At nullum esse uidetur.

Cum duplex sit proposita rei inquisitio vna ne possit esse aliquod alterũ corpus præter quatuor elementa, altera autẽ si & aliquod simplicium poenitus infinitum, quale illud nobis admittendum esset. Quod vero non queat esse vnũ simplicium corporũ siue vnum fuerit de his quæ a nobis cognoscuntur siue non fuerit de illorũ numero inquit cõmuni ratione nunc ostendemus, quod præterea neq; aliquid aliud corpus sensibile sit de quo sermonẽ facimus diuersum ab elementis & ipsorũ principiũ propriũ & prius ipsis ac subiectum demonstrabimus. Vnde ostendit hunc in modũ quia sensus nunquã tale corpus percepit, vel eorũ quæ fiunt vel quæ corrumpuntur vltimum extremumq; subiectum esse.

NEQVE igitur ignis, neq; aliud quicquã elementorũ infinitum esse potest. Omnino enim & absq; hoc esse inquã ipsorũ aliquid infinitum impossibile est ipsum uniuersum aut esse, aut fieri unum quid ipsorũ: si sit etiam infinitum, perinde ut Heraclitus asserebat. Omnia dicentes tandem fieri ignem. Eadem & ad illud unum accõmodabitur, quod præter elementa naturales philosophi faciunt.

Cum ostẽdisset aliquod intermediũ infinitũ haberi non posse transit ad oñdendũ, neq; omnino aliquid aliud corpus simplex & principiũ constitui posse infinitũ, deinde cum hoc proponat oñdere rationẽ deducit ad aliquã magis generalẽ & inquit. Quid enim narro vnũ aliquod simpliciũ esse infinitũ. Nam demonstrabimus neq; vnum simplex & principiũ rerum siue infinitum fuerit siue finitũ statui posse. Vnde oñdit ex superabundanti doctrina fieri non posse vnũ simplex sit infinitũ siquidẽ prorsus nequeat vt vnũ elementũ dici ac esse siue illud sit infinitum siue finitũ. Nam si esset vnũ dũtaxat elementũ tolleretur de medio omnis generatio rerum ac omnis transmutatio. Si ergo hoc absurdũ est igitur non poterit vnũ esse elementũ si enim esset aliquod vnũ elementorũ quatuor ceu ignis apud Heraclitum vel aliquid aliud habebit sane in seipso aliquã cõtrarietatis partẽ verbi gr̃a caliditatẽ, quo pacto nihil forte ipsum inhiberet transmutari ex contrario in contrariũ, sed non seruabit amplius dissidentiã cõtrarietatẽue in trasmutatione per quã est ceu si ignis id vnum elementũ esset non posset seruare tueriq; caliditatẽ suã, sed corrupta ipsa caliditate frigiditatẽ assumet, quo pacto desinet esse ignis at si fuisset principiũ primũ remansisset neq; fuisset transmutatus & corruptus, sed qua nam ratione non asseritur magis aerem esse elementũ quã ignẽ cum non magis ipse ignis in aerem conuerti queat quam aer in ignem itaq; si nõ potest esse vnum simplex elementũ multo magis non poterit esse vnũ elementũ infinitũ quoniã infinitũ si est prorsus principiũ est & primũ elementũ. Quod quidẽ igitur nequeat esse vnum aliquod elementorũ infinitũ ostendimus quod etiã nequeat esse aliquod intermediũ queadmodũ Anaximander dixit iam demonstrauimus verũ eadẽ via ac ostẽdendi modo quo in aliis vsi sumus etiam ĩpræsentia demõstrare possumus. Nam si illud intermedium nullam cõtrarietatẽ dissidentiãq; cum elementis habet neq; aliquid in illud transmutabitur quo pacto neq; aliquid ex ipso fieret vnde incassum inutileq; habebitur sed nihil quod inutile ac incassum habetur inter sempiterna collocatur. At mox quispiam diceret nos etiam in absurda Anaximandri incursuros qui materiam carere cõtrariis affirmamus. Sed respondebimus plurimũ interesse inter nostrã sententiã & Anaximandri opinionẽ quoniã ille assentit illud trasmutari nos autẽ asserimus in materia fieri transmutationes ac suscipi diuisim contraria illud itaq; nõ potest transmutari nisi aliquã habeat cõtrarietatẽ, sed in materia fieri transmutationes ex contrariis in cõtraria nulla ratio vetat. Vnde apud nos cum vna sit materia subest omnibus rebus generatis at ipsi qui supponunt vnum elementũ id affirmare nequeunt. Præterea nos minime asserimus illam per se substare duplici qualitati, sed semper ab aliqua forma com-

prehenditur,& ob id quia habet aliquam qualitatem semper sibi coniunctam qua patitur ab aliquo contrario res produci ac transmutari affirmamus. Atqui Anaximander cum dixerit corpus infinitum actu per se subsistere cogitur asserere omnino id ab aliquo pati, quod si patitur a contrario certe patitur. Sed nihil est illi contrariũ ac dissidens cum nullo pacto afficiatur aliqua contrarietate, igitur necesse est ipsum nihil pati ab aliquo. Quamobrem nihil ex eo producet.

OMNE enim ad contrarium ex contrario: ut ad frigidum ex calido solet mutari.

Hic probat nullum elementorũ infinitum esse posse neq; scilicet vnum aliquid ex quatuor neq; intermedium naturæ ancipitis, quoniam si esset vnum aliquod elementum quo nam pacto rerum ortum ac interitum tueri possemus, cum omnis trasmutatio ex contrario in contrarium habeat. Sed quo pacto tueri non possemus rerũ ortũ ac interitum iam demonstrauimus.

ATQVE ex his etiam de quouis considerare oportet, si possit necne infinitum esse sensibile corpus.

Quoniam tanquã de igne ac intermedio videtur fecisse rationem. Nam commemorauit heraclitum qui ignem posuit esse principium ac dixit hac de causa aliquãdo in ipsum cuncta cõuertenda esse. Nam vniuersum tandem ab igne conflagrabitur idcirco hæc non adiecit quoniã eisdem argumentis poteris tu demonstrare nullum aliud corpus posse infinitum statui.

EX HIS autem patebit infinitum sensibile corpus in ratione rerum esse omnino non posse, Omne nãq; sensibile corpus aptum est alicubi esse, atq; locus est quidam cuiusq;,& idem est totius ac partis, ut totius terræ uniusq; glebe:& ignis item atq; scintillæ.

Cum indicasset ex viribus naturalibus non posse haberi aliquod corpus infinitum nũc vult idipsum probare ex naturalibus locis, proinde vtitur rursus ea diuisione, quoniam infinitum vel simplex vel compositum est, imprimis ergo ostendit non posse dari corpus infinitum simplex, interea duas dignitates petit primam quidem vt omne sensibile corpus idem dico sensibile & naturale in loco sit. Nam vnumquodq; elementorum quatuor distinctum quendã ac peculiarem locum occupat. Secundam autem, vt quicunq; locus sit idem totius & partis, quoniã vbi suapte natura, vniuersa terra manet, ibi certe & gleba terræ sistere ac esse posse videtur. Similiter vbi vniuersitas ignis apta est collocari ibi etiam recipi scintilla idonea est, quibus prius assumptis ostendit fieri non posse vt aliquod corpus simplex naturale infinitum sit. Nam de huiusmodi corpore impresentia est disputatio vt sæpe ipse dixi. Si sit in naturalibus corporibus aliquod extensione infinitum. Quod vero extra coelum nihil sit neq; corpus neq; vacuum neq; aliquid alterum in libro de coelo demonstrabit, quod igitur non queat aliquod simplex corpus extensione infinitum esse hunc in modum ostendit, quoniam si daretur aliquod corpus extensione infinitum constat ipsum omnem locum occupaturum, quod si omnem locum occupabit vniuersum erit eius proprius locus. Nam si non esset proprius locus in eo esset præter naturam, at nihil eorum quæ sunt præter naturam semper est. Equidem magis non esset aliquid, si semper esset in eo præter naturam, quapropter alius erit peculiaris infiniti locus. Sed si vniuersum est totius infiniti locus perspicuum est vt idem etiam sit partis eius proprius ac peculiaris locus, at vniuersum immobile esse constat non enim habebit quo sese recipiat infinitum, item cum occupet omnem locum indigebit alio loco infinito si moueri vagariq; debet. Sed de illius parte percunctabimur, nunquid hæc mouebitur vel ne si non mouebitur infinitum non erit aliquod corpus naturale siquidem nullum corpus naturale sit quod secundũ alia, atq; secundum partes immobile sit, si vero mouebitur vbi locabitur? sane vbiq; locabitur, quoniã & vniuersum est eius peculiaris locus. Etenim non magis sursum quã deorsum mouebitur, siquidem simile momentum vel similem vim quocunq; siue sursum siue deorsum perueniendi habeat. Sed deinceps hoc consideremus quoniam si pars vbiq; erit certe vnius ac eiusdem motus ope omnia loca attinget. Nam si haberet inclinationem ad omnia sese recipiendi loca veluti graue exempli causa habet moueretur deorsum & vt leue simul sursum contenderet. Vel igitur pars omnem locum occupabit q; quidem fieri non potest vel stabit inter loca contraria fluctuans vndiq; ab his pariter attracta vel diuisa mẽbratimq; ab ipsis lacerata. Sed rursus idem quæritur de ipsis partibus auulsis abiunctisq;, quandoquidem ipsa rerum actione nobis compertũ

est

est eundē esse totius & partis locū. Alioqui si moueretur, vsquequo perueniret. Nā vnū quodq; corpus naturale quod est ortus interitusq; pticeps mouet̃, & cū quiescit alicubi eū locū sua apte natura obtinet & tādiu mouet̃ quādiu poterit suū naturalē locū occupare in quo cū peruenerit quiescit. Si ergo pars infiniti quouis pacto dacto mouet̃ certe ad locū naturalē cōtendet accedere, sed cū vniuersum sit locus peculiaris eius ac naturalis qm̄ ipsum est & toti infinito ꝓprius vsquequo mouebit̃ & quo in loco sese recipiet. Non enim magis hic quiescet quā ibi cum vniuersum sit vndiq; locus eius naturalis. Vel igr̃ vbiq; apta est quiescere ac manere cum omnis res quādo suū occupat locū tunc quiescat, vniuersum nāq; est ei vndiq; proprius ac naturalis locus. Quam ob rem vel vndiq; permanebit, & hoc modo nusquā ciebitur sed imobilis erit vel vbiq; apta est moueri & nusquā quiescere. Vtrūq; autē fieri nō pōt, qm̄ nullus alius motus est sempiternus ꝑter motū orbicularē, sed vnusquisq; motus est grā alicuius at id q̄ mouet̃ gratia occupādi suū ac peculiarē locū mouetur, qui est illius finis, sed infinitū neq; circulo moueri potest, qm̄ cum dico, circulū iam finitū dixi quādoquidē omne quod figura formatū ipressumq; est finitū sit qua de causa infinitā neq; potest esse aliquid substātiæ quæ ducitur in orbē itaq; absurdū est partē infinitā semp moueri. Accedit præterea illud cur infinitum mouetur secundum vnam partem & non secundū oēs partes quod si oēs partes mouebunt̃, id etiā q̄ constat ex iis partibus mouebitur, itaq; nō potest moueri infinitum. Quocirca pulchræ ac rectæ fecit Mellissus qui ab infinito sustulit motū. Verū nullam infiniti partē moueri possibile est quoniā non esset corpus naturale, & motū ab vniuerso demere res est nō oībus perspicua immo sensu teste prorsus absurda & nulla eget obiectione ac confutatione. Si ergo nō mouetur infinitum cum sit corpus naturale absurdū est, si vero mouetur ea absurda quæ diximus sequentur, fieri ergo non potest vt aliquod corpus simplex sit infinitū. Reliquū est vt sit corporū sed si cōpositum esse affirmabitur. Contrariis dubio procul cōstabit quum omne corpus naturale hmōi sit quare loca cōponentium erunt diuersā ac contraria cū itaq; omne corpus naturale cōpositū per simpliciū mixtionē cōponatur accidet equidē vt cōponētia sint in locū ꝑter naturā velut etiā se hñt ea quæ in nostris corporibus & cæteris aliis sunt. Nā ignis qui est in nobis & aer vi & ꝑter naturā existūt in loco. Itaq; fit vt multa cōponentia infinita sint in eo loco qui est ꝑter naturā: Sed infinitū est sempiternū, & id q̄ semp est non pōt manere in aliquo ꝑter naturā, qm̄ magis nō esset aliquid si semper alicubi permaneret præter naturā. Si ergo hoc infinitū fuerit velut id quod aliquando diuideretur in partes cuius vnaqueq; pars suū locū naturalē occuparet certe euadere non poterimus quin id infinitū constare ex his quæ se tangunt asseramus, at nullum corpus naturale cōstituitur ex partibus attiguis alioqui hoc modo infinitū neq; vnū aliquod & continuum corpus concederetur, at omne corpus naturale est continuū. Item si infinitū est compositū vel ergo infinitis speciebus ac infinitis indiuiduis cōponitur vel ex finitis speciebus infinitis aūt indiuiduis si ergo finitis speciebus sed infinitis indiuiduis constabit, oportebit igitur ea indiuidua quæ sub vna specie cōprehenduntur infinita esse. Sed forte enim nequit esse infinitum q̄ ex finitis speciebus cōstat, sed infinitæ fuerint, & infinitorum infinita est vis, vt paulo ante dicebatur certe reliqua dissoluet. Et rursus totum infinitum simplex erit & non compositum. Deinde qm̄ tentauit ex potestatibus denuo arguēs & ꝓpositū erat ex locis ostendere infinitū haberi non posse id circo cum velit ex locoꝝ discrimine suppositionē tollere ac destruere eos in suis rationibus adducit testes qui infinitū posuere. Hæc in virtute verborū suoꝝ explicans. Vnūquodq; corpus naturale quendā definitū ac ortum locum occupat grauia quidem locum imum leuia autē supremū, si ergo id nobis concedendū est, non poterit vnum aliquod elementoꝝ cōponentiū infinitum, idipsum magnitudine infinitū esse ceu ignis vel terra. At si infinitū daretur nullū locū definitū certūq; haberet, & cū vnicuiq; corpori naturali proprius ac definitus locus tribuit̃, igr̃ non poterit vnū aliquod cōponentiū totū infinitū idipsum mole imensum inexhaustūq; esse qm̄ idipsum non occuparet locum definitum & proprium, ob id ergo inquit. Et naturales quicūq; posuerunt infinitū, corpus esse neq; ignem neq; terrā statuerunt esse principiū quod infinitū esse autumarūt sed illud vel aerem vel aquā aut intermediū ancipitis naturæ cōstituerūt. Nā terræ ac igni certa ac ꝑscripta loca tribuunt̃, siquidē terra infimum locum sibi asciuerit ignis vero supremū cœperit aeri aūt & aquæ nullus tribui certus locus v̄r, quandoquidē in cōcauitatibus terræ vtraq; aer & aqua ac in locis supra terram esse videantur porro & aqua a superiore loco videtur ad inferiorē locum descendere cum itaq; infiniti locus sit indefinitus nec certus videbatur etiā veteribus & hoꝝ loca idefinita ac incerta eē, ꝓinde illi merito vnū hoꝝ triū statuere ifinitū ex hoꝝ ergo testimonio cōprehēdit̃ ifinito opor

tere locum indefinitū ac incertū tribuere. Sed nullū corpus naturale habet locum indefinitum nec incertum ergo nō poterit vnum aliquod horum infinitū eſſe. Itaq; neq; ex finitis ſpeciebus infinitis autē indiuiduis poterit eſſe aliquod infinitū ac minime ex infinitis ſpeciebus vt indiuiduis dūmodo vnū indiuiduū ſub vnaquaq; ſpecie contentū finitū ſit ſed cur nō ſit argumentū efficacius? Proinde neq; hoc verū eſſe hinc conſtat, īprimis enim duplicaretur infinitū ſiquidē infinitæ ſint ſpecies ex quibus cōſtituitur infinitū, & quæ differunt ſpecie ad diuerſa loca ſpecie concedūt neceſſe eſt vt etiā loca ipſorū ſint infinita, at hoc fieri nō poteſt. Nam loca maximæ prima & veluti aliorū principia duo ſunt ſupremus & infimus verū oēs ſex habentur ii duo & reliqui quatuor. ſ. dexter ſiniſter, anterior, & poſterior. Si ergo finita ſunt loca naturalia ergo elemēta nō poſſunt eſſe infinita ſiquidē loca iuxta elementorū diuiſionem vna diuidantur. Sed nō modo (inquit) ſpecie diuiſa ſunt loca ſed etiā diſtantia ac intercapedine. Si ergo loca ſunt numero & magnitudine finita & corpora quæ in eis continētur finita erunt, cum nequeat corpus eſſe maius loco quēadmodū neq; locus ipſo corpore maior eſt. Nam ſi corpus excederet locum certe nō omne corpus locum occuparet hæc corpora igiť locis nō cōtenta vel in vacuo ſunt vel nuſquā ſi nullibi eſſe diceretur id profecto ridiculū haberet, quod vero neq; in vacuo ex hac ratione cōſtat qa in ſequēti libro demōſtrabit vacuū in rebus nō eſſe ſimiliter ſi cōcederetur locum eſſe corpore maiorē accideret vacuū eſſe. Sed quiſpiā ambiget quonā pacto inquiet Ariſto. infinitarū ſpecierū infinita loca eſſe, quid enim vetat vt īpreſentia etiam ſit duo eſſe loca ſupremū & infimū & in vtroq; plura corpora collocari ac plura in eundē recipi? At ipſe ad hæc reſpōdeo quonā pacto poſſumus infinita finitis diſtribuere hoc enim fieri nequit, vel enim in vtroq; loco collocabunť infinitæ ſpecies, vel in vtroq; finitæ, aut in vno infinitæ in altero autē finitæ ſi ergo in vtroq; finitæ collocarētur & id quod vtriſq; cōſtabit finitū erit. Si autē in vtroq; infinitæ reponētur, duplicabiť ergo infinitū & idem ad ſeipſum duplū erit, ſi deniq; in vno infinita cōſtituentur & in altero finitæ augebiť infinitū auctione finitorū & idē maius ſeipſo erit. Item infinitū non omnē locum occupabit ſiquidē infinitæ in vno quodam collocantur & non in alio, itaq; non poterunt eſſe finita loca infinitis ſpeciebus tributa ac datā. Nam quid ipſe de duobus ſentio tu idem de pluribus ſenties ſi autē infinita loca eſſe nequeūt profecto & ſpecies rerum in his conſtitute infinitæ eſſe nō poterunt quare ſi neq; cōpoſitum neq; ſimplex poterit eſſe infinitū negabitur omnino infinitū eſſe. Habes igiť ex diſcrimine locorū infinitū de medio

Textus ſublatū. Nam omne corpus ſenſibile ſuaptæ natura alicubi eſſe poteſt, hoc eſt primū poſtulatum quoniā omne corpus naturale ſuaptæ natura aptum eſt locum occupari dico autem corpus naturale illud quod ortus interituſq; eſt particeps. Nam de tali eſt neceſſaria quæſtio ac diſputatio ſi quippiā tale cenſendū eſt eſſe infinitum quod quidem ſit eorum quæ fiunt & corrumpuntur principiū, qualia modo aſſerimus quatuor illa prima corpora omniū aliorū elementa eſſe ac ea eſſe ex quibus res trahunt ortum & in quibus reſoluuntur, diſputatio ergo indagare ac perſcrutari videtur ne aſtruendū ſit ante hæc alterū quippiam vel vnum aliquid eorum vel aliud præter hæc quod ſit mole infinitum ex quo & elementa & reliqua alia ortum trahunt, omne igitur tale corpus loco continetur non tamen ſimpliciter omne corpus quando quidem orbis ſtellarum fixarum loco non circūſcribatur quoniā nihil eſt quod ipſam ambiat complectaturq; nec corpus neq; inane ſed ipſa ſibimet locus eſt continens ſeipſam quod tamē

Textus ſequenti volumine exactius tractabitur (& idem totius & partis) Secunda dignitas hæc eſt quoniam multotius idem locus ita & partis idem erit. Verū idem non ambitu & quantitate ſed ſpecie vel ſurſum vel deorſum. Nam vt ſi vniuerſam terrā in centro ſtatueris ac firmaueris mouebitur adeo vſquequo centrū nāciſcatur & occupet ita & gleba terræ ſi de alto loco demitteretur prolabereturq; inclinationē ac momentū habebit ſemp impulſa quouſq; eūdē teneat locum.

QVARE ſi infinitum partium ſit ſimilium, immobile erit, aut ſemper ferretur. At id fieri nequit: cur enim deorſum magis quā ſurſum aut ad quēuis locum mouebitur. Dico autem ſi ſit gleba, quorſum hæc mouebitur, aut ubi manebit.

Hic exorditur probare non eſſe infinitum, & imprimis oſtēdit idipſum corpus ſimplex eſſe non poſſe. Nam hoc (inquit) ſi ſimilare fuerit vel immobile erit vel ſemper ciebitur, vnde non de toto infinito efficit argumentum ſed de parte ipſius vt deinceps indicat exemplis cum mox inquiat. Dico autem ceu ſi gleba fuerit quo ipſa tenebit iter.

CORPVS enim eiuſdem formæ locus eſt infinitus, occupabit ne igitur totum locum.

locum. At quomodo fieri potest,

idest si terra exépli causa esset infinitũ nunqd pars eius ceu gleba semp mouebitur vel semp manebit. Videtur enim vtrũq; istorum necessario inesse infinito & parti. Si enim pars fertur eo certe fertur quo & totũ ducitur similiter etiá pars quiescit vbi totũ manet corporis enim eiusdẽ cuius partes cum toto generis sunt, locus eiusdẽ dico. s. infiniti vniuersitatis est infinitus. Sed etiá partis idem locus necessario est siquidẽ pars infiniti suaptæ natura propriũ, locum concedere apta sit. Sed quum locus infinitus illius sit q̃ est aptum moueri id tamẽ potius aptum est in proprio loco manere quiescereq; quá moueri. Cæterũ diximus eundẽ esse locum totius & partis. Verũ non secundũ ambitũ ac magnitudinẽ nõ enim vniuersus ambitus in quo est tota terra ipsemet est etiá locus glebæ quoniá hoc modo partem æqualẽ toti quis vitare posset? Sed idem locus specie ceu locus infimus. Quemadmodũ si animo conceperis terrá augeri adeo vt sub globo lunæ proximæ collocatur dices profecto totum ambitum qui intra hanc spheram cõplectitur vnum esse terræ locum. Verũ nõ simpliciter totus ambitus haberetur pro loco eius naturali siquidẽ locus eius naturalis centrũ sit tamẽ accidit ob magnitudinẽ quæ continue protenditur vt ipsa eminus a centro iaceat sibiipsi tamẽ herens ac cõiuncta quoniá & modo partes terræ circam eauam superficiẽ eius cui modo incolimus quæ non tantũ suaptæ natura distare possunt in toto loco in quo sunt sine quadá violentia permanere possunt sed recipiũtur in corpore cum quo genere conueniunt, quá obrem & si tellus ampliaretur vsq; ad cœlum adeo vt etiam locum leuium occuparet, sane totus locus qui intra hunc spheræ ambitũ continetur appellaretur locus eius tanquá locus totius tamen ipsa nõ vbiq; manere & procul a centro circũferentiá habere suaptæ natura potest, gleba igit terræ si diceret in loco moueri quoniá ex superficie cœli suaptæ natura deferri ad centrũ vsq; idonea est rectæ diceretur. At si tu dixeris propterea quod tellus omnẽ supra & infra continet locum qa eius vniuersitas vndiq; est glebam terræ vndiq; sursum & deorsum moueri debere non dices certe rem sibiipsi consentaneá. Porro neq; impresentia qa terræ vniuersitas extensa est vsq; ad superficiẽ aeris continentis ipsam ac ea intercapedo est totius terræ locus quæ ab eadẽ superficie ad centrũ vsq; porrigitur, idcirco debet gleba quocunq; intra hoc spacium petere q̃m neq; si gleba centrũ nacta esset inde discederet vt superficiẽ terræ occupet, quo igit modo & de infinito sentire non erit incõmodũ dicentes eius partem quolibet moueri ac duci cum infinitũ omnẽ locum cõplectatur ac naturalẽ inclinationẽ, vndiq; permanendi habeat. Sed ipsum vel nullam inclinationẽ naturalẽ habet & ita imobile prorsus concedendũ erit vel si omnino inclinationẽ tenet non est consentaneum dictu vt pars eius vel vbiq; permaneat vel quocũq; moueat & pergat, quẽadmodum neq; de terra nunc diceretur. Sed aliter de terra dicere debemus q̃m ipsa finita est ac locus qui continet ipsam. Præterea adducere in medium possumus ea quæ diximus q̃m si locus est infinitus quomodo possumus infinitũ diuidere hunc. s. fateri naturalẽ illum vero præter naturá. Vt etiam ipse superioribus dicebat quomõ in infinito locus ac loci sursum & deorsum vel ante retro assignari possunt. Nam in infinito hæc eodẽ modo se habẽt & ipsum sibi vndiq; simile est quáobrẽ infiniti partem aut punctum abiungere non possumus quæ sit naturalis corporis infiniti locus quemadmodum nunc dicimus centrum esse locum grauium naturalem. Reliquũ igitur est, vt asseramus vniuersum esse locum corporis infiniti naturalem. Si ergo vniuersum erit locus eius naturalis sequentur absurda quæ ab Aristo. dicta sunt, quare si similare fuerit immobile erit. Verũ hoc immobile erit potest accipi vt solum quod ex hoc sequatur, si similare fuerit. Nã si infinitũ & similare fuerit. Eiusdem vniuersum erit proprius locus qui etiam erit partis. At nihil eorum corporum quæ recto itinere feruntur in proprio loco cietur igitur pars infiniti nõ mouebitur. Hoc quidem igitur non ab re sequitur suppositionem quo dicebatur partem infiniti in proprio loco immobilem esse, quæ sub prætextu infiniti intelligebatur. Sed siquis non dabit idem infinitum esse immobile ne motum eripiat tollatq; de medio saltim dabit idipsum semper moueri. Nam id significat ea pars argumenti vbi dicebatur vel semper mouebitur, q̃ quidem sequitur tanquá destruens hanc partẽ qua diceretur semper quiescere. Nam qua ratione demonstratum est ipsam infiniti partem imobilem esse. Siquis hoc nõ admitteret demõstrabit necessario eá esse semp mobilẽ q̃m si suaptæ natura apta est in ꝓprio loco moueri vt suppotio idicat & locus eius illæ ẽ q qdẽ toti ascribit & ifinitus ẽ, igr mouebit in loco ifinito quare nõ stabit qescetq;. Nã motus in ifinito fit. Item neq; huc magis quá illuc mouebit & migrabit sed quocũq; sic mouebit atq hoc fieri nõ põt, cur. n. magis deorsum q̃ sursum aut quouis. Vñ igr

ſemper moueri non poſſe ſed quonam pacto nequeat ſemper moueri ſubiunxit quoniam aliquid ſimul ſurſum & deorſum & eodem modo moueretur, quandoquidē vniuerſum eſt pro prius eidem locus & vniuerſum non magis ſurſum quā deorſum ſit, quod enim nihil ſecūdū idem magis ſurſum quā deorſum ſimul moueatur pro comperto accipio ſiquidem quocunq; ferri duciq; aptum eſt, ſed idem moueri. ad contraria loca non poteſt itaq; non mouebitur. Nā ſi impetum inclinationemq; habet ad omnia loca proficiſci iam & ipſe vniuerſitatis ſtatus duceretur eo quo inclinatio vergit ac ducit. Sed ducit equæ ad omnem locum, quod fieri nequit ergo non poterit moueri. Neceſſe igitur eſt ſi mouetur vt ita moueatur. Nunquid occupabit totū vniuerſi locū & quomō.i. igitur cū aptum ſit in omnē locū duci ac moueri ſimul quocūq; ciebitur & ſurſum & deorſum ſed hoc fieri non poteſt quoniā hoc pacto ad cōtraria moueretur.

QVAE nam igitur ipſius quies: aut ubi nam erit: & quis præterea motus an ubiq; manebit, non ergo motu ciebitur. An omnem ad locum mouebitur, non ergo quieſcet inquam ac ſtabit.

Ideſt quo & ad quem locum mouebitur, vel in quo loco manebit. Nam ſi quieſcet (inquit) vbiq; quieſcet. Non enim quando in proprium ſeceſſerunt locum tunc quieſcet quandoquidem vniuerſum ſit locus eius proprius, vbiq; igitur quieſcet ſi autem hoc admittitur prorſus ergo non mouebitur, quod ſi mouebitur. Rurſus quocunq; eodem modo mouebitur quoniam eius locus proprius ac peculiaris eſt vniuerſum ſed ſi conceſſeris moueri illud quocūq; quomodo fugere poteris ipſum motum nunquā quieſcere ac ſtare.

SIN VERO ſit diſſimilium partium, diſſimilia etiam erunt & ipſa loca: Atque primo quidem ipſius uniuerſi corpus non erit unum niſi tactu. Deinde partes aut ſunt infinitæ ſpecie, aut finitæ.

Cum oſtendiſſet infinitum ſimplex corpus non eſſe impreſentia oſtendit ipſum neq; eſſe compoſitum quoniam ſi conſtabit diſſimilaribus etiam oportet plura eorum loca eſſe quoniā his quæ genere diuerſa ſunt diuerſa etiam loca tribuuntur q; ſi hoc admittitur imprimis hoc emergit abſurdum vt non ſit corpus vniuerſi continuum, ſed ex his conſtitutum quæ attactu & congeſtu ſunt vnum, ſed quonam pacto hoc accidat præueniendo dixit quoniam ſi diſſimilaria eſſent commixta ſemper locum præter naturam occuparent quod ſi fieri nequit neq; oportet vnumquodq; ſuum locum occupare peculiarem ergo infinitum erit conſtitutum ex his quæ attigua ſunt. At nullum corpus naturale huiuſmodi eſt.

AT FINITE nequeunt eſſe. Erunt enim aliæ quidem infinitæ, aliæ uero non infinitæ. Si uniuerſum eſt infinitum, ignis inquā uel aqua. Tale autem corruptio eſt contrariis ipſis: ut antea diximus: & ob hoc nemo naturalium infinitum ipſum unūq; ignē aut terram fecit, ſed aut aerem, aut aquam, aut id quod inter ipſa medium collocarunt, quoniam illorum quidem locus manifeſte erat determinatus atq; diſtinctus. Hæc autem utroq; in loco in ſupero inquam ac infero eſſe poſſunt.

Inquit infinitū ex finitis ſpeciebus conſtitui non poſſe, qm̄ oporteret vnum aliquod eorum quæ ſub ſpeciebus continentur vel magnitudine vel multitudine infinitū eſſe. Nam ſi ea indiuidua quæ continentur ſub omnibus ſpeciebus eſſent finita certe id q; ex omnibus erit conſtitutum finitū erit, q; ſi omnia vel quædā eoꝝ erunt infinita duplicabit igitur vel multiplicabit infinitum, reliquum igitur eſt vt dūtaxat ea indiuidua infinita ſint quæ ſub vna ſpecie comprehenduntur. Sed hoc etiam fieri non poteſt primum quia infinitum ampliaretur adiectione finitorum ad infinita. Deinde id ſequetur quod paulo prius dicebamus. ſ. corrumpi conſumique finita ab initio. Siquidem vis infinita in infinito conſtituta ſit. Quocirca nullus naturalium ſtatuit vnum & infinitum eſſe ignem aut terram, ſed mancum mutilatū q; argumentum dicebatur. Nam (vt dixi) ex his quæ illi fatebantur volens poſitionē eoꝝ refellere hæc adiecit decuit enim ita dicere vt argumentū perfectū haberet. Præterea neq; pōt eſſe vnum elementū in cōpoſitione infinitū ꝓpter ea quod vnū quodq; elementū certū ac definitum locū habet, infinitū autem nullum certum determinatumq; locū tenet quāobrem vnum elementoꝝ non erit infinitum.

nitum. Quod vero infiniti locus sit incertus ac indefinitus, inditio sunt naturales. Quocirca naturaliū nemo statuit vnum & infinitū esse ignem & cætera. At hæc sursum & deorsum vtrūq; ancipite loco collocari queunt. Verūtamen illos etiam oportebat contueri non modo aerem & aquā in alienis locis vaghari, sed etiam ignem & terram nimirū multifariam crateres ignis emittuntur, vt in monte Aethna & in cilicia. item fertur lapides fulminū sursum consistentes deorsum labi tamen manifestum est vt actu scilicet alienis locis potiri non possint, sed dūtaxat eum producuntur quoniam quodcunq; elementum in quocunq; transmutari potest.

AT NEQVE etiam infinitæ: nam si sint infinitæ ac simplices, & loca erunt infinita profecto, & in finita etiam elementa. Quod si hoc esse nequeat: sintq; ipsa loca finita, & totum ipsum finitum esse necesse est. Fieri nanq; non potest, ut non equa sint locus, & corpus. Neq; enim locus maior esse potest quā ipsum corpus, neq; corpus maius quā ipse locus. Nam aut uacuum aliquid erit, & corpus insuper infinitum non erit. Aut corpus quippiam erit quod nusquam aptum est esse.

Ad alterā proficiscitur suppositionē in qua supponuntur infinitæ species cū infinitis indiuiduis siquidē ad minus vnum indiuiduū sub vna specie continetur. Si ergo specie infinita essent ea quæ cōponunt infinitū quoniā eorū quæ differunt specie sunt diuersi loci specie necesse erit vt etiā loca infinita habeātur. At hoc fieri nequit. Nam oēs loci finiti sunt, qui si finiti habentur oportet etiam fateri corpora his cōtenta finita esse si ergo finita sunt corpora ergo id q omnibus constat finitū erit. Sed dices quāobrem si numero finiti sunt loci necesse est etiā corpora, his cōplexa nō solū numero, sed etiam magnitudine finita asserere, qm̄ omnis locus mole finitus est & cum corpus loco cōtineatur si locus ergo qui continet ipsum finitus est oportet etiā corpus quod eo cōplectitur finitū esse. Neq; enim vt inquit, concedendū est locū corpore ampliorē esse nam residuū loci inane esset, neq; econtra corpus loco amplius qm̄ reliquum corporis erit corpus sine loco. Sed vbi inquit atq; elementa infinita erunt. Hæc pars per se legenda & vim huius argumēti habet. Si enim infinitis speciebus cōponeretur infinitū, oportebit etiam elementa infinita esse. At hoc fieri non posse ostendit etiam in primo libro, in his rationibus quas aduersum Anaxagoram adducebat idem etiam demonstrabit in libro de coelo & præsertim in libro de generatione. Nam diciti quod si infinita elementa essent, imprimis hoc absurdum sequetur quoniā duplicaretur infinitum cum subiectis deinde ipse rerum ortus & funditus omnis mutatio de medio tolleretur, oportet enim fere infinitas mutationes esse si quidpiam produci debet. Si autem hoc fieri nequit idest si nequeunt esse infiniti loci. Vnde hæc particula hæc loci finiti erunt, addiiciatur ei si autem hoc fieri nequit, & cætera. Deinde hæc altera particula insuper ante neq; erit infinitum corpus copulanda est, huic. Neq; enim vniuersus locus maior est quā corpus & cætera. Deinde eadem pars simul autem neq; erit infinitum corpus quam quantūcunq; corpus q potest esse simul cum eo adhuc cōpulanda est huic neq; corpus maius. Nam hæc est veluti conclusio aliarū. Si eni neq; locus est corpore amplior neq; econtra corpus loco maius igitur si locus est finitus oportet etiā corpus finitū esse nihil igit̄ erit corpus infinitum.

ANAXAGORAS autem absurda de infiniti quiete dicit. Firmare enim infinitum seipsum dicit. Idq; ex eo fieri, quia est seipso. Nihil enim aliud ipsum continet. Quasi ubi quippiā sit: ibi esse aptum cōsistere. Hoc autem uerū nō est. Esse enim alicubi ibi quippiā potest: non ubi aptū est esse. Quāuis igitur quā maxime totū nō moueatur.

Anaxagoras (inquit) absurdā causam cur finitum maneat & immobile sit, assignauit q quidem infinitum apud eum ex omnibus dissimilaribus infinitis erit constitutum quod profecto aliquo tēporis initio mentē diuidere cœpisse tulit, cur igitur hoc totum miscellaneū immobile esset Anaxagoras hanc causam dicebat. Non enim quia esset in loco naturali hac ratione illud immobile dixit. Neq; illud omnino in loco esse constituit ne hac de causa illud statim finitum asserere cogeretur, sed hāc causam ipsiusmet immobilitatis affirmauit quoniā sua sede ac basi firmabatur, idest sibipsi innitebatur ac semet suspensum tenebat nusquā opem & auxilium postulans, quæ illi inesse autumauit quoniā ipsum in aliquo non est neq; externo ambitu continetur sed idē est in seipso ac sibimet basim & locū offert. Hoc aūt dicebat (vt inquit) quasi dicēs vbi totū collocatur ibidē cōsistere aptū esse. Si ergo quietis & stationis causa nō est locus natu-

ralis,ſed ſeipſo fulciri ac in ſeipſo eſſe poterit etiam alibi eſſe & ſtare. Si verbi gratia tellus animo vſq; in ſublimen regioné tolli concepero,ac duxero illam vſq; ad locum vbi ſuccenſiones apparent,quoniá & ibi in ſeipſa eſt & ſeipſa firmatur, oportebit ipſam etiã immobilem eſſe. Sed hoc fieri non poteſt ſiquidé mouebitur ſemper quouſq; naturalé locum nanciſcatur & occupet qui medium mundi eſt,quáobrem ſicut modo terra nõ eo quod ſeipſi innititur,manet,ſed deorſum vergit ita dicendũ eſt infinitũ non eo imobile eſſe quod ſeipſo fulcitur ac firmatur. Præterea neq; hæc eſt potiſſima cauſa.ſ.ſeipſo veluti baſi firmari,in ſeipſo manere. Et a nullo contineri cur infinitũ ſecũdũ naturã immobile ſit immo contrariũ quoniá hæc eſt cauſa eiuſdem violente quietis.Nam ob loci carentiam & quia non habet quo ſeſe recipere poſſit proinde non mouetur,& non ea de cauſa qa non eſt ſuaptæ natura idoneũ moueri.Non enim conſtat ſi eo in loco qué tenet ſuaptæ natura quieſcat.Nam ob id terrã ſuaptæ natura immotam ac manere,vbi eſt dicimus qm̃ ſi adeſſet etiam ei vndiq; vaghandi locus nihilo tamen magis moueretur. Quoniam itaq; tellus habet quo moueri poteſt & tamen nõ mouetur ob id quietis eius cauſa eſt aptam eſſe in medio ſtare. Quéadmodũ igitur ſi ſupponamus terrã eſſe infinitum ac eam non minus tum immotam quá modo & ſi liceret nobis dicere ipſam ſibimet initi in ſeipſa eſſe & nullo contineri attamen hæc cauſa illius imobilitaris naturalis non haberetur,ſed qa a medio ſua grauitate coercetur & circa ſeipſum conſtat ac natat. Ita dicemus de ipſo infinito,qm̃ & ſi ſeipſo firmaretur & nullo contineretur. Hoc tamen nõ eſſet cauſa illius imobilitatis ſecundũ naturá immo contrariũ haberetur quietis violentæ cauſa.Nam vnde conſtat ſi chaos inſcellaneum ꝙ illud locum haberet,ꝙ non moueretur. Quáobrem oportebit Anaxagoram afferre cauſam naturalé immobilitatis infiniti quoniam ea cauſa quá tradidit non eſt cauſa naturæ infiniti ꝙ quidé ex omnibus comixtũ eſt,ſed potius eſt cauſa molis ac magnitudinis infiniti. Nam ſi immobilitas infinito ſecũdũ naturam congrueret certe & vnicuiq; partium eius inſitũ ac inditum eſſet qm̃ id ꝙ vniuerſæ terræ ſecundũ naturã conuenit idem etiam vnicuiq; illius parti conuenit ſimiliter ꝙ innatũ eſt toti aquæ veluti tali naturæ congruens ſecundũ naturam & ad ſubſtantia eiuſdé perfectioné attinet idem proculdubio & ciatho aquæ cõpetet. Quõcirca percunctabimur ab Anaxagora. Nunquid vnicuiq; partium infiniti cõpetat ſecundũ naturam ſeipſa firmari ac in ſeipſam eſſe vel non. Si ergo ſecundũ naturá hæc cauſa illis tribuerent partes etiam ſuaptæ natura ĩmobile ferunt ꝙ neq; ipſe concedit neq; ſenſus admittit. Si ergo quoniá partes finite ſunt ob id ſic etiá mouentur,igitur non ſecundũ naturá corporis immobilitas vniuerſo inerit quoniá & partibus in eſſet ſiquidé ſimilare eſſet illud chaos ſeu illa miſcella, & in his quæ vniuerſo conueniunt ſingulis partibus,cógruere debét. At ſi Anaxagora contendit illud immobile aſſerere ob ſuam ingété molem,hoc certe modo cauſam naturalé non aſſignat. Præterea ſi prorſus infinitũ ſuaptæ natura poſſet in ſeipſo eſſe idem ſibimet locũ eſſe oportebit etiam vnáquáq; illius partem ſibimet locum affirmare ac in ſeipſa eſſe,quoniá cum loci totius ſunt ſimilares etiam partiũ loci erunt ſimilares vt diximus. Si ergo infinitũ eſt ſibimet locus vel ſeipſo manere,idem etiam partis locus erit item ſi imobilitatis cauſa eſt in ſeipſo eſſe & ſibi locum afferre ergo & partes erunt ſimiles toti,quapropter nihil vetabit vt ignis deorſum collocetur & terra ſurſum quádoquidem vtrũq; vbiq; fuerit in ſeipſo ſit,at hoc fieri nequit. Si ergo is locus partibus naturalis non eſt igitur neq; vniuerſo totiq; naturalis erit. Nam idem locus ſpecie eſt totius & partis. Cæterũ inquit quod quidem eo euenit ꝙ ſeipſa fulcitur,ꝙ ſeipſo firmari infinitum inquit.i.hoc euenit quoniam in loco non eſt neq; ab altero continetur,ſed in ſeipſo eſt quaſi vbi aliquid eſt ibidem cõſiſtere aptum ſit.ſed hoc quã obſcure in inquit cum vero inquit quaſi vbi aliquid eſt ibidem conſiſtere aptum ſit, hoc dicere vult. Si enim in ſeipſo eſſe cauſa quietis eſt,quáquã ignis ſurſum non eſſet,ſed deorſum attamen in loco ſuo eſſet quoniam in ſeipſo eſt. Quod quidam a veritate alienum eſt ſimiliter etiam gleba pendens ex tecto non eſt ſuaptæ natura idonea in ſublimi loco quieſcere quáuis in ſeipſam ibi ſit, ſed locus infimus ei tribuitur. Si ergo non eſſet vniuſcuiuſque rei locus definitus & certus non magis ſurſum quã deorſum terra maneret ſimiliter etiam ignis.

ID ENIM quod in ſeipſo firmatur:& in ſeipſo eſt immobile neceſſe eſt eſſe. Dicat tamen ipſe oportet,cur non eſt aptum moueri. Non enim ſat eſſe hoc dixiſſe pacto,ac euaſiſſe. Fieri enim poteſt ut non moueatur,& quoduis aliud corpus. Sed nihil prohibet aptum eſſe moueri. Et terra nanq; non fertur:nec ſi infinita etiam eſſet,ex eo

tamen

tamen quia medio coercetur. Non enim quia non est aliud ad quod fertur, in medio ipso quiescet: sed quia non hoc modo est apta ferri. Et tamen liceret dicere seipsam terram firmare. Quod si neq; terra si infinita esset hæc esset causa, sed grauitatem habere, graue autem in medio suaptæ natura quiescere solet. Similiter & infinitum in seipso quiescit ob aliquam aliam causam. Et non ex eo quia est infinitum & seipsum firmat.

Inquit si etiam hoc dabimus seipso fulcitum ac in seipso manens tum quia nullo continet tum etiam quia non habet quo moueri queat, necessario imobile esse. Et tamen si non haberet quo duceretur, idipsum suaptæ natura moueri posse nihil vetaret, oportet igitur immobilitatis causam naturalē reddere & non violentā ac inuitā præter naturā. Quoniā & terra non fertur neq; si infinita esset coerceretur tamen a medio. f. hunc in modum. Si terra esset infinita non qa infinita esset & non haberet quo cieretur ob id immota esset, sed quoniam a medio cohibetur. Quāquā liceret asserere ob id illam immotam esse quoniā seipsa fulcitur & nullo continetur, & cætera. Tamen reffellit hāc esse causam imobilitas eius quæ dicta est, sed potius quia habet quo moueri queat & tamen non mouetur. Hoc igitur modo etiam si infinitum non mouetur dicenda est causa immobilitatis eius naturalis. Nam illa quam dedit Anaxagoras est potius causa magnitudinis quā naturæ.

ET insuper patet & quamuis ipsius partem eodem modo quiescere oportere. Nam ut infinitum in seipso manet seipsum firmans, sic & omnis ipsius pars quamcunq; acceperis in seipsa manebit. Loca nanq; totius ac partis: specie esse eiusdem constat. Totius enim terræ glebeq; idem est locus qui est inferus & etiam ignis totius atq; scintillæ qui est superus. Quare si infiniti sit locus in seipso esse: & partis idem erit profecto. Quælibet ergo in seipsa manet.

Si enim causa immobilitatis vniuersi est in seipso consistere eandem etiam oportebit immobilitatis partis causam haberi. Nam idem est locus totius & partis. Si ergo & parti secundū naturam conuenit seipsa fulciri, cuncta sane immobilia essent. Quod si pars eo mouetur quoniam finita est, neq; toti competet immobilitas secundum naturam. Sed quia non habet quo moueri possit.

OMNINO autem patet fieri non posse: ut corpus infinitum in ratione rerum ponatur, & locus corporibus tribuatur. Si corpus omne sensibile, aut graue sit, aut leue. Et graue quidem ad medium suaptæ natura feratur: leue uero similiter supera loca petat. Et infinitum enim hanc eandem naturæ subeat legem necesse est.

Cum ostendisset ex viribus locisq; naturalibus corpus infinitum haberi non posse ipresentia ex momento inclinationeue corporū quatenus corpora naturalia mouentur, idem probat. Sunt enim in vniuerso duo motuum species alia motus recti alia vero motus orbicularis. Itē motus recti due species, vna motus leuium sursum altera grauium deorsum. Si ergo demonstrabitur nullum corporum quæ recto, vel orbiculari motu cientur esse infinitum, quæ vno naturali motu mouentur, ac omnem motum esse finitum, constabit etiam locum non esse infinitum qui cum non fuerit infinitus neq; corpus naturale infinitum affirmari poterit, quando quidem omne corpus naturale loco complectatur. Hic itaq; ostendit non esse motum rectum infinitum, in libro autem de cœlo ostendit etiam motum orbicularem intra terminos ac limites fieri, quoniā si corpus omne naturale vel circulo vel recto agitur motu & vtraq; corpora sunt finita motus etiam & mota necesse est vt finita habeantur. Quod igitur dicebam hic demōstat non posse aliquod corpus rectum infinitum esse & imprimis syllogismo hippotetico ostendit. At inquit si enim infinitū est aliquod corpus sensibile vel igitur graue vel leue erit. Sed nequit esse graue aut leue ergo infinitum nullo modo poterit esse corpus quod recto ducetur motu. Sed dices vnde habetur infinitum neq; graue neq; leue affirmari posse, proinde statim inquit si enim totum esset graue deorsum moueretur si totum leue sursum vergeret quod quidē velut manifestum absurdum non probat imprimis quia non solum grauia extant, sed etiam leuia, deinde si solum supernum locum infinitum occuparet deficeret locus infimus & econtra

si dūtaxat locum imum teneret locus supremus nō haberetur aliquomō igitur probat esse infinitum ꝙ simul omnē locum occupet, vel potius deducit ad absurdum eam suppositionē quæ infinitum partim, graue partim leue tueri niteretur. Nam si aliquid infiniti graue esset, aliquid vero leue partim supernum locum occuparet partim inferum. Quonā pacto igitur inquit o aduersari potens secare infinitum vt pars vtriq; æquissime tribuatur, dicere dimidiū graue esse & alterum dimidiū leue vel aliter quantūlibet leue aut graue. Sed dii boni quomodo is putat dimidium infinitū aut diuisionem dūtaxat in duplicē partē aut quantūlibet partem accipere? Præterea quonam pacto in infinito prorsus sursum & deorsum poteris statuere. Nam vnde cœperis vsque quo conieceris oculos id certe interuallum erit sursum & deorsum. Hæc igitur de infinito dici non possunt. item pœnitus supernum & infimum locum infinitum habet certe extrema habebit quoniam huiusmodi loca sunt ipsa extrema. At si extrema tenebit non erit igitur infinitum Possumus præterea hic adducere ea quæ de potestatibus viribusq; naturalibus diximus, quoniā aut finitæ erunt aut veluti ea quæ contactu colligūtur. Et ita priores rationes adduci poterunt. Hoc igitur est primum argumentū. Secundū autē argumentū prorsus de locis fit. Et inquit omne corpus naturale in loco est. At loci sex sunt discrimina & differentiæ, principes & maxime primæ sunt duo sursum & deorsum & altere aūt ꝑter has quatuor sunt videlicet ante retro dextrum & sinistrum imprimis dixit sursum & deorsum, quoniā his sublatis differentiis cætere tolluntur, sed cæteris sublatis ipse non demuntur. Nam cum fuerit latitudo & profunditas omnino necesse est vt etiā sit longitudo. Sed cum fuerit longitudo non oportebit cæteras esse quod quidem in secūdo libro de cœlo exquisitius indicat ac explicat. Sex igitur habentur, sed etiam in vniuerso suaptæ natura constituta sunt, quorū sursum & deorsum planissime in ipso vniuerso conspiciuntur dextrum, autem & sinistrum cæteris in rebus particularibus perspicuo noscuntur. Nam dextrum & sinistrum ipsa natura in partibus constituta sunt, in ipso autē vniuerso oriens est dextra mundi pars quoniā ab ea parte capit motum initium, leua autē est pars contraria atq; huic opposita. Hoc modo etiam poeta appellat. Nam inquit siue in dextrum eant solem versus in aurora, siue in leuam ad ipsas occultas tenebras. Hæc igitur sunt dextrum & sinistrū proportione. Ante in vniuerso est vbi illud cœli culmen

Homeri dictū.

est quo flat Boreas, qui etiam septentrio aut cardo articus appellatur, retro vero ibi designatur vbi est alter cœli cardo a quo nothus austerq; flat. Necesse est igitur si datur corpus infinitum hoc certe quēpiam locum obtinere, quod si loco complectitur huiusmodi differētiis distare ac dimetri debet. Sed nequeunt hæc discrimina differentiæq; infinito corpori tribui alioqui quāprimū aliquid infiniti in loco prospexeris mox oportebit illud secundū partes differentiis loci condiuisum finitū esse. Vel igitur aliquæ partes erunt infinitæ & quædam finitæ vel omnes infinitæ aut omnes finitæ. Et si omnes finitæ igitur id ꝙ ex omnibus, constituitur dabitur finitū. Si vero quædam infinitæ & quædam finitæ vel omnes infinitæ, aut multiplicabitur infinitum aut augebitur. Tertio arguit omnis locus suaptæ natura finitus est quippe qui terminus continentis sit. Si ergo corpus in loco est & omnis locus finitus est, igitur omne corpus finitū est. Item negatiuus potest confici syllogismus. Si omne corpus loco ambitur locus non est infinitus ergo nullum corpus est infinitum. Quartum argumentū tale adducit. De quibus genus prædicatur omnino necesse est vt etiam aliqua species predicetur, quoniam nullum habetur genus ꝙ per se atq; a speciebus alienum esse conspiciatur vt pote animal quoddam non est ꝙ prorsus non sit homo vel equus vel aliqua altera species animalium itaq; si infinitum in loco est omnino etiam in aliqua specie loci inuenietur. vel ergo complectetur loco vt supremo aut in alio quodam cæterorū quandoquidē vllus alius locus reperiatur aut nullum aliud loci discrimen hactenus cōpertum sit præter ea quæ diximus. Sed sæpe demonstrauimus infinitum nullo istorum contineri posse ergo. Hunc igitur in modū Aristo. in hoc libro de infinito disserit. Sed in libro de cœlo multis argumentis probat motū orbicularem infinitum affirmari non posse quoniā neq; circulus mole immensus infinitusq; est. Ex quibus duo vel tria cōmemorabimus, quæ mihi magis in mentē veniunt, & sumuntur ex deductis in geometria licet non huic modo contemplationi insistemus. Ostensum igitur in geometria est ꝙ si due rectæ lineæ ab vno puncto protraherentur in infinitū intercapedo earū infinitum adolescet & si actu easdē lineas protractas in infinitū animo conceperis etiam intercapedinē illarū actu infinitam existimabis quod si hoc admittitur concipies animo deinceps a centro terræ duas rectas lineas porrectas. Vnam quidem extēsam vsq; ad mediū cœli alteram vero ad partem orientis. Si ergo intercapedo harū duarū linearum infinita erit quoniā sol huiusmodi interstitium horis peragit

absoluitq;

absolutiq; dico.f.ab oriente vsq; in medium cœli ergo infinito tēpore infinitū interuallū conficit quod quidem fieri nequit.Non ergo illud interstitiū linearū finitum erit,sed finitum. Eadē rursus accidere poterunt si a centro vsq; ad cœli mediū & ad occasum duas rectas lineas protraxeris,profecto interstitium inter cœli mediū & occasum finitum erit. Item eadem dici queunt si lineæ ita describerentur in altero hemisperio quaõbrem orbicularis motus non poterit esse infinitus. Hoc idem ostendit etiā hoc modo,& inquit queādmodū asserere non possumus triangulum infinitū esse vel quadrangulū,sed eo quod hos solemus figuras appellare,nox concipimus animo id quod tribus terminis vel quatuor clauditur esse finitum,ita neq; circulum infinitum neq; simpliciter figuram asserere licet nam ipsa figuræ conceptio ac intelligentia seu definitio indicat significatq; terminum & finem.Si ergo circulus dici infinitus nequit ergo multo magis neq; motus qui circulo fit infinitus erit,quoniā eo modo se habet motus quo se habet id in quo fit motus quapropter si ea mouentur nō sunt infinita neq; motus orbicularis infinitus,perspicuū etiam est neq; loca esse infinita. Ergo nullum corpus infinitum est. Sed cum hæc dicit his omnibus ostendens corpus actu infinitū haberi non posse.Deinceps in contrariū arguit,& inquit si nullo modo infinitū daretur mille impossibilia sequerentur & quemadmodum prius dixi,tēpus non esset sempiternū.Nam asserere tēpus aliquando cœpisse nihil aliud dictū est quā tēpus esse quando non erat omnia enim quæ in tēpore sunt ac huiusmodi verba aliquādo,tum,ante tēpus appellant de tēpore predicantur.Item ostenditur motum esse sempiternū cuius comitatu tēpus vna fluit.Hoc vnum absurdū igitur ex opinione eorū qui prorsus infinitum excludunt.Alterū autē absurdum est quoniā continua nō poterunt secari in infinitum.Tertium quia numerus adolescere in infinitū non licebit.Si ergo(inquit)rationes eorum tum qui negant tolluntq; motum tum etiam eorum qui illud asciscunt ac statuunt,veræ sunt vtitur indice arbitro qui rectæ iudicet inter vtrinq; contrarias rationes qui de medio tollat controuersiam & asserat partim veras esse vtrasq; rationes partim autem falsas.Nam si partim infinitum est partim non est scilicet aliquomodo infinitum tueri possumus aliquomodo non possumus merito vtreq; rationes a veritate abesse videntur. Sed his dictis deinde sententiam vt bonus iudex dat ea quæ sunt diuidens.

DIGRessio.

Sed antequā contextū interpretamur quædam de tēpore disputata consideremus ac rimemur.Si dicendo aliquando fuisse ac huiusmodi verba olim,tum,& id genus,quando nō erat tēpus aliquādo incommodū,sequi possit,hoc præsertim fuisse tēpus quando non erat tēpus & ob id ipsam negationē falsam esse,hoc modo erat & aliquādo & cætera, quandoquidē & aduerbia tēporis de ipso tēpore dici prædicariq; asserimus.Necesse porro est hanc affirmationem esse veram & nihil ex ea incōmodi proficisci,dico,f.illam propositionem affirmatiuā in qua dicitur q erat aliquādo,quando erat tēpus. Nam de omni re affirmatio vel negatio vera est.Sed quum aliquādo & erat,tēpus significat.Nihil igitur aliud dicit affirmatio quā tēpus fuisse quādo erat tempus aliqua igitur est horum temporū differentia.f.huius tēporis & illius quod in illo est,neq; aliter fingere possumus si vellemus.Quemadmodū enim siquis diceret erat aliquando quum Socrates erat,is certe videtur dicere aliquid alterū esse tēpus & aliquid alterum Socratē qui est in tēpore hoc etiam modo si diceret,erat interdū quando erat tēpus videtur afferere alterū tēpus in altero esse oportet igitur alterū subiici alterū vero in illo esse. At si quispiam affirmaret se idem dicere cum profert hæc verba erat,aliquādo & tēpus,is ridiculus habeatur ac quicunq; affirmationē destruit statuens idem esse subiectū & prædicatū.Sicut enim ille risu dignus existimandus est qui diceret erat Socr. quando erat Socr. non explicans affirmationem in qua omnino subiectū oportet esse alterum terminum ac distinctū a prædicato.Sed vnam & eandē vocem proferens in seipsam instar circuli reductā,ita qui existimaret idem esse tempus quod loco subiecti & loco prædicati ponitur,cum diceret erat interdū quum erat tēpus risu dignus esset.Præterea si affirmatio & negatio eosdem terminos similiter habeat.Et in negatione id verbū(erat)& hoc aduerbiū aliquādo negant destruuntq; tēpus præfuisse ergo in affirmatione.Eosdem terminos eadem significantes nobis seruandū est.Erit igitur tēpus cui alterum tēpus inerat aliquod.f.in aliquo quod fieri nequit quantū itaq; ex his grauissimis syllogismis colligere possumus tota contradictio erit falsa quoniā tum ex affirmatione quā ex negatione aliquod absurdum proficiscitur.Sed erroris causa est quoniā ob naturæ ingeniiq; tenuitatem conspicere animaduertere q non possumus quippiam extra quandam tacitam tēporis signifi-

cationem de altero prædicare,immo neq; de rebus diuinis sine tépore nihil proferimus,quomodo itaq; non est perridiculũ existimare huiusmodi verba,erat,est prorsus de tépore prædicari,& minime de rerum existentia exempli gratia quũ dico quando erat Socr. Erat liceum,vbi simul cum rei existétia apparet aliquomodo tépus.Nimirum deum esse dicimus de quo tamé tépus non prædicatur.Et si dicerent esse dei diuidi contra reliquas téporis partes cum vox ipsa sit diuisa,contra huiusmodi tépora erat,& erit,attamen nos dicimus intellectũ corrigere vocis imbecillitaté,hoc igitur modo etiam cum dicimus aliquando erat quádo non erat tépus,illud nanq; aliquando velut id q; praue ponitur omitto subq; silentio prætereo.Sed illud(erat)asserimus non de tépore dici sed de quadá,rerũ existentia, qm̃ erat verbi gratia æuum vel aliquæ alio,substátiæ diuinæ ante tépus.Et vocis imbecillitaté aut ambiguitaté hoc modo cogitamus corrigimusq; quum.istud verbũ(erat)vnum sit secundũ vocé attamen rationé nõ est vnũ,qm̃ significat rei existentiá de qua prædicat̃ significat etiá aliquá téporis partem præteritá atq; elapsam,quatenus itaq; rei existétiá significat hoc modo accipimus minime vero quatenus significat quandá sectioné ac diuisioné.Quemadmodũ igit̃ & ipsum(est)aiunt significare in distinctum q; etiá de deo prædicatur & est aliqua temporis pars & quáquá vox ipsa per se significet quandá téporis parté & sectioné tñ ex subiectis de quibus prædicatur significatoq; diuisionem distinctionéq; facimus hoc etiá modo de ipso(erat)dicimus q; cum significet aliquá téporis partem & rei existentia quũ dicimus aliquádo erat quádo non erat tépus illud prædicari si non de tépore sed de existétia rerũ.verũ possumus has ridiculas cauillationes seu inutiles indagationes fugere euadereq; dicendo.Nõ erat semp tépus,possumus etiá has stolidas rationes pluribus reffellere sed hæc satis pro huius rei significatione habeant̃.Accedit etiá alia qm̃ videt̃ falsum esse vt omne q; fit in tépore generet̃ & fiat,dico omne id simpliciter fieri q; prius est nõ ens & postea ens cuius generis fere infinitas esse spé Aristo.in extremis huius operis voluminibus indicat.Huiusmodi auté sunt puncta tactus & non solũ id genus cætera sed etiá oẽs formæ,ná repéte mométoq; enascunt̃ de substantiis ac in ipsis introducunt̃,præterea quáquá tépus simpliciter fieri negát attamen aliquod tépus fieri nõ negabũt vt hic annus cũ neq; hominé simpliciter fieri sed quandá hominé nasci assentiunt,atq; id eo cõstat qa particularia omnia corrumpuntur qm̃ igit̃ hæc dies fit vel hic annus oportet omnino hæc fieri prorsus in tépore.Si id verum esse tueri velut vt simpliciter omne q; fit nascat̃ in tépore quo circa oportebit esse aliud tépus dies generabit̃,itaq; duo tépora simul erunt ceu duo dies sed si id esse faterentur quomõ illi inter se mutuo differunt.Sed hæc risu digna sunt. Quod aũt non demonstretur necessario motũ esse perenné satis ostédimus in octauo huius operis volumine.Cæterũ redeundum est vnde digressi sumus cũ Aristo.conciliare rationis imo afferre sententiá inter rationes de infinito velit hmõi rerũ diuisioné adducit,& inquit rerũ alio sint potestate,alio vero actu.ité earũ rerũ quæ sunt potestate alio vero hoc pacto se habent vt aliquádo queant vniuersa quod singulas sui partes prouenire in actum & prorsus tollere delereq; potestaté,aliæ autem nunquá exactæ perfecteq; dissoluit abiicit potestaté sed eo cõsistũt qa semp potestate sunt.Exemplũ primi potestate liter ascum actu euasit literatus.Exéplũ secundi vt cum naturá esse omnia potestate.Hæc enim nunquá totá ad oẽs eius portiones & partes actu atq; ad actũ adeo reducitur vt amplius nullam sibi retineat seruetq; potestaté.Nam quáquá vná formá recipiat attamé oẽs aliarũ potestate est.s.capax omniũ aliarum.item eoq; quæ actu sunt alio quidé ita se habét vt vniuersa quo ad singulas suorũ partes actũ suscipiant alio vero nõ ita sese gerunt vti dicimus præterea dié adesse & certamen,quæ adesse dicimus nõ qa simul tota adsit dies sed solum parte adest similiter certamen cestus vel luctam aut quodam aliud certamen.Hic ita existentibus q; non sit corpus magnitudine infinitũ q; percurri nequeat satis demonstrauimus.Verũ infinitum dari quo ad diuisioné & appositioné vicissitudinariá diuisioni.s.quot demendo magnitudini numeros tot addendo simul eá serues,nihil apparet incõmodi.Nam dicimus continua esse diuisibilia potestate in infinitũ.Verũ non ita potestate infinitũ quemadmodũ dicimus æs potestate statuam fore cũ aliquádo æs actu sit statua.At infinitũ nunquá fieret.Nam in ere & statua quoties aduenit actus cessat tolliturq; potestas qm̃ iam statua habetur & nõ amplius potestate statua est.Præterea in his potestas pcedit actum quocirca id q; potest ate est ad actũ potest prouenire actũ ad qué tendit.Verũ quæ habét essentiá ac consistunt quo ad potentiá,nequeunt aliquando actũ huiusmodi assequi vt abiiciant excludantq; omnino potestaté quéadmodũ etiã diximus de materia.Nimirũ hæc potestate omnia dicit̃ esse sed nunquá prodit in hmõi actum vt omnino potestas eius repellatur.Similiter etiam infinitũ se habetur.Dicitur enim magnitu-

dins

dine in infinitũ eſſe diuiſibilis non tanquã ea ſit aliquãdo totã diuiſa ſed qa illam ſemper diuidi ac diuidendã eſſe cernimus animoq; cõcipimus. infinitũ itaq; eſt actu & poteſtate. Verum hoc non actu eſt quemadmodũ certamen eſſe dicimus non eo quod ipſa tota ſimul ſubſiſtat ac adſit ſed ſolum ſecundũ partes, quo pacto igitur infinitũ actu eſt tanquã aliqua eiuſdẽ pars ſemper adſit & continuo data aſſumptaq; parte extra ipſa alterũ quippiam accipere liceat. Siquis igitur vult tueri hoc modo infinitũ actu eſſe vti aliquam ſpeciem & formã & totum ſimul capi is nihil aliud defendere ac inquirere videtur quã terminũ infiniti numero illius interitũ. Nam ſi vniuerſum in infinitum diuiſibile ſimul adeſſe cum ſua mole voluerit tanquã nihil reliqui ſit quod ſecari adhuc queat is certe tollit ac deſtruit vniuerſum. ſ. totam rei molem in infinitum diuiſibilem eſſe quãobrem talis actus erit corruptio interituſq; illius cuius eſt actus q̃ quidẽ fieri nequit, quandoquidẽ omnis actus ſeruare debet ſubiectũ. Quemadmodũ igitur mobilis actus quatenus mobile eſt demonſtrauimus tueri ſeruareq; poteſtatẽ mouendi ac mobilis ita etiã actus & perfectio infiniti eſt ſemper vlterius procedere & nũquã deficere. Si antẽ aliquando eiuſdẽ poteſtas ceſſaret mox deeſſet infinitũ quemadmodũ enim his vſu uenire ſolet quorũ eſſentia conſiſtit in fieri, quæ cum produci ceſſaret mox nihil eſt ceu certamen, dies, tempus & flamma. Hoc igitur modo nobis dicendũ eſt qui facitemur magnitudinẽ eſſe diuiſibilẽ in infinitum q̃ ſi quis voluerit defendere infinitũ ſolo actu adeſſe mox ipſum diuidi poſſe in infinitum deſtruet. Nam infinitũ nunquã terminari limitibuſq; claudi poteſt. Vnde ſi tu ſectiones finitas eſſe poſueris negabis illas eſſe infinitas. Non enim dicimus in infinita magnitudinem eſſe diuiſibilẽ ſed in infinitũ diuidi poſſe & inter hoc plurimũ intereſt. Nam in infinita diuidi non poteſt qm̃ idem eſſet ſuimet diuiſiuũ. Si enim diuideretur in infinita omnino non diuideretur qm̃ pertranſiri infinitũ non poteſt. Nam omne q̃ percurri poteſt mox etiã finitum eſt. Praeterea ſi in infinito diuidereť ex infinitis quoq; conſtituta eſſet, & id q̃ infinitis conſtituũ iam mole actu infinitũ eſt quod quidẽ fieri nõ poſſe aſſerẽtes finem huic quæſtioni imponemus. Sed ipſam magnitudinẽ diuidi poſſe in infinitũ nihil vetat ſuperſtite ſemper aliquo q̃ adhuc diuidi queat. Vnde infinitũ partim poteſtate eſt partimq; actu. Sed hæc de infinito contẽplemur hoc modo quo cõtemplamus ac perſpicimus de ipſa ſtatua quæ tum in actu tum in potentia eſſe dicitur. Nam magnitudo quũ nondũ cœpit diuidi, eo modo ipſa eſt poteſtate diuiſibilis in infinitũ quo æs eſt poteſtate ſtatua ſed quã primũ, diuiſio fieri cœperit tunc diuiſibile in infinitũ actu fit ſicut æs cum a ſtu ĩpreſſum eſt forma ſtatue id tamen excipitur qm̃ in ere nõ ſimul poteſtas & actus iacent ſed in magnitudine actus & potentia ſunt quẽadmodũ in certamine, die, & materia, quæ ſecũdũ partes actu ad ſunt. Nemo itaq; periclitetur inuenire talẽ actũ in infinito qualẽ inueniunt in lecto & in domo ſed potius (vt dicebã) veluti in certamine & die. Nõ enim velut ſimul vnaq; collecta eſt ſectionẽ multitudo neq; vt ſimul ipſa diuiſio fieri poſſit ſed quia ſit per partes veluti ea quæ paſſim & per ſucceſſionẽ habeať, cũ reliqua pars iam diuiſe magnitudinis adhuc ſecari poteſt. Hoc etiã modo numeri incrementũ poteſt fieri in infinitũ, dato ac ſumato ſemp numerũ accipiendo maiorẽ, qm̃ ſi quis augumentũ aſſereret pcurri poſſe in infinitũ iam is tolleret ac deſtrueret infinitum. Nam qui numeri augumentũ firmat ac finalibus claudit is certe finẽ terminũq; infinito adiicit ſed nõ modo in numeris collocať infinitũ penes ipſius incrementũ ſed etiã in magnitudinibus. Verũ nõ hoc modo vt id quod augeť omnẽ magnitudinẽ excellat. Hoc enim fieri nequit. Siquidẽ nequeat eſſe aliquod corpus mundo maius. Sed ſi auctio fieret hoc modo vt quot de aliqua mole ſecarenť partes totidẽ ſimul adderentur, conceditur augumentũ magnitudinis in infinitũ. Nam ſi rectã lineam finitam accipiemus in duas ſecauero partes. Et deinde poſteaquã alterã diuidendo ſegregaui ſi tantũ reliquæ adiunxero quantũ ipſe diuiſi ſuſtuliq; certe vt alterius partis diuiſio fiet in infinitũ ita reliqua increſceret in infinitũ. Sed hoc viciſſim diuidẽdo addẽdoq; fit qm̃ quod ab illa ſeparamus reliquæ adiecimus quo pacto ipſum incrementũ nunquã definet neq; id q̃ percrebuit maius euadet quã eo vniuerſi magnitudo. Item neq; equale erit totum eidem magnitudini quæ diuiditur. Cum ſemper deficiat aliqua pars quæ iam totius erat pars & diuiſione a tota ſeiuncta fuerat. Prorſus autem cum conſtat fieri non poſſe vt ſimul corpus dicatur infinitum & aliquis locus tribuatur corporibus. Inquit fieri non poſſe vt ſupponat ſtatuaturq; corpus infinitum eſſe & ſimul vnicuiq; corporum naturalium tribuatur locus. Nam ſi perſpicuo vnicuiq; corporum naturalium tribuitur locus fieri igitur non poteſt vt ſit corpus infinitum. Quod vero nequeat eam infinitam corpus eſſe. Si omne corpus naturale loco complectitur deinceps oſtendit.

AT fieri nequit:ut aut totum graue sit aut leue: aut dimidiū leue dimidium graue. idest vtrūq; dimidiū vtrāq; affectionem subire non potest,& aliud graue esse & aliud leue.

QVO nanq; modo diuides illud, aut quo pacto ipsius infiniti hæc quidem pars supra: hæc autem infra: uel ultima uel media erit.

Si enim seiunxeris partes infiniti quas deinceps suis locis tribueris mox ipsum finitum effi-cies. Quo nam pacto potest altera infiniti pars supra collocari & altera deorsum. Vbi enim po-neretur pars superior similiter etiam pars inferior vbi designatur. Item si infinitum habebit par tem superiorem mox etiam habebit extremum & medium. Nam supra & infra extrema sunt, mediū aūt est illud quod intra hoc continetur. At id q; habet media extremaq; nō est infinitum.

PRAETEREA omne corpus sensibile est in loco. Loci uero species ac diffe-rentiæ sunt supra & infra, ante & retro, dextrum atq; sinistrum. Atq; hæc non solum nostra ex parte sunt positioneue: sed in ipso etiam toto distincta sunt, atque hæc esse in infinito non possunt.

Alterum argumentum. Et inquit si omne corpus est in loco. Et loci differentiæ sex habent necessario & infinitum his numeris diuidetur, quod sane fieri non potest, quoniam illud mox terminis claudi oporteret.

ATQVE simpliciter si locus infinitus esse non possit, sitq; omne corpus in loco: & in ratione profecto rerum infinitum corpus esse non potest.

Tertium argumentū. Et inquit fieri non potest vt locus sit infinitus si quidē omnis locus ter minet id quod est in loco ac idem contineat. At id q; terminat magis est finis illius q; continetur quā infinitum præterea. Si locoꝝ discrimine sunt sursum deorsum fieri nequit vt concedatur locus esse infinitus. Nam si esset vterq; infinitus vnus alium non permitteret. Sed nō potest esse vel dūtaxat sursum vel dūtaxat deorsum, quomodo enim omnino diceretur esse infinitus lo-cus, vel supra esse dicerentur, vel deorsum. Si ergo hi loci sunt finiti & omne corpus est in lo-co igitur omne corpus est finitum.

AT uero quod alicubi est, in loco est, & quod in loco est, alicubi est.

Quartū argumentū. Est autē continuā his quæ paulo ante dixit quoniā cum demonstras-set, locum supremū infinitū ei non posse neq; imum aut quēpiam alium locum. Ne quis dicat infinitū his nō contineri sed loco simpliciter ob id his explicat, qm̄ necesse est de quibus prædi-catur genus de his etiam aliqua species eius prædicari & econtra. Est autem veluti genus locus species autē aliquis locus videlicet locus qui hoc aduerbio vbi describitur, quādo enim dixero (vbi) definitum quendam locum significabo qui vel sursum vel deorsum appellabitur.

VT igitur infinitum quantitatis rationem subire non potest, nam quantum fuerit quoddam, ut bicubitum aut tricubitum, hæc enim significat ipsum quātum: sic & quod est in loco id alicubi sane est. At id aut supra aut infra aut in alio alia sex differentiarum esse significat, quarum unaquæq; finis est quidam ut constat.

Vtitur exemplis de quantitate. vnde illiuc prius verbū. f. quantū, legendum est cum accentu acuto quo pacto significat genus quantitatis. Secundū cū denuo dicit. Hæc enim significat ip-sum quantū legendū est cum accentu graui, tanquā spuriū, & non legitimū. Significat autem quantitate determinatam, vt bicubitū tricubitū vt ipse dixit. Quod autē dicit huiusmodi est. Si vnumquodq; quod quidē habet aliquod genus prædicatū, habebit etiam aliquā speciē quæ sub illo continetur & omnino de eodē prædicabitur. Nam color nullus est qui prorsus non sit vel albus vel niger vel aliqua alia specierū coloris. Similiter si infinitū erit in loco prorsus etiam in aliqua loci specie erit. f. sursum vel deorsum: Atqui fieri non potest vt infinitū sit in aliqua specie loci vt demonstratū est, igitur neq; in loco prorsus erit. Atqui omne corpus in loco est ergo fieri non potest vt infinitū aliquod corpus sit quemadmodū enim non potest aliquid esse

quantum,

quantum, quod prorsus non sit aliquod quantum dico.s.bicubitum vel tricubitum, ita nihil potest esse in loco quin sit alicubi. Dico.s.alicubi ceu sursum vel deorsum. Quod vero nequit esse alicubi hoc neq; potest esse simpliciter in loco.

PATET igitur ex hisce quae diximus infinitum corpus in ratione rerum actu non esse. At qui constat impossibilium euenire complura, si non sit simpliciter infinitum. Temporis enim erit aliquod principium atq; finis. Et magnitudines non erunt in magnitudines diuisibiles. Numerus etiam infinitus non erit.

Ostensum est infinitum magnitudine haberi non posse. At si nullo aliomodo infinitum poterit esse multa impossibilia emergent.

CVM igitur his hoc pacto determinatis neutra pars asserenda esse uideatur: arbitro profecto, moderatoreq; est opus. Atq; patet partim non esse.

Inquit quum non sine ratione infinitum tum non esse tum etiam esse videatur. His rationibus opus est iudice qui discernat in vnaquaq; veritatem & falsitatem. Et constat infinitum aliquomodo esse aliquomodo autem non esse. Nam si infinitum partim non dabitur partimq; non esse affirmabitur, nihil consentanei videatur vtreq; rationes habere.

DICITVR itaq; quippiam esse, aliud aut potentia aliud actu infinitum est additione ac etiam diuisione. Magnitudo autem actu quidem infinita non est, ut diximus. Diuisione autem est. Non est enim difficile lineas indiuiduas e medio tollere. Restat igitur infinitum in ratione rerum potentia esse. Non oportet autem infinitum potentia sic accipere ut actu tandem euadat, quemadmodum si potest hoc statua esse: erit hoc statua tandem. Sed cum multipliciter quippiam esse dicatur: perinde est infinitum ut dies est atq; ludus, ex eo quia fit aliud atq; aliud semp:r. Nam in his est esse potentia atq; actu. Est enim olympicus ludus, & quia fieri potest: & qa fit.

Hic rationibus aduersantibus sententiā affert. Et prius sumit rerum nōnullas potestate esse, nōnullas vero actu, vt pluribus in locis demōstrauimus. item sumit infinitū esse in magnitudinibus tū additione tū vero diuisione. Vnū hic erit infiniti significatum, s. infinitum additione & diuisione, quae igitur cum prius supreserit deinceps ostēdit aliquomodo non esse. Et inquit in magnitudinibus infinitū actu haberi non potest. Vnū infinitū potestate admittitur eo ꝙ omnis magnitudo est diuisibilis infinitum. Quod autem linea non componatur ex lineis indiuiduis. Sicut quidam volentes soluere dubitationem Zenonis illas praue temereq; statuerunt vt in primo volumine diximus haud difficile est ostendere. Nam extat quidam liber aduersus Anaxagoram totus de lineis indiuiduis ab Aristo. conscriptus in quo nititur prorsus reffellere indiuiduas magnitudines, quoniam si a Geometris ostenditur quamuis datam rectam lineam in duas partes secari posse fieri certe non poterit vt linea sit indiuidua vel ex indiuiduis constituta quoniam si constitueretur ex lineis indiuisibilibus non secaretur in duas partes. Demonstratur enim omne quod ex indiuiduis constituitur idem dico ex indiuiduis & impartilibus, impartile ex indiuisibile esse. Diximus praeterea in primo libro, quosdam Xenocratem putauisse & illum suspectum habuisse ne lineas indiuiduas esse affirmauerit, quo in loco demonstrauimus eorum suspitionem ac coniecturam a vero longe abesse. Restat igitur infinitum potestate esse. Si enim ostensum est fieri non posse vt actu sit. Et magnitudo potestate est diuisibilis igitur perspicuum est infinitum haberi potestate & non actu: verum infinitum non oportet accipere ens potestate quod postea sit in actu idest minime censere debemus quia dixit potestate infinitum esse secundum diuisionem vt omnino hoc potestate perueniat ad actum. Non enim quemadmodum dicimus es potestate statuam esse & potestatem hanc peruenire aliquando ad actum, ita sentimus de infinito, quoniam nunquam erit in infinita diuisum. Neq; enim haec potestas magnitudinibus inest. Sed cum multifariam aliquid esse dicatur idest cum quippiam actu esse multifariam dictum sit. Nam aliud actum totum simul habet vt homo equus & similia aliud autem secundum partem in actu est & fit & nunquā simul totus adest. Huiusmodi enim sunt quae consistunt

QVARE non oportet infinitum perinde accipere, atq; hoc aliquid ut hominem aut domum. Sed ut dies dicitur atq; ludus: quorum esse non ut substantia quædam est ortum: sed in generatione semper corruptioneq; consistit, finitum quidem si aliud atq; aliud semper.

Hinc verba vsq; ad eam contextus partem vbi dicit licet semper alterũ & alterũ sit, in exactioribus exemplaribus non inueniuntur. Nam hæc persimilia sunt his quæ superioribus contextibus diximus, ea igitur habenda sunt.

VERVM in magnitudinibus quidem hoc accidit permanente eo quod sumptum. In hominibus autem atq; tempore accidentibus ita ut non deficiant. Atqui infinitum quod in additione & quod in diuisione consistit, idem quodammodo est. Fit enim in magnitudine finita per additionem econtra.

Cum dixisset conuenientiam infiniti quod ponitur in magnitudine & infiniti q ponitur in numero dico. i. illius infiniti quot fit secundũ diuisionem & illius q fit per adiectionem ĩpresentia vult eorũ discrimen afferre. Et inquit hoc esse discrimen quoniã infiniti temporis ac infinitæ multitudinis hominis cum aliqua pars interit non permanet. Nam omne tẽpus elapsum & homines qui hac luce decesserunt adeo interiere vt eorũ nemo superesse videat̃. At in diuisione magnitudinis in infinitum, quæ secant̃ non intereunt sed permanẽt. Vnde adiecit hanc particulam vicissitudinẽ partiũ quæ diuiduntur sed quantũ quoties demitur de magnitudine tantũdẽ toties addicitur. Magnitudini a qua pars vna dempta erat. At infinitum adiectione & id q diuisione fit idem quodammodo sunt. Cum dixerit proxime conuenientiã ac discrimen infiniti quod in tẽpore ac hominũ numero constituitur ad infinitũ in magnitudine, secundũ diuisionem cum hoĩes, aio simpliciter omnia tam animatorũ quã inanimatorũ indiuidua dico verum Aristo. cõplexus est ea indiuidua quæ sunt cæteris prestantiora. Cum igitur vt dicebã conuenientiam & discrimen hactenus attulerit inter prædicta infinita modo vult oñdere aliquomodo idem esse infinitũ additione & infinitũ diuisione quoties quoddã veluti supplemento partium earũ quæ demuntur de magnitudine diuisibili in infinitũ. i. quoties quantũ de magnitudine toties dempseris tantũdẽ adieceris eidem. Vt si accepero finitam magnitudinẽ quã diuidam in duas partes & alteri huius diuisionis adiecero tantũdem quantũ sustulisti, qm̃ tantũdem toties adiicitur quantũ quoties demitur ab raditurq; igitur si diuisio habetur in infinitum certe & ipsa adiectio in infinitũ erit. Sed hoc fit econtrario supplemento vel vice & respõso partiũ nouarum. Nam quod ab illa sustulimus illi equilibrũ adiecimus quapropter infinitũ adiectione & infinitũ diuisione aliquomõ idẽ erunt. Siquidẽ in vna & eadẽ diuisione vtraq; fiãt & hẽantur.

NAM ut cum diuiditur cernitur in infinitum abitio: sic cum additio fit, ad magnitudinem ipsam determinatam uidebitur.

Definitam magnitudinem appellauit dimidium magnitudinis, impartilis vel eo q semper manet indiuisibilis vel si infinitum habet augumentum attamen non potest id q per crebuit & augetur magnitudinem vniuersi excedere superareq; sed est aliqua magnitudo maior definita & determinata quoniam non quemadmodum minimum non est accipere sed infinitum q minuitur procedit ita etiam q augetur infinitum procedit sed definitur perscribiturq; maius corpus quod in vniuerso esse queat & hoc erit ipse mundus, qua de causa hic Aristo. appellauit magnitudinem quæ augetur definitam ac determinatam.

ETENIM si quispiam in magnitudine finita, definita magnitudine sumpta, eadem aliam accipiat ratione, non eandem totius magnitudinem sumens, non pertransibit unquã magnitudinem illam finitam. Sin uero hoc pacto rationem augeat: ut semper magnitudinem eandem accipiat, pertransibit sane: propterea quod omne finitum quouis consumitur definito.

Quoniã dixit diuisione & eadẽ in infinitũ procedente aliud minui & aliud augeri in infinitum, q cum in omni diuisione accidere non potest videlicet vt eadẽ aliud augetur in infinitũ & aliud minuatur similiter, ĩpresentia explicat qualis sit illa diuisio quæ in infinitũ abeat & qualis

non. Et inquit si enim acceperis aliquā magnitudinē vt cubitis magnitudinē ex qua secaueris aliquā certam ac definitam partem, ceu decuplam vel dimidiā. Sit vero explicandi causa dimidia, quā rursus eadem proportione diuiseris idest dimidiā illius partē. Et rursus q reliquū est in duas dimidias partes diuiseris. Hæc diuisio abibit in infinitū. At qui si non eadem proportione diuiseris vt id q semper euellis non sit dimidia vel decupla vel queuis alia eadem proportio sed semper aliquā certam magnitudinē segregaueris ab ea quæ secatur eadē profecto magnitudinem exempli gratia vnius digiti demendo non secundū eandē proportionē, tandem consumes lacerabis expilabis & ad nihilū rediges ipsum totū, quo pacto deficiet abolebiturq ipsa magnitudinis sectio ceu si magnitudinē acceperis mille cubitorū & ab hac sustuleris semper aliquā definitā magnitudinē verbi gratia digitalem. Certe deficiet delebiturq totum quo pacto tam diuisio quā adiectio non abibit in infinitum, & econtrario se habet magnitudo proportioni. Si enim semper eandem magnitudinē diuiseris non secundū eandē proportionē diuides sed secundū maiorem. Similiter si seruaueris in eadem diuisione eandē proportionem non eadem magnitudinē segregabis sed minorem & si fuerit lignum decem cubitorū a quo abstuleris decimam partem ceu cubitum vnum si quidem ex hoc sumpto ablatoq semper equalē magnitudinem sustuleris augebis profecto proportionē. Nam ex nouem cubitis si demeris ynum non amplius decimum excipis sed nouem, maior autē est proportio partis nouem ad totum quam sit pars decima ad suum totum. Similiter si ex relictis octo cubitis demeris cubitum. Rursus augebis totum. Nam octauū sustulisti quo pacto si semper feceris diuisio defutura est. Si autē ex ligno decem cubitorum abstuleris cubitum idest decimum & ex relictis nouem cubitis volueris eandem proportionem tollere demereq non amplius magnitudinem cubitalem demes sed minorem. Et hoc modo si semper feceris eandem semper seruando proportionem in sectione & non eandem magnitudinem auferendo nunquā dissipabis delebisq totum.

ALIO igitur modo non est infinitum in rebus: sed hoc pacto potentia in quā atq diuisione. Et actu etiam est perinde atq diem ac ludum dicimus esse. Et potentia sic est ut materies, & non per se ut ipsum finitum.

Quod enim aliquod corpus actu infinitum non sit demonstrauimus quod tamen potestate esse concedit. Sed quomodo potestate infinitum sit, adiecit, quoniam infinitum in diuisione habetur quod quidem cum infinito in adiectione idem est. Verum ecōtrario responso vel partium nouarum vicissitudine vt. s. quot demuntur totidem adiicientur sicut iam diximus, item inquit non solum potestate infinitum est sed etiam actu quēadmodum diem actu adesse dicimus non eo quod totus simul adsit sed quia illius aliqua pars adest. Similiter olimpia actu adesse dicimus quoniā aliqua pars eorū actu est, similiter pugnā cæstus vel luctam vel aliquid alterū, ita diuisionē in infinitū actu adesse fatemur non eo q tota simul aliquomō sit sed quia aliqua pars diuiditur. Deinde quoniā idem infinitū potestate & actu dari assumit. Et quomodo actu esset explicauit exemplo diei & ludorū. Quomodo autē sit potestate cum adhuc non probauerit idcirco repetit sermonē de illo q potestate esse dicitur. Et inquit eo modo dico potestate aliquid diuisibile in infinitū quo dicimus materiā esse omnes formas potestate. Vt igitur quum dicimus materiā esse omnia potestate hoc non asserimus vt illa simul actu omnia aliquādo recipiat vel nullam formam actu habeat sed quia habet aliquā formā actu. Et apta est oēs recipere per successionē. Simul autē omnes obtinere non potest ita sentimus aliquod diuidi potestate in infinitū quoniā nequit magnitudo in infinita diuidi secundū partem ac per successionem tamen semper sunt sectiones, licet simul nunquā esse queant. Et non per se vt ipsum finitum. Nam vt ipsa materia quāquā suscipiet formas attamen non per se & in ratione substantiæ eius inest forma sed vt accidit substantiæ eius etiam infinito inest finitum non per se. Et enim si accideret in infinitum diuisibile finitum esse tamen non quatenus in finitum, subiret finitudinē sed quatenus accidit infinito finitum esse. Vt enim ipse deinceps explicabit materia est mole magnitudineq infinita. Sed hæc in illis locis videbimus.

ET additione igitur hoc pacto est potentia infinitum, quod quidem aliquo modo dicimus idem esse quo id quod in diuisione consistit.

Quoniā sermonē fecerat tanquā de infinito secundū diuisionē propter hoc adiecit similiter dicimus etiam de infinito per adiectionē. Similiter enim actu & potestate est quēadmodū illud.

Sed quãobrem eedem,rationes huic infinito congruant.Causam reddit quã olim superioribus dixit,qualis hæc est quia aliquomodo est idem cum infinito secundũ diuisionẽ,sed quomodo idem sit iam diximus quoniã vna eademq; diuisione eidẽ quicquid abrasum demptumq; est, addiicitur atq; apponitur.Si ergo idem sunt.Eadem etiam de hoc infinito dicere licet.Verum non penitus funditusq; idem sunt idcirco adiecit aliquo modo sed quæ differentia inter illa esset iam apposuit.

SEMPER enim est aliquid ipsius extra sumendum.Hoc tamen definitam omnẽ exuperat magnitudinem,ut in diuisione definitam exuperat omnem,& semper minor euadit.Vt autem omnem additionem exuperet,neq; potentia esse potest:siquidem non sit per accidens actu infinitum:ut naturales id corpus infinitum esse dicunt:quod extra mundum collocauere,cuius substantia aer est,aut aliquid tale.Sed si infinitum actu sen sibile corpus hoc pacto in ratione rerum esse non potest:patet neq; per additionẽ p. s. se sic esse potentia infinitum: nisi ut dictum est diuisionis contrario modo. Nam & Plato infinita duo propterea facit q; in accretione exuperare uidetur: & in diuisione in infinitum abire.

Inquit & si cõmune sit vtriq; infinito illi,s.quod diuisione fit & illi cui diuisibile semper additur,vt semper aliquid aliud tacti extra capiundũ sit.Nam semper extra diuisionẽ est accipere alteram diuisionẽ.Et similiter etiam extra adiectionẽ semper alterã capere licet si eandẽ proporcionẽ seruabit ipsa diuisio vt iam diximus attamẽ quoddã discrimen habetur inter id q; augetur & id q; minuitur propterea quod minuitur potest in infinitũ minui.Siquidẽ minima magnitudo afferri haberiq; non possit quoniã omnis magnitudo est diuisibilis,quocirca omni præscri pta terminataq; magnitudine minor accipi potest & nunquã defutura est ipsa diminutio. Atqui id quod adolescit nequit omnem definitam magnitudinẽ excedere quandoquidẽ in vniuer so sit corpus maximum ipse mundus quo mole magnitudineq; maius nihil esse potest.Quãobrem quacunq; data magnitudine minorẽ inueniri licet. Et si non actu attamen potestate at quacũq; definitaq; magnitudine maiorem suscipere neq; potestate natura concedit.Nam cœlo neq; potestate aliquid corpus maius esse potest, demonstrauimus enim fieri non posse vt aliquod corpus infinitum habeatur ceu naturales extra cœlum esse asseruerunt quod quidẽ vel aerem aquã vel aliud quippiã statuerunt.Si ergo rationibus conuicimus hoc modo infinitum haberi statuiq; non posse constat etiam vt neq; omni definita magnitudine potestate maius accipi queat, quod quidem accideret si actu infinitũ corpus esse tollerari posset; At quacunq; definita magnitudine minorẽ accipere & si actu non possumus attamen quantũ ad magnitudinũ naturã attinet accipere quimus.Siquidẽ omnis magnitudo quãprimũ est mox fit diuisibilis.Atqui omni definita mole maiorem sumere vetuit natura quoniã cum nequit admittere corpus actu infinitum neq; potestate illud admittendũ erit.Cum etiam Plato hac de causa duo infinita inuexit: Quorum alterum in augmento videtur excellere & in infinitum, hoc inquit quia infinitum in diuisione & in adiectione positum est idcirco Plato etiam duo infinita fecit magnum & paruum quorum magnum in adiectione principium posuit, paruum autem id q; consistit hac ratione in obversariam diuisionem.

AT quãquã duo fecit,non tamen utitur.In numeris enim neq; processio per diuisionem est infinita.Vnitas enim minimum est neq; accretio, usq; nanq; ad denarium incrementa numeri facit.

Obiicit Platoni quoniã cum duo asseruisset infinita magnum & paruũ neutro veluti principio vtitur.Principiũ nãq; apud illum est numerus at neq; infinitum diuisione neq; additione his numeris inest,quoniã numeri secundũ diuisionẽ non procedunt in infinitũ,siquidẽ sectio eorũ ad vnitatẽ pedem figet.Infinitum aũt per adiectionẽ in numeris ipse non videtur admittere quippe qui numerũ augeri vsq; ad denarium concedit,qui postea instar circuli in seipsum replicando reflectitur ac redit.Verum notandũ est Aristotelẽ superioribus dixisse apud Platonẽ magnum & paruum,indefinitũ quippiã & materiã significare.Nunc autẽ perinde ac idem Plato sentiret in numeris sermonẽ sententiã eius obiurgat tanquã vbiq; reprehendat id quod apparet sibi ex dictis antiquorum sed non eorum sententiam.

FIT autem ut infinitum sit contrario modo atq; alii dicunt. Non enim id est infinitum cuius nihil est extra, sed id cuius aliquid semper est extra. Cuius hoc indicium est: nam & annulorum eos qui pala carent infinitos homines dicunt, quia semper aliquid est extra sumendum.

Cum indicasset quo nam pacto infinitū sit quoq; non sit q̃m vt naturales sentiebant non est aliquod corpus extensione infinitū sed diuisione & obuersaria additione statui licet, impresentia vult etiam infiniti difinitionē, quā nonnulli tradiderunt, confutare. Nam illi definientes infinitum dixere infinitū id esse cuius nihil extra capere licet. At inquit. Ego contrariū aio ac sentio, q̃m infinitū est cuius aliquo sumpto semp est aliquid extra sumere, cui definitioni ipsi aliquādo videnť annuisse quippe annulos qui fundā non habent infinitos appellent propterea quod non habet aliquē terminū perscriptū ac finem certū & definitum. Nam funda cum dissimilaris toti sit ceu terminus vel principiū eius habetur ac statuitur, quicunq; ergo non habent fundam quas vocāt annulos cathenarū ipsismet similares non habent aliquē terminū definitū sed semper eius quod sumiť semper est aliquā partē similarē extra accipere & q̃m ii annulli quandam similitudinē gerunt cum infinito tales infinitos vocant. Aliter nempe non sunt infinito similes, q̃m nō modo hoc infinito idē inesse oportet. Vt semper aliquid ipsius assumpti atq; dati extra sumere liceat sed etiam vt neq; idem bis sumatur q; quidē non inesse annulo, videť q̃m sæpe idē accipimus cū totidē vicibus idē sumemus quot & circūlationes & versiones faciemus, præterea infinitū appellant perfectū totum & omnia cōplectens, hac ratione ipsum honestātes approbantesq;. Ego autē contrariū sentio, q̃m infinitū non esset infinitū siquidē totum & perfectū infinitū esse nequeat. Nam totū est id cuius nihil est extra eas partes quæ ipsum cōficiunt. Ceu hominē totum dicimus cuius nihil abest a partibus. At infinitū definiuimus esse id cuius semper aliquid extra capi potest. Itē perfectū vel idem toti est vel ꝓximum atq; affine. Nam ludum dicimus perfectū quoties finē attingit & cui nihil deest earū partiū quæ ipsum cōplent. Hominem quoq; perfectū dicimus qui iam ad finē naturalē peruenit. Voco ꝓterea extremas naturæ actiones perfectas ad quas naturæ opus ac munus definit sistitq;. At infinitū contrario se habet, quippe infinitū sit cui nullus finis tribuitur sed semper aliquid extra relinquitur. Ex his ergo talem syllogismū conficit. Totū & perfectū cum finem habēt etiā obtinent terminū. Sed q; terminū habet non est infinitū totū igitur non erit infinitū quare eorū sermo ac sententia in contrariū potius incidit, q̃m illi dixerunt infinitū esse perfectū & totum. Hæc sentētia potius contrarium indicat q; si perfectū & totū igitur non est infinitū. Deinceps etiā ostendit infinitū nō continere omnia vt ipsi asserebant immo contrariū quod contineatur. Et q̃m infinitū potius rationem partis subit quā totius idcirco inquit existimandū est parmenidē rectius dixisse quā melissum quippe qui infinitū totum appellauit ea cōnectens inter se quē coniugi nequeunt. Parmenides aūt totū finitū esse asseruit. Nam illud asseruit esse a medio equæ pollens. i. equæ a medio vndiq; distans vt idem orbiculare esse ostendat. At rotundū omneq; simpliciter formatum finitum est, quæ cum Aristo. explicat deinceps causam erroris eoꝝ exponit qua impulsi in idē redigebant infinitū totum & perfectum. Inquit enim materia cum per se indefinita est etiā infinita esse, videtur infinitā dicit materiā qa nullum propriū sibi terminū ac peculiarē formā habet immo cōtrariū ipsa dissipationis destructionisq; formarū ac indefinitatis diuisionis in infinitum causa est. Nam cum sint rationes formarū per se impartiles materia easdem suscipiens distare ac extendi facit. Ratio enim magnitudinis cum per se sit impartilis in materia suscepta & extensa dimensaq; deducitur ad indefinitatē, & illius sectionis in infinitum causa est ipsa materia. Similiter etiam aliarum formarum destructionis magis vel minus causa est. Materia igitur huiusmodi se habet, forma autem est quidā finis terminus & totum, terminat nanq; & circunscribit materiā ac totū aliquod & perfectū conficit cui aduenit. Nam es cum velut materia æreis vasibus sit. Et hac in parte quoddam indefinitū esse videatur, q; neq; totum vel perfectum appellatur cum aduenire vel tripode vel statue forma maiori vel minori materiæ ipsam circūterminat & aliquā rem perfectam & totum efficit, ceu statuam totum vel lebetem totum. Hoc igitur etiam modo & magis proprie de materia & de formis dici potuit. Cum igitur forma sit aliquid & perfectū & materia indefinita sit & hac ratione, ipsa est causa cur res abeant in infinitum. Est nempe materia potestate oēs formæ & quæ sunt potestate solemus nominibus eorū quæ actu sunt appellare videlicet es sæpe appellamus statuā. Et si nondū formā susceperit item lignum

lectum,& triticum panem,ac semen genitale hominē idcirco illi quæ quidē formæ conueniūt eadem de materia prædicari voluerunt propterea quod ipsa est potestate omnia quod vero in materia sit infinitum constat ex diuisione magnitudinū. Non enim secundū formam diuisio fit quoniá post diuisionē etiam seruant æris vel ligni vel carnis formá sed ipsa fit secundū subiectum in quo ipsa forma extenditur ac dimensionē recipit. Materia igitur est per se infinitū finē aūt & terminū suscipit ab ipsa forma circūscripta si igitur formá terminat & id ꝙ terminat continet & ꝙ terminatur continetur,igitur contrariū ipsis dicere accidit dico.s.ipsum infinitū contineri & non cōtinere vt existimabant. Item si materia quæ est infinitū est cōpositi pars,non igitur erit totum si quidē pars totum esse nó possit. Porro,consentaneū est materiá asserere ignotam cum etiam infinita esse traditur. Infinitū enim suaptæ natura percipi non potest. Cū ergo ostēdit eiusdem rebus contrariū euenire ac longe aliter quá ipsi dicebant dico.s.infinitū non continere sed potius cōtineri,atq; idipsum potius partē esse quá totum,demóstrat hoc idē deductione ad inconueniēs atq; absurdū. Et inquit si continet infinitū,cum nó modo in sensibilibus reponatur sed etiam in ipsis intellectualibus. Nam idem in ideis Plato ingessit quēadmodū igitur absurdū est vt in sensibilibus cōstitutum cōtineat ita etiam statutū in ipsis intellectualibus ípar est vt cōtineat. Absurdū autē & impossibile inquit cognitionis causæ. Et cum ipsum cognoueris esse,etiam omnium termini definitionisq; causam ab ipso ignoto secundū naturam dico.s. ab ipso infinito contineri dices vel hoc modo si aiunt infinitū omnia continere & in omnibus comprehendatur intellectualibus non solum intellectualium ordines congestæq; compages sed etiam ea quæ sunt supra hos ordines constat igitur vt infinitum intellectualia contineat vel omnia simpliciter atq; ordines intellectualium.

PER similitudinem tamen quandam, & non proprie. Oportet enim & hoc esse & nunquam idem sumi. In circulo uero non ita fit, sed semper quod deinceps sumitur est solum aliud.

Multi consuetudine profecto adducti quædam proferunt. Sed quomodo annulos quadam similitudine infinitos esse inuulgent & non propriæ induxit quoniam non solum oportet hoc infinito tribui vt semper illius quod sumitur aliquid extra capere liceat, Sed etiam hoc vt non semper idem capiatur ꝙ quidem annulis non inest.

INFINITVM igitur id est cuius semper aliquid extra, ratione quantitatis accipi potest. Cuius uero nihil est extra: ideo perfectum ac totum. Hoc enim pacto totum consueuimus diffinire, totum dicentes id esse cuius nil prorsus abest. Vt hominem totum, aut cistellam, atq; ut quodq;.

Oportet subintelligere cum dicit secundū quantitatē accipientibus,hoc.s.aliquá partem. Vt infinitū igitur id sit cuius secundū quantitatē accipientibus aliquá partem licet semper aliquid extra sumere. Et hæc est definitio infiniti. Quamobrē si hoc est infinitum vt definitio tradit. Totum autē & perfectū,ea sunt quorū nihil extra capescendū est igitur infinitū non erit totū neq; perfectū. In numeris nanq; qui adolescunt in infinitū semper ab illo ꝙ capitur alterū numerum,accipere licet similiter etiā in sectione magnitudinis in infinitū,semper alterā sectionē ab illa quæ sumitur extra capere libet. Et pulchre recteq; dixit,secundū quantitatem,non enim fit diuisio secūdū formá,siquidē eadem forma in vnoquoq; diuiso ac seiuncto conspicitur. Nam ea quæ secantur & diuisionis membra vel sunt lineæ vel superficies vel corpora,aliter enim in diuisione omniū non seruatur forma,quoniá ipse demonstrauit superioribus non in quáuis magnitudine temere quáuis formá statui posse quapropter in diuisione non semper seruatur formá,sed diuisio vlterius cum processeris corrūpet ipsam. Porro carnem possumus diuidere in infinitū vt quædá magnitudo & attamen vt caro nequit amplius secari in infinitum. Sed aliquis ambiget nunquid definitio infiniti congruere possit toti perfecto ac generaliter omni finito. Et enim de perfecto dicere licet id esse cuius secundū quantitatē accipientibus aliquá partē semper est aliquid extra sumere. Nam si accepero partes secundū dimidietatē in infinitū licebit accipere aliquid eorū quæ sumuntur extra. Sed nos respódemus hoc in rebus finitis minime verū esse qm̄ de infinito hanc partē vel hanc si accepero nó simpliciter oēs ipse percurrā,sed si qualēcunq; partē sumpsero at in ipso finito non ita fit. Nam si aliquá partem definitá accepero

ipsum exhauriā & consumabo. Praeterea a vero longissime abest vt in ipso finito semper illius quod sumitur aliquā partem extra capere liceat, qm̄ si caepero partes ex partibus non amplius continget aliquid extra ipsas accipere at in ipso infinito extremū inuenire non est quare. Et si accidit etiam ipso finito vt aliqua pars extra partem capiatur attamen non conuenit ei vt secundum omnes partes id fiat quemadmodū peculiare est infinito, accidit autē hoc generaliter ipsi finito aliquo modo quia participat infinito, quamobrem si libebit in ipso perfecto quadam diuisione semper aliquid illius q̄ sumitur extra capere non qua perfectum est id ei accidit, sed qua infinito participat.

SIC & id quod propriae totum est, ueluti totum ipsum cuius nihil est extra. Cuius uero aliquid abest, id quicquid abest uniuersum non est.

Inquit quemadmodū in particularibus locis ceu in homine vel nauigio totum id dicimus cui nihil abest eorum quae conficiunt subiectum ita etiam de toto propriae dico. s. de vniuerso. Totum equidem & omne dicimus esse cuius nihil est extra ceu mundus totus cuius nihil horum quae conferunt ad constitutionem vniuersi extra est. Hoc modo enim est propriae totum & omne, quoniam si reuera aliquid defuerit, ei etiam si paululum forte quippiam illud sit non erit totum neq; omne.

TOTVM autem & perfectum, aut idem penitus sunt, aut naturam finitam habent. Perfectum uero nihil est prorsus, quod non habeat finem. Quocirca putandū est melius Parmenidem Melisso dixisse. Hic enim ipsum infinitum totum appellat. Parmenides autem totum dici esse finitum, a medio eque distans.

Totum enim de continuo dicitur vt consueuimus dicere totum lignū & totum panē omne autē de discreta quantitate dicitur vt dicimus oēs homines, perfectū autē cōmune vtriq; est cui nihil partium deficit. Si ergo totū & omne non idem & perfectū cum vtrisq; idem est igitur totum non prorsus erit idem cum perfecto. Praeterea totum dicitur propter sinodum & collectionem omniū partium simul, perfectū vero appellatur ob finis receptionē. Vtraq; tamen de eodem praedicantur qua ratione vtraq; vnum aliquid atq; idem sm omnia esse videntur.

FIERI enim non potest ut infinitum cum toto ac uniuerso perinde atq; cum lino linum necatur.

Inquit Mellissus volebat ea quae connecti simul nequeunt in vnum colligi atq; coniungi, & dicit. Non enim vt linum lino iuxta prouerbium sane apta sunt in vnum coniungi, cum nequeant omne totum & infinitum simul esse vt demonstrauimus.

NAM hinc & hanc praeclaram de infinito conditionem accipiunt omnia in quā ipsum continere, & uniuersum in seipso complecti. Habet enim similitudinem quandam ad totum. Infinitum enim materia perfectionis magnitudinis est & id quod est potentia totum non actu. Est autem diuisibile ad diminutionem & ad additionem contrariam: totumq; atq; finitum non per se, sed per aliud.

Ob id inquit infinitū totum & perfectū appellabat vt idem indicaret insignae ac praecipuū esse tanquā omnia impleat atq; contineat. Sed deinceps explicat causam ignauiae temeritatisq; eorū vnde decepti impulsiq; sunt vt dicerent infinitū totum & perfectū esse. Et inquit propterea quod quandā similitudinē gerit cum toto & perfecto quae autē sit ista similitudo mox adducit, dicens. Est enim infinitum perfectionis magnitudinis materia atq; totum potestate actu autē minime per magnitudinem vocat cōpositum. Inquit itaq; perfectionis magnitudinis. i. formae qua vnūquodq; est & suam perfectionē habet. Item dicit materiā esse infinitū & potestate totū ac perfectum. i. materia est potestate forma. Actu autē minime, per se enim materia est infinita & interminata quae est potestate totum & perfectū quoniā est capax formae ex qua compositū constituitur, materia igitur esse potestate totum inquit, sed hoc velut infinito actu inexistens de ipso praedicari aiunt. Quod vero in materia constituatur infinitum deinceps his indicat. Nam sectio magnitudinum in infinitum & obuersaria respondensq; adiectio ex materia nascitur,

scitur, siquidem formæ per se indiuiduæ sint. Hoc igitur materiæ per se tribuitur, sed totũ esse ac perfectũ quando peruenit ad terminum nõ per seipsam, sed per aliud ei inest. i. per formam.

ET non continet, sed ut infinitum est continetur.

Definitur enim materia a forma & infinitum terminatur. Sed ꝙ difinitum est ac terminatũ non continet sed continetur, quamobrem si continetur perspicuum est vt infinitum non sit aliquid totum vt illi dicebant immo contrarium est pars illius ꝙ quidem continetur & contento componitur.

QVAPROPTER & ignotum est ea ratione qua est infinitum, materia nanque formam non habet. Quare patet partis magis infinitum quã totius rationem subire. Materia nanque pars est totius, perinde ac es est eneæ statue pars.

Si enim vniuscuiusq; cognitio habetur per formam, materia autem est informis perspicuũ igitur est ipsam ignotam esse. Idcirco Plato asseruit ipsam peregrina aliena & non legitima consideratione comprehendi propterea quod ipsam nemo visu sensuq; percipere potest, sed formarum recessu separationeq; in illius cognitionem proficiscimur quamobrem modus cognoscendi eam ex formis habetur.

NAM si in rebus sensibilibus continet, & in intelligibilibus etiam ipsum magnũ, & paruum continere res intelligibiles oportebat. At absurdum est profecto ac impossibile id quod est ignotum atq; indefinitum: continere ac definire. Atqui cum ratione etiam fit ut id quidem quod in additione consistit, non uideatur esse sic infinitum ut omnem exuperet magnitudinem. Id uero quod in diuisione consistit, infinitum esse istiusmodi uideatur. Infinitum enim intus perinde atq; materia continetur, forma autem continet. Cum ratione etiam accidit in numero quidem uersus minus, minimum esse finemq;, uersus autem plus: omnem semper multitudinem exuperare. In magnitudinem uero contrarium. Versus quidem minus omnem magnitudinem infinitam. Hæc enim ita propterea fiunt, ꝙ ipsum unum quicquid tandem id sit indiuisibile est, homo nanque unus est homo: non multi.

His hdem fecit quomodo rectæ dixerit materiã contineri & non continere. Si enim similiter infinitum est in ipsis intellectibilibus quẽadmodum in sensibilibus par est vt eo modo in ipsis intellectibilibus contineat quo continet in sensibilibus, at impossibile est ea quæ sunt causæ termini & cognitionis ab ignoto & interminato contineri. Non igitur continet infinitum vt illi dicebant. Magnum autem & paruum sunt in materia in qua infinitum posuere. Vnde Plato magnum & paruum materiam appellauit ei rationi consentaneum est vt id ꝙ adiectione fit non videatur hoc modo infinitum vt quãuis magnitudinẽ excellat. Hoc in loco vult tradere multa Theoremata quæ cõsecuntur rationes infiniti quas tradidit. Et primum inquit congrue ex his definitionibus quas attulimus de infinito accidit infinitum dari tum in diuisione tum in adiectione verum assero in diuisione accipi minimam magnitudinem non posse. Sed quauis data magnitudine adhuc minorem accipiendam esse. At in adiectione non amplius concedendum esse puto vt quauis certa ac magna mole amplior accipi queat siquidem certa ac definita in vniuerso magnitudo statuta sit, & hoc est illa mundi magnitudo. Nam ostendimus magnitudinẽ extensione infinitam haberi non posse, causa huius rei est quia infinitum alia non continet, sed continetur, continet nanq; id ꝙ perfectum ac totum est ꝙ quidem formam esse diximus. Cum igitur adiectio extrinsecus fit & diuisio intra terminos efficitur merito in infinitum extrinsecus adiectio effici non potest propterea quod terminus est forma & finis oportet itaq; augumentũ cum peruenerit ad formam, sistere neq; vltro increbrescere. Item si habetur nec extra formam consistit quæ continet ipsam. At materia intra id quod secatur contenta sectione sibimet infinitudinem ingerit. Vnde in diuisione forma sæpenumero deficit cum aliquo termino potiatur vt etiam liquet in adiectione quo pacto etiam occurrit minimum diuidendo aliquid. Nam diximus formas non suapte natura idoneas esse in quauis magnitudine consistere quo fit vt sectio non deficiat ob materiam, cæterum inquit non sine ratione numerum ad minimũ deue-

nire. Siquidem vnitatis vltimæ veluti minimo occurrat ꝙ quidẽ eſt indiuiſibile, qui tamen cum increbreſcit nullum habet terminum quoniam numerum poſſumus in infinitum augere & in magnitudinibus contrariũ accidit, ſiquidẽ cum augentur occurrant maiori magnitudini quæ terminus ac finis eſt & cum minuuntur nullum terminũ offendunt. Cauſam huius rei eſſe exiſtimamus quia numerus vnitatibus conſtat ex quibus autem aliquid componitur in eadem etiam diſſoluitur numerus vero diuiditur in vnitates, ipſe autem quatenus vnitates indiuiſibiles ſunt. Siquidem omne vnum quatenus vnum ſit indiuiſibile. Nam homo quatenus vnus homo indiuiduus eſt. Si enim diuideretur vt magnitudo attamen non vt homo diuideretur, quandoquidẽ non diuidetur in homines, ſed in partes quibus non erat vnus, ſed vnus extat quatenus vna aliqua forma conſtituitur ex his quæ quidem non amplius in partes ſimilares ſecatur. Si ergo vnitas indiuiſibilis eſt & diuiditur numerus in vnitates ſtabit profecto diuiſio cuius extremum ac terminus erit ipſa vnitas, quibus ergo fit vt numeri ſectio in infinitum non abeat, ſed illius adiectio merito abit in infinitum propterea quod adiectio eſt vnitatum collectio atq; appoſitio. Cum igitur vnitas ſibimet in infinitum apponere ac connectere poteſt merito ſequitur vt augumentum numeri in infinitum procedat. Sed cum magnitudo vnitatibus non conſtet, ſed conficitur ex magnitudinibus diuiſio igitur nunquã recedet in ipſa indiuiſibilia, ſed ſemper idonea eſt ſecari in magnitudines quæ etiam ſuapte natura diuidi queunt quo pacto abibit ſectio in infinitum, at augumentum minime quoniam incidit in totum ac perfectum quoniam cœlo aliquid maius eſſe non poteſt quodquidem propriæ totum & omne appellaẽ, qua igitur de cauſa econtrario ſe habet numerus cum magnitudinibus. Cæterum hæc quæ dicturi ſumus conſequuntur ea quæ prius de infinito diſſeruimus. Numerus enim per ſe infinito non potitur, ſed per materiam quoniam ſectio magnitudinum fit merito materiæ quæ magnitudo eſt cauſa augendi numerum in infinitum ob id nanq; ad extremam vnitatem numerus peruenit quoniã continuum, ꝙ priuſquã diuideretur erat poteſtate infinitum cum ſecatur auctionis ſuimet diuiſione numeri in infinitum cauſa fit. In cunctis igitur infinitum reponitur materiæ ope, quibus declaratis deinceps quærit quoniã cum in pluribus infinitum conſtituaẽ. Nam dicimus magnitudinem infinitam eo ꝙ in infinitũ diuiditur & motum infinitum ac tempus quomodo igitur in his collocatur infinitum, inquit eo modo quẽ ſolent obſeruare ea quæ prius vni cõpetunt & ſui merito aliis tribuuntur, quo in genere ſolent eſſe analogata, quæ enim ordinem habent interſe. ſubiecta dico. ſ. magnitudo motus & tẽpus eundem etiam æmulatur infinitum in his conſtitutum. Eſt igitur magnitudo imprimis per quã deinde motus qui in ea abſoluitur continuus eſt ſiue is fuerit latio ſiue alteratio ſiue auctio, cuius præterea merito tẽpus continuum habetur. Eſt igitur primo in magnitudine infinitũ, propter magnitudinẽ deinde in motum, & propter motum in tempore. Vnde hæc. ſ. magnitudinẽ eſſe continuã & non ſecari neq; qualitatem eſſe in indiuiſibilia. item propter eam motum, & propter motum tempus continua eſſe ac non diuidi in inſectilia veluti conceſſa & poſtulata accipit. Siquidem proceſſu operis præſertim in ſexto huius negotii libro hæc diligentiſſimæ demõſtrabit poſthæc inquit ꝙ ſi nos infinitum actu in rebus negamus non idcirco Geometrarũ principia ac demonſtrationes ſublata eſſe volumus. Sed ambiget aliquis quoniã ſi mathematicæ res per abſtractionem a rebus naturalibus habentur & concipiũtur quippe Geometra veluti quodã principio vtatur ipſa recta linea infinita. Aiunt enim extrahatur linea continue in infinitum quo dato principio procedunt Geometricæ demonſtrationes, ſublata ergo linea infinita quã veluti principiũ quoddã in conſtituendis demonſtrationibus Geometræ petunt certe demonſtrationes Geometricæ tollentur ac deſtruentur. Atqui abſurdum eſt tollere demoliriq; optimam ac certiſſimam ſcientiam. Hanc igitur dubitationem Ariſto. ingenioſiſſime perſoluens inquit minime nos tollere ipſas demonſtrationes. Si demonſtremus infinitam actu magnitudinẽ admitti non poſſe, quandoquidem neq; ipſi Geometræ in demonſtrationibus ſuis ipſo infinito vtantur. Sed ob id accipiunt lineam magnitudinemq; infinitam vt ex ea quantum finitæ voluerint extrahere dempteq; poſſint, quoniã ſiquis erit cõcederet lineam quantamlibet accipere, non egerent infinita neq; illam admitti contenderent. Huius rei potiſſimum inditium eſt quia neq; ad conficiendas demonſtrationes Geometrices ipſa linea infinita confert, quoniã cum ſumunt ex eadem quã voluerint finitam. Hac ſane vtentur ad demonſtrãdum propoſitum Theorema & minime infinita. Nam ſi illis daretur maxima recta linea ceu vniuerſi diameter nõ amplius exquirerent infinitam quæ ipſis opportuna foret ſiquidem ex diametro mundi libebit quantum voluerit extrahere. Quamobrem ſi vtentur in demonſtrationibus ſuis infinito profecto ratio

illa quæ tollit & negat infinitum illis adimeret inficiareturq; scientias, sint autem vtuntur, minime illis eripre scientias videbitur. Præterea inquirit sub quo genere causarum infinitum collocandum est. Siquidem ostenderat omnino infinitum principiũ esse vel proficiscens ex principio si ipsum admittitur conceditur q;. Ostensum quippe est extensione infinitum haberi nõ posse licet illius diuisione & obuersaria adiectione illud tueri possumus. Merito neq; inuestigat sub quo principio ipsum redigendum sit. Quatuor neq; principia statuimus materiá formam efficies & finale. Inquit igitur infinitum esse principiũ veluti materiam ꝙ quidem ratione ostendit & veterum testimonio imprimis equidem formam dici non posse cõstat quippe quæ sit terminus & finis at infinitũ est sine fine in circunscriptũ ac impercursibile. Præterea neq; vt efficiam causa, q̃m illam actu esse oportet, infinitũ autẽ potestate est. Præterea constat vt neq; finalis sit imprimis quidem quoniá sæpe in idem veniunt forma & finis deinde quia finalis causa est finis & terminus cuius est causa at infinitũ non est finis neq; terminũ habet restat ergo vt infinitum sub genere causæ materialis collocetur, quod quidem merito fit, cum materia in priuatione versetur infinitũ in priuatione consistit ergo infinitum est materia. Præterea cuncti qui infinitum esse statuerunt illud velut materiam constituerunt. Nam asseruerunt illud vel aerem vel aquá aut intermedium siue quoduis aliud esse ex quo res gnigni constare affirmarunt. Verum postquá hæc explicauit cæterum in calce libri dubitationes quibus videbatur necessario in rebus infinitum constitui, diluit ac persoluit ne insolute multos homines confundant territent, fuere itaq; causa ac dubitationes numero quinq; prima erat ex in finitudine temporis Secunda ex diuisione magnitudinum in infinitũ. Tertia ex perenni ortum rerum. Quarta est qua infinitum dicebamus esse eo quod finitum semper oportet aliquo claudi ac circunscribi. Quinta era quæ multis maximæ persuadebat infinitum admittẽdum esse, & ea est quæ ex cogitatione statuit infinitum propterea quod mens cogitatioq; nunquá finem obtinet neq; huic legi subiicitur vt nequeat aliquod cogitatione comprehensum semper alterum quippiá animo concipere ac imaginari positis ergo his dubitationibus ostendit eas necessariũ aliquid non concludere neq; ad concludendum infinitum actu esse neq; secundũ partẽ neq; potestate. Et imprimis diluit dubitationẽ quæ fit ex perenni iugiq; rerum ortu, quoniá neq; eo quod generatio est sempiterna oportet aliquod corpus infinitum esse ex quo producuntur ea quæ fiunt. Nam si vnius ortus alterius interitus est ac vicissim interitus est alterius ortus, poterit vniuersum finitum esse & rerum ortus ac interitus nunquá deficere quare huiusmodi dubitatio nihil necessarii concludit, hac enim neq; vrgemur infinitum actu neq; potestate neq; secundũ partem statuere. Item alia dubitatio minime ab id affirmari cogit in qua dicebatur finitum oportere semper aliquo alio claudi vt in infinitum procedamus. Nam hoc falsum est. Quoniam si eadem essent tangi & terminari dubio procul omne ꝙ infinitum esset mox oporteret aliquod extrinsecus tangere ac eodem circunscribi, at modo qui concedit eadem esse, terminari & tangi quandoquidem tactio fit de numero illorum quæ ad aliquid sunt. Tangibile enim aliquo tangitur, quoniá necesse vt tangatur quare tangibile respectum habet ad quippiá aliud extrinsecus, sed finitum ad aliud respectum non habet, sed ad seipsum. Hoc nanq; modo finitum non habet relationem & respõsum ad aliquid aliud. Tactus enim eo quod aliquid aliud tangit ad aliud dicitur, finis terminusq; dicitur eo quod aliquod idem extremum habet quare si non idem sunt hæc terminari & tangi nam necesse est vt finitum alio claudatur & terminetur & quáquá nonnulla finita quoppiam non alio terminarentur & extrinsecus aliquod tangant attamen hæc tangi & terminari, eadem non sunt. Sed accidit finito vt tangatur & tangat aliud, ꝙ quidem fit ne inane vacuumq; intercipiatur quæcunq; igitur suismet limitibus inter clauduntur prorsus necesse est vt ab aliquo tangantur propter quod vt dicebam vacuũ nõ est, sed quæcunq; extrinsecus terminantur omnia talia nõ necesse est aliquo tangi, quæcunq; igitur extrinsecus finita sunt & aliquo sunt attigua tota dici appellariq; nequeunt, sed partes vniuersi tanguntur igitur hæc non qua finem aliquem habent, sed qua partes sunt totius, cum vniuersum inane non admittat, quo fit si aliquod est propriæ totum & esse hoc nõ cogitur alio terminari claudiq; immo hoc fieri non potest quoniá non esset propriæ totum, huiusmodi se habet sphera stellarum fixarum quæ finita cum sphera sit omnis nanq; figura finita habeatur, nullo extrinsecus tangitur propterea quod extra ipsam nihil est. Itaq; hæc ratio nihil necessarii concludit quo vrgemur statuere infinitum. Sed neq; illa quippiam cõcludit qua dicebatur mens ipsa concipere infinitum quoniá ipsa mentis cogitatione possumus cuicunq; datæ magnitudini semper aliquid aliud extrinsecus addere, & nunquá id facientes deficere, siquidem

uiduũ est qm̃ si unũ dabitur diuidi in multa, unũ certe in multa similia secabitur ceu genus in gña & cubitus in multos cubitos. Veruntñ utrunq; est ptãte multa, qm̃ genus in seipso complectitur multas species & cõtinuũ multa cõtinua qua ratione diuiditur. At unitas in numeris vno modo vna est & nullo pacto multa esse potest quare prsus insectilis est. Sed fortassis magis tantum est querere si vnum qua unum indiuisibile sit.

NVMErus aũt est una plura: q̃taue quedã. Quare ad indiuisibile stetur necesse est.

Idest nihil aliud est numerus q̃ unitas sepe repetita & cũ dicit. Et q̃ta quedã ponit idẽ p geminationẽ alterationẽq; dictorũ.i. vnitates quedã q̃titates sunt. Si igit nihil aliud est numerus quã vnitates multe necesse est illius diuisione puenire ad vnitatẽ, quoniam ex q̃bus aliqd cõponit in his ẽt dissoluitur. Vnitas nanq; indiuisibilis est ceu homo vnus p se ipsum indiuisibilis est, q si in ptes secaret nihil incõmodi sequeret quoniã ab his vnitatẽ suã non accipit. Si autem sectio numeri ad indiuisibile steterit itaq; illius erit aliquis terminus cum tendit in extremum.

DVO.n. hac tria denoĩatiua noĩa sunt: & ceterorũ quisq; numerorũ simili modo.

Quod uero numerus nihil aliud esse videat q̃ vnitatũ collectio cõpositione pbat ex noĩbus numerorũ. Nam ex tribus vnitatibus is numerus, tria denominat similiter ex duabus duo & de aliis dicendum est quare numerus ab ipsis vnitatibus alienum alterumq; quippiam non est.

VERSVS aũt plus: fit ut semper intelligatur. Diuisiones enim magnitudinis duas in partes equales sunt infinite:

Cum ostenderit numero a scribendum esse finem cum vergit minimum versus, impresentia indicat eidem nullum terminum ascribi posse cum tendit in amplum.i.cum inolescit, quoniam quocũq; sumpto numero facile maiorẽ intelligere possumus. Deinde causam breuiter adducit. Vnde numero inest auctio in infinitũ, & inq̃t eam esse magnitudinum sectionẽ in infinitum.

QVARE potentia quidem est: actu non est.

Si.n. numerus nunq̃ cũ multiplicat finẽ terminũq; habet, sed quocũq; accepto libet maiorẽ accipere pulchre rectaq; diximus infinitum actu non esse, sed sola potestate quoniam is numerus qui semper actu accipitur finitur certusq; habetur, at auctio numeri finem non habet.

SI semper id quod accipitur multitudinem omnem exuperat definitam.

Dixit definitam pro hoc sumptam quamcunq; igitur acceptam multitudinem numerus qui sumendus est excedet & non deficiet facultas semper maiorem capiundi.

SED nõ est separabilis hic numerus diuisionis nec infinitio permanet. Sed fit & quemadmodum tempus & ipse numerus temporis.

Quoniã ea que magnitudinibus accidũt diuisit cõtra ea que numerum tribuũtur, ob id inq̃t, quoniã cũ numerus nequeat separari. Hæc nõ sunt velut diuersa ab his quæ numerabilia sunt sed cũ nã ĩn separabilia sunt cogitatione rationeq; illa separemus. Et nõ q̃eadmodũ manẽt mẽbra & partes cõtinui ita ẽt cũ augeť numerus priores numeri manẽt. Sed vt tẽpus qđ dũ fit extat ita & tpis numerus se habet. Nã in tpe cũ aliqua pars nuper sumit uetus iam recessit, eodẽ ẽt mõ numerus se hẽt qm̃ auctio eius cũ fit nõ existit, quoniã quã primũ cepẽris numerũ viginti mox decẽ obsolescit & nihil adest quare numeri ĩfinitudo nõ manet, sed existit quatenus cõtinuo fit.

IN magnitudinibus autem contrarium est. Nam diuiditur quidem in infinita continuum ipsum. Versus autem maius non est infinitum.

Cum numerus aliter afficiatur quam magnitudines, & demonstrauit quõmodo se habet numerus & causas adhibuit, nunc descendit ad explicandum ea quæ magnitudini accidunt quoniam ipsa cum vergit ad minimum terminum nullum obtinet cum vero in maius cõtendit terminum offendit.

QVANTVM enim contingit potentia esse: tantum & actu esse contingit: Ioan. Gram.

His quærit in quo genere causæ infinitū collocetur & inquit ipsum reponendū esse in genere causarū materialiū. Nā a principio libri diximus ꝙ si infinitū dabitur oportebit illud esse principium & nō proficiscens ex principio. Et qm̄ illius essentia consistit in priuatione per se autem subiectū continuū est & sensibile. Hic ostēdit infinitū esse materiā quod quidē dupliciter ostendit ex natura ipsius infiniti & testimonio antiquoꝝ. Nam materia suapte rōne cōsistit in priuatione neq; propriā habet formā & infinitū consistit in priuatione siquidē finis ac termini causa forma sit quare materia erit infinitū vel econtra. Verū & si in priuatione infinitū cōsistit & circa materiā versetur attamen per se neq; subsistit neq; diuisioni in infinitū subiicitur, sed sensibile corpus est ꝙ per se subsistit ac subiectū sectionis in infinitū esse videtur qm̄ oportet actu esse id quod secandū est aliquomodo igitur fatemur fieri sectionē magnitudinū infinitū, per materiā qm̄ cum cōpositū corpus in infinitū diuidi potest & sectio nequit fieri merito formæ, qm̄ illud ꝙ diuiditur semper esset eiusdē generis. Necesse est ergo vt fiat diuisio secūdū materiā. Verum secūdū materiā informatā quæ aliquid est. Idem quoq; sentiunt verges quicunq; infinitum esse statuerunt. Ex quo enim omnia fiunt in eodem etiam dissoluitur. Sed infinitum alii aerem alii aquam alii aliquid aliud asserere contenderunt.

AT enim restat eas soluere rationes quibus infinitū non solum potentia, sed ut definitum etiā esse uid tur. Partim enim non sunt necessatiæ, partim ueras quasdam obiectiones alias habent. Non enim ut generatio non deficiat, corpus esse sensibile infinitū actu necesse ē. Pōt. n. alterius corruptio: generatio alterius esse, si infinitū ē uniuersum.

Inquit cæterū hic oportet cōsiderare dubōnes quibus videbatur infinitū nō modo potestate esse neq; infinitis rebus dūtaxat collocari, sed etiā actu & quodā definitū & certū esse videbat. Partim quidā quia nō sunt necessario partim qa quasdam alias veras obiectiones habent. Ens dubōnes inquit quibus videbatur infinitū esse, qm̄ earū aliæ aliquid necessarii non cōcludunt ad demonstrandū infinitū esse, aliæ autē quandā veritatē tenent, quæ his minime aduersatur quæ nos definitio differuimus. Neq; enim vt generatio nō deficiat qm̄ nō necesse est infinitum introduci vt sempiternus sit rerum ortus, qm̄ & si vniuersum finitū foret generatio nihil minus sempiterna haberet, quādoquidē alterius ortus sit alterius interitus idq; vicissim fiat.

PRAETEREA tangere atq; finitum esse, diuersa sunt. Nam illud quidem ad aliquid est: omne enim quod tangit aliquid tangit, atq; accidit alicui finitorū. Finitum autem non est ad aliquid, neq; fit ut quoduis sine ullo discrimine quoduis tangat.

Item ratio quæ dicit finitum aliquo semper claudi oportere cum falsa sit nihil necessarii habet. Nam si finitum ad aliquid terminaretur, idem essent tangere & finem habere. At impresentia aliquod finitum habetur ꝙ tamen nihil tangit, tale est ipsa sphera stellatum fixarū, non igitur eadem sunt tangere & terminari, ergo neq; finitum aliquo semper finitur. Nam illud quidem ad aliquid & cuiusdam est. Inquit tangere in eorū numero collocari quæ ad aliquid sunt. Nam tangibile aliquo tangitur & quippiam, finitum aūt non est ad aliquid, Sed quāquā accidit alicui finitorum tangere aliud ne detur intercipiaturq; vacuum, attamen non eadē sunt penitus tangere & finem habere, alioquin omne finitum quam primum finem haberet mox tangeret aliud ꝙ impresentia verum non est vt diximus. Neq; fit vt quoduis temere quoduis tangat. Quod id ꝙ tangit sit de numero eorum quæ ad aliquid sunt, ostendit eo quod nihil quoduis tangit, quoniam neq; quoduis temere quoduis tangit. Nam linea non tangit superficiem neq; superficies corpus neq; vox lineam, sed linea tangit lineam & superficies superficiem. Sed neq; nostra ratione duntaxat tangere & finem habere non idem sunt, sed etiam hoc accidit secundum postulata petitionemq; democriti. Nam athomi. s. illa insectilia delata in vacuo finita quidem sunt nihil tamen attingunt, per simile accidit his qui extra cœlum vacuum nan. ꝙ ponunt. Nam cœlum finitum est & nihil tangit itaq; tangere & finitum esse non sunt dem Quamobrem neq; finitum ad aliquid seu aliquo finitur.

ATQVI per absurdum est intellectioni credere. Nō enim in re ipse excessus atq; defectus, sed in ipsa intellectione. Nam potest quispiam unumquemq; nostrum maiorē quā est intelligere augens ipsum in infinitū. At non ideo quispiam nostrū extra ciuitatem est, aut tantam magnitudinem quā habemus exuperat, quia quispiam sic intelligit:

ſed quia eſt,hoc autẽ accidit. Tempus autem & motus ſunt infinita: & intellectio eo nõ pmanente quod ſumitur. Magnitudo uero neq; diuiſione neq; incremento intelligibili eſt infinita. Sed de infinito quo nam pacto eſt & nõ eſt, & quid etiã eſt, ſatis iã diximus.

Quod neq; dubitatio quæ adducebatur de intellectione cogitationeq; infiniti nihil neceſſarii concludat indicat. Non enim in re ipſe exceſſus defectuſq; eſt, ſed in ſpecie cogitatione intellectioneq;. inquit non idcirco quia concipere animo quiſpiam poteſt aliquam magnitudinem infinitam eſſe neceſſe iam eſt talem eſſe. Neq; enim inquit ſi mente tractaueris intellexeriſq; Socratem in infinitum auctum eſſe idcirco Socratem talem eſſe oportet ac excedere propter intellectionem noſtra magnitudinem trium cubitorum quam habet. Neq; ſi ipſum intelligemus extra ciuitate morari ac eſſe iam oportet ipſum extra morari, quandoquidem res non ſecuntur intellectionem, ſed potius accidit vt intellectus comitetur ſequaturq; res ipſas ſi aliquid veri obtinere debet. Verum exactiora purgatioraq; exemplaria non habent, hanc particulam, (ciuitatem) ſed dũtaxat extra tantam magnitudinem ideſt quam homines habent. Tempus autem & motus infinita ſunt & intellectio eo non permanente quod ſumitur. Quoniam dubitatio ex tempore & motu introducit infinitum, ſed non tale quale non eſſe demonſtrauimus. ſ. infinitum actu & ſimul ſ. quoad omnes eius partes ſubſiſtentes qm̃ non ſimul tempus infinitum eſt neq; permanet id quod ipſius ſumitur, ſed ſecundũ partem quatenus fit ei ineſt infinitudo. Et ſi volueris intellectione animiq; cogitatione tempus augere neq; hoc modo naturam eius ſimul collectam in vnumq; redactam accipies, ſed ſucceſſiõe partium. Magnitudo autem neq; diuiſione neq; intellectuali incremento eſt infinitum. Nam magnitudo diuiſione in infinitũ habetur. Sed diuidi in infinita nequit, neq; augeri in infinitum valet vt demõſtrauimus, eſt igitur & hic infinitũ in generatione ſucceſſioneq; partium. Sed totum ſimul eſſe nõ poteſt.

PHISICE AVSCVLTATIONIS LIBRI QVARTI
Annotationes Ioannis Grammatici.

VT AVTEM de infinito ſic de loco neceſſe eſt natura'em ſi ſit:nec ne. Et ſi ſit quo nam ſit modo, quidq; etiam ſit cognoſcere.

HVIVS Libri inſtitutum eſt de loco tempore & vacuo diſſerere. Et ĩprimis de loco diſſeritur, quo in loco vtitur ea etiã via querendi qua cæteris in rebus vti ſolet. Nã prius indicat quæſtionẽ de loco ad naturalẽ neceſſario attinere vt etiã fecit de ipſo infinito, & fere vbiq; facit. Quod itaq; ad naturalẽ de loco diſſerere neceſſario ſpectet vetere multoꝝ opinione probat. Nam (inquit) omnia quæ ſunt cũcti veteres in loco cõſtitui opinanť, quod qdẽ pbãt argumento eoꝝ quæ minime extant. Aiunt eñi ſi nõ ens nuſquã collocať ens igiť alicubi eſt, perinde ac nihil eſſe queat quod in loco nõ ſit, qui ſane (vt ex dictis ſæpe cõſtat) praue cõuerſiõe vtebanť ſiquidẽ deſtruẽdo añcedẽs cõuerſionẽ p cõtrapoſitionẽ fecere, cũ opus eẽt vt deſtructiõe cõſequẽtis cõuerſionẽ ipſam hũc in modũ haberẽt ſi nõ ens nuſquã ẽ igiť alicubi erit ens, quæ tñ vera eſſet. Opponunť nãq; alicubi & nuſquã ac nullũ ens & aliqđ ens. Sed q̃q̃ illi oberrẽt cũ oĩa quæ ſunt ſimpliciter in loco eſſe putẽt attamẽ naturalia corpa, de qbus naturalis agit, pſpicuo in loco ſunt. Nã cuiq; elemẽtoꝝ igni terræ & reliqs naturalis locus definitus, ac certus eſt, quãobrẽ ſermo de loco naturali neceſſarius eſt. Præterea ſi ad naturalẽ attinet de motu diſputare ac tractare ppterea qđ ẽt ipſius munus ẽ de natura agere. Et natura principiũ motus & quietis eſſe tradiť, ac princeps & pſtantiſſimus oĩum motuũ eſt motus localis qm̃ oſtẽdiť in octauo huius operis volumine nullũ alioꝝ ſine hoc eſſe poſſe, at ipſum cæteris ſublatis adeſſe, ſiqdẽ cœleſtia hoc ſolo motu moueanť. Neceſſe igiť eſt naturalẽ etiã noſcere locũ, quo primus oĩum motus fit. Nã ſi naturalis intẽtio ẽ corpa naturalia explorare pcipere, & vnũquodq; ſimpliciũ corpoꝝ quodam peculiare motu locali moueť, ac ſane fieri nequit, vt naturã corporũ ſimpliciũ cognoſcamus ſi motus eoꝝ naturales ignorauerimus, ac inſup nequimus eorũ naturales motus dignoſcere niſi vniuſcuiuſq; locum naturalẽ ad quem motus tendit pceperimus, quapropter ſi locũ ignorabimus motũ quoq; ſimpliciũ corpoꝝ naturalẽ neſciemus, quo pterea ignorato & ipſa ſimpliciũ corpoꝝ natura ignorabiť, ſed ſimplicibus ignoratis ea ẽt quæ his cõſtãt nõ pcipiẽtur, quare loci ignoratiõe ſimul tollitur aboleturq;

Idẽ ſimplici. & Themiſtius.

Hæc fere ſimp. ſed breuibus dicit.

naturalium

naturalium rerum cognitio. Quod quidē igitur ad naturalē specter necessario de loco differere hinc manifestum est. verum, vt inquit) difficilis & ambiguus est sermo de loco, primū quidē, quoniā si ad ea quæ loco insunt, inspexerimus locus ex eadem omniū natura videtur non esse. Nam quoties ipsi volumus de rebus enuntiationes ac definitiones afferre ex his profecto quæ ipsis secundū naturam insunt eas facere colligereq; solemus, ceu de homine dicimus illum nanq; animal rationale & mortale esse & idem de cæteris dicimus, de loco itaq; ex his quæ eidem per se insunt nobis accidit diuersa opinari. Ceu cum loco insit circunscribere & definire ea quæ in ipso collocantur, quemadmodū dolio vasæq; vinum continetur, locus existimabitur esse forma quoniā formæ est terminare ac definire ea, quibus ad nascitur & aduenit. Rursus cum loco hoc insit. s. diuersa corpora vicissim recipere. Vno & eodem permanente ceu in dolio vasæq; cerni libet quoniam idem cum sit, vini aquæ & aliorum fere infinitorum capax est, locus erit materia & non forma, siquidem materia vna & eadem permanens aliam atq; aliam formam recipiat. Exempli gratia æs aliquando hominis aliquando equi simulachrum recipit. His itaq; ambiguus est sermo de loco. Præterea (vt inquit) nihil subsidii a veteribus habemus quippe qui ab illis neq; prius rectæ discussum neq; inuentum de loco aliquid habeamus nemo enim illorum satis affatimq; de illo dubitauit vt nos prope quæsitum accederemus. Nam reuera initium optimæ inuestigandi dubitatio est in qua neq; aliquis veterum de loco quippiam cum aliqua consolatione & authoritate enunciauit, sed quicunq; de illo dixerunt quantum dicendo differendoq; assequi potuerunt id omne extra rei authoritatem & admirationem dixisse pars est vt credamus, verum. Nonnulli locum vacuum esse putauere, vt imitatores democriti Leucippi, & Metrodori. Nōnulli autem interuallum quodam ipsum statuerunt ii profecto omnes tantum loci explicauere, vt locus dūtaxat vacuum, vel interstitium quoddam haberetur. Cum igitur hæc Aristo. dixit aggreditur ipsam de loco considerationem. Et primum ostendit locum esse deinde in contrariū arguit probando eundem non esse, vt adductis ad vtranq; controuersiæ partem argumentis cognoscere valeamus quæ sunt argumēta de loco potiora quæ vero minime & quo nam pacto nobis existimandum sentiendumq; sit de ipso & quomodo non. imprimis ergo quinque quibusdam argumentis ostendit locum esse & primum adducitur ex ipsa successione corporum in eodem loco. Et inquit cui enim aqua inerat, cedente aqua identidem aer ingreditur & denuo cedente aere in eodem locó aliquod aliud corpus sese recipit, vt etiam in ipsis doliis vasibusq; euenire solet. Cum igitur id hoc modo se habet, hæc syllogismo hunc in modum concluduntur. Locus vnus & idem manens diuersorum corporum atq; alterius & alterius capax est. Sed quod idem ac vnum manens atq; alterius & alterius capax est id extat atq; diuersum ab eo quod recipit esse videtur. Nam quod nihil est aliquid recipere non potest, itaq; locum esse hoc primo syllogismo indicat. Ex secundo autem non modo demonstrat ipsum esse, sed etiam ostendit quasdam naturales vires ac differentias ipsum habere, fit itaq; argumentum ex ipsis corporum naturaliū inclinationibus fluxibus sue. Et inquit, vnūquodq; corpus naturale in aliquem certum ac definitum locum citra impedimentū suapte natura fertur, vt leuia sursum & grauia deorsum quando autem leuia deorsum tenderent, vel grauia sursum præter naturā ac vi ducerentur, si ergo aliqua ipsa natura sursum feruntur & quædā deorsum, itaq; hæc loci discrimina supernum & imum natura existunt. Hæc nanq; sursum, deorsum, dextrum sinistrum ante & retro sunt loci discrimina differentiæq;, quare nō modo locus aliquid est, sed etiā differentias naturales habet, quibus quoq; non modo potitur, sed etiā quisq; locus vim naturalē quandā sibi inditā habet. Nā si vnūquodq; naturalē locum appetit perspicuū est vt id quod appetitur & desideratur sit vnicuiq; locus naturalis. Appetitur quatenus vim aliquā naturalē possidet. quo pacto sane expetendus est, siquidem illius etiā sit desiderium. Atqui si quispiam obiiceret dicendo leuia nō appetere supernum locum neq; grauia imum, sed cupiunt vniuersitatē occupare proinde scias quod si hoc dabitur grauia non solum oportebit motu recto ferri moueriq;, sed etiam quolibet alio motu ac itinere duci ad vniuersitatem. Nam fieri potest vt sit quædam ingens terræ moles ad quā & si non ita adamussim grauia mouerentur recto motu itinereq;, tamen extra vniuersitatē non laberetur exciderentq;. Sed quū impresentia inclinatio ad centrū tendat, ob id motus dūtaxat in rectū fit, porro & si lapis in magnam foueam prolaberetur quāuis oblique ferratur in vniuersitatē cum vndiq; terra contineat, in recto itinere mearet ac dūtaxat motū rectū efficeret. Item si ex eminētibus, vel obliquis partibus foueæ rūperet diuelleretur q; aliqua pars, hæc similiter duceret moueretur q;. hoc modo etiam cæteris omnibus grauibus fluxus inclinatioq; inest, vt ad centrum mouean

vide simpli.q dubitat an specter ad phisicū de loco agere cū sit immobilis, fortasis qa ē terminus saltim corpis mobilis ac mouēt moto corpe cuīp̄ter minus. Eadē introductio est simplicii.

vide simpli.q citat eudemū dicētem alia cā difficultatis de loco.

& non simpliciter ad vniuersitatem, quæ quáquá ad vniuersitatem mouerentur, attamen in ipsam ducuntur vt proprium locum naturalé accipere & consequi queant. Eadé etiam sentimus de leuibus quoniam & his proprius locus naturalis est.s.concaua superficies sphæræ lunæ ad quá rursus recto motu contendút videlicet motus leuibus inest, vt qui equis angulis & perpendiculo quodá fit. Habemus igitur ex secundo argumento locum aliquid esse, & ipsum habere naturales vires & differentias. Sunt autédifferentiæ loci sex quas inquit non modo nostra institutione & nostra pro arbitrio conuentione esse habericp quoniam quoad nos huiusmodi differentiæ sola positione sunt. Vnde id quod modo est dextrum potest etiam esse sinistrú & idem qd est ante potest esse post retro si aliquis aliter quá prius sese conuerterit, item sursum & deorsum quoad nos positiones se habent, & idem potest esse sursum & deorsum ceu siquis supra

Idé Them.

tectum fuerit is nanq; habebit tectum deorsum qui si postea descenderit, tectum erit sursum, vnde id quod erat deorsum sursum est.s.quod erat infimum factum est supernum, sed quáuis positione hæc quoad nos se habeant, attamen in ipso vniuerso sunt ipsa natura secundú motus corporum naturalium distinctæ & definitæ. Deorsum imumq; locum appellamus illum ad quem suaptæ natura grauia tendunt. Sursum autem & supernú locum cum dicimus ad qué migrant & petunt leuia. Demonstrat autem in libro de cœlo dextrum & sinistrum in vniuerso suaptæ natura esse. Dextrum appellans vnde motus capit initium vt oriens, quoniam & in nobis id dextrum est vnde motus fit, sinistra vero leuaq; pars est illa quæ hinc apposita est. Eadé quoq; proportione ante ibi erit vbi flat boreas. Retro autem vbi nothus, vel auster spirat. si autem aliquis hæc non inficiabitur negabitq;, certe sursum & deorsum secundú naturam esse necessario dabit. Hæc autem sunt loci differentiæ, quare locus est, ac naturales differentias habet.

Alexáder etiá putat hoc eé tertiú argumétú i qué inducitur simpl. qui hoc pte se cidit argumenti.

Tertium argumentum fit ex mathematicis magnitudinibus & inquit. Quod locus natura sit ipse mathematicæ magnitudines hoc maxime indicant, propterea quod & ipse aliquá positionem etsi tamen habent & alicubi ponuntur. Nam dicimus huius trianguli hanc basim, & hanc verticem esse. Item hoc latus dextrum, esse hoc vero ad leuam positum. Verum harum magnitudinum loca sunt quidam habitus responsaq;, & pro arbitrio animi nostri ita eas magnitudines collocamus. Vnde si vertero triangulum aliam eius verticem atq; aliam basim ipse efficiam similiter si laterum positionem mutauero, quod quidem merito fit, quoniam non per se subsistunt, sed in sola animi nostri intelligentia sunt, quemadmodum igitur sunt consistuntq; in sola animi cóceptione & non secundú naturam ita etiam loca obtinent, si ergo hæc sunt quoad nostri animi intelligentiam & loca habebunt quoad nostram intelligentiam, eo modo loca magnitudinem habebunt quo nos intelligimus illas habere atq; esse. Si ergo aliqua similium magnitudinum natura subsistit & natura habebit positionem partium & loca. Hæc igitur sunt argumenta necessaria & reipsa adducta. Sunt præterea alia duo opinabilia quæ veterum testi-

Duo vltia eé adducta ex opinióe etiá simplicius sétit.

monio adducuntur. Quartum igitur argumétum fit testimonio illorum qui vacuum introducunt atq; esse affirmant. Et inquit si ergo vacuum aliquid est, & vacuum nihil aliud est (vt ipsi affirmant) quam locus corpore priuatus, ergo perspicuum est locum inter ea quæ sunt, connumerari. Quintum argumentum, quoniam Hesiodus non solum locum esse, sed etiam natura cæteris aliis rebus præfuisse inquit. Nam Hesiodus tulit omnium rerum primum chaos extitisse, deinde post hoc quod latissima tellus facta fuit, qui profecto videtur esse eorum numero, qui putant res omnes alicubi esse. Ob id igitur inquit ante omnia extitisse cóparuisseq; locum vt prius haberetur receptaculum omnium rerum, quod quia recepturus omnia ac in habitaculum omnium habendum erat, chaos appellauit. Quare inquit si hæc omnia ita se habent non solum natura loci esse videbitur, sed etiam erit admiratione spectatuq; dignissima ac rerú

Simplicius prœmio quarti vult locú precedere corpus motú & tempus natura cú & tépore. Simpli. dubitat præposuit qó-

omnium prima quippe quæ cæteris rebus sublatis nó tollitur, sed ipsa demptaq; abolitaq; continuo cuncta peribunt. Nam si omnia in loco sunt, & locus non est, neq; profecto aliquid aliud erit. Si ergo locus non erit, corpora peribunt atq; non erunt, at nihil prohibet non existentibus corporibus locum manere. Et siquis negabit locum tempore alias res præcedere, saltem ipsa natura illum præfuisse præcessisseq; oportet. Sic de loco ad naturalem. Vt enim de infinito quæsiuit & ad vtranq; disputationis partem argumenta posuit ita facit de loco. Vnde ostendit deinde quo nam pacto locus sit quoue non sit, atq; quid ipse sit. Et si aliquomodo est quæret an per se subsistat, vt visum est illis qui vacuum locum, vel intercapedinem quandam esse dixerunt, an potius ipse in alio sit, vt Aristoteli videtur, quoniam non est quædam substantia separata neq; per se subsistit. Sed cum dicit, quidq; etiam sit idest nunquid locus vacuum sit, vel interuallum, aut terminus continentis.

Nam

NAM omnes ea quæ sunt alicubi esse opinantur, quia id quod non est nusquã est. Vbi nam est hippocentaurus, aut chimera. Communis quoq; maximæ atq; proprijssimus motus quem lationem appellamus loco tribuitur. Complures autem dubitationes habet quid nam sit ipse locus. Non enim idem esse ex his omnibus quæ illi insunt contemplantibus nobis uidetur præterea nihil ab alijs aut dubitatum aut inuentum de ipso habemus.

Quod necessarius sit sermo de loco ita communi omnium opinione, ostendit quoniam ill dicebat, quod si aliquid est, prorsus idem in loco esse oportet. Quare qui vult ea quæ sunt cognoscere, oportet eos etiam locum cognoscere sine quo illa esse nequeunt, & hoc veteres probant scilicet omne quod est alicubi esse praue conuersione per contra positionem vtentes. Nam assumunt id quod nõ est nusquã esse qui & si vera assumunt praue tamen conuersionem antecedentis faciunt, dicentes ergo ens alicubi est.

QVOD quidem locus sit ex uicissitudinaria corporũ translatione constat. Nam ubi nũc est aqua, hic rursus est aer: hinc illa egressa tanquã ex uase. Nõnunquã etiam eundem hunc locum aliud corpus occupat, qui quidem ab his omnibus quæ insunt & mutantur diuersus etiam esse uidetur. Nam in quo nunc aer est in hoc prius erat aqua. Quare constat locum & receptaculum ipsum, aliquid esse ac diuersum ab utrisq;, quæ ex illo egressa sunt & illum occuparunt.

Hic primum argumentum adducit quo probat locum esse & primo minorem syllogismi propositionem ponit. i. vt locus vnus & idem manens alterius atq; alterius corporis sit capax. Nam vbi nunc est aqua hic rursus est aer, hinc illa egressa tanquã ex vase. Hic etiam locus ab his omnibus, quæ insunt & mutantur diuersus esse videtur, quibus dictis deinde maiorẽ propositionem tu adiunge quæ talis est. id quod vnum & idem existens alterius atq; alterius corporis est capax, id nempe tale est atq; ab his quæ recipit, diuersum quare constat locum esse aliquid ac receptaculum ab vtrisq; quæ recipit diuersum. Hæc est syllogismi conclusio.

PRAETEREA corporum naturalium atq; simplicium ut ignis terræ ac talium lationes non solum aliquid esse locum, sed etiam quandam uim naturalem habere indicant. Fertur enim unumquodq; ad suum locum, aliud sursum aliudq; deorsum nisi impediatur.

Hoc est secundum argumentum quod fit ex fluxibus inclinationibusq; corporum & merito rationem exercet in corporibus simplicibus. Nam composita secundum id simplex quod dominatur & superat naturalem motum habent.

HAEC autem sunt loci partes, & species supra ac infra cætereq; quatuor differentiæ. Sunt namq; hæc dextrum atq; sinistrum sursum & deorsum non solum nostra ex parte: quoniam nobis non semper idem est, sed fit positione, ut uertimur. Quocirca sæpe idem dextrum & sinistrum est, & sursum deorsumq;, ac ante & retro. Atqui in natura seorsum unumquodq; definitum ac certum est.

Vt indifferentibus his loci discriminibus vtitur siue hæc loci partes fuerint siue species vniuersali loci. Id profecto nihil confert ad præsentem disputationem. Nam quærimus nunc an locus prorsus sit, vel ne. Verum hæc discrimina loci partes appellarent ij, qui locum intercapedinem quandam, vel inane vacuumq; esse affirmant. Species autem, qui illum continentis terminum nuncupant ac definiunt.

NON enim quiduis est ipsum supra: sed quo tendit ignis & leue. Similiter & infra non est quoduis, sed quo pondere constituta ac terrea pergunt.

Quod in rebus naturalibus hæc discrimina loci sursum & deorsum non positione nostraq; ex parte sint, sed natura ipsa definita hinc constat. Nam si esset aliqua domus quæ intermediũ

nẽ q̃o sit q̃õm quid sit, soluit q̃a ex his quæ insunt inesse definitionem solemus. Vide.

Simpl. notat illud alicubi significare põnẽ in loco & ordinis distinctionem.

Idẽ simpl. sed locata cet sedm argumẽtũ ex motu ad locũ q; simpl. põit.

Quo loco ualet argumentũ destructione antecedentis prio priorũ. Minor. Cõclusio. Textus.

tectum haberet, qua positione sursum & deorsum essent, si ignis ex imo permitteretur, & bolus ex superno loco, certe nō manerent in medio, sed alter sursum meabit, alter verò deorsum sese recipiet, qui si vi non impediantur nec prohibeantur, sed iam transitus locum acceperint.

QVIBVS patet hæc non solum positione, sed ui quoq; differre.

Si enim plurimum inter se differunt ii loci. Vterq; enim est capax, certe patet vt non modo positione & nostra ex parte, sed etiam vi potentiaq; inter se differant. Nam vterq; locus expetitur, supernum namq; leuia appetunt, grauia vero imum ac deorsum.

INDICANT idipsum & mathematica. Nam & si in loco non sunt, nostra tamen positione, nostroq; arbitrio dextrum leuamq; habent: unumquodq; nihil harum habens natura, quare solum earum positio intelligitur.

Tertium argumentum. Si hæc enim non sunt in loco quia non subsistunt per se, tamen quæ subsistunt quo ad nostram animi conceptionem mox videntur habere positionem situm atq; locum similem respondentemq; suæ existentiæ, dico. s. locum secundū nostram intelligentiā, quod si hæc locum habent multo equidem magis naturales magnitudines & quæ subsistunt existuntq; naturalem locum habebunt subsistentem & non nostra positione, sed secundū naturam. Nam vt se habet id quod est in loco, ita & locum se habere necesse est, si ergo id quod locum occupat secundū nostram intelligentiam est, certe & locus eius erit secundū intelligentiam, quo fit, vt si nostra ex parte positioneq; id quod est in loco habetur, talis etiam erit locus eius. itaq; si ea quæ sunt alicubi natura constant & sunt, locus quoq; earum natura erit.

Idē Alexander aphrod.

PRAETEREA qui uacuum esse dicunt, locum asserunt esse. Vacuum enim locus erit sane corpore priuatus. Quod quidem locus aliquid sit præter corpora ipsa & omne corpus sensibile in loco sit: his profecto quispiam opinabitur.

Hoc est quartum argumentum quod opinione veterum fit, & non necessarium, quemadmodum etiam est argumentum quintum.

HESIODVS etiam rectæ dicere uidetur, qui facit ante omnia chaos. Nam omnium rerum primum chaos extitisse inquit posthoc latissima tellus extitit, tanquā hisce gnignendis rebus primo receptaculum fuisse oporteret: quia putabat (ut multi) cuncta alicubi esse & in loco.

Hoc est quintum argumentum testimonio Hesiodi acceptum.

Quid voluit dicere Hesiod. vide simplic.

QVOD si ita sit admiratione digna uidebitur esse loci uis & potestas atq; omnibus prior. Nam id sine quo aliorum nihil est & illud sine aliis esse potest id certe primum esse oportet. Locus enim non poterit & si ea quæ in ipsa sunt corrumpantur.

Si talis est locus vt Hesiodus & alii sentiunt, admiratione digna erit ipsius loci natura. Et non modo numerabitur inter ea quæ sunt, sed etiam erit ante omnia. Nam si absq; illo nihil aliorum esse potest, & ipse ante omnia extitit, constat sane ipsum esse natura & tempore cæteris priorum. Nam eo sublato cætera intereunt, & non econtra omnibus aliis ademptis ipse tollitur.

VERVM si locus sit aliquid: dubitatio mox fit quid nam sit an moles corporis quædam, an alia quædam natura. Est enim genus ipsius primo quærendum.

Pro hoc vide simplic.

Cum ostendisset quinque argumentis locum esse, proficiscitur deinde ad demonstrandum quid sit. Hoc enim est problema secundū. Sed cum quærit quid nam sit, deduci sermonem ad ostendendum prorsus locum non esse vt demonstrat (sicut dixit) difficilem esse sermonem de loco, quod etiam facit quia argumenta ad vtrāq; controuersiæ partem adducta suaptæ natura mentem exercere excitareq; ac rerum cognitionem exploratam nobis afferre solent, quod quidem fit non modo cum problema ipsum per se probatum fuerit, sed etiam cum & rationes tractantur quæ nituntur ipsum tollere. Pluribus igitur argumentis nititur tentatq; opinionem de loco an sit agitare. Quocirca non opus est petere adducereq; rationes, quæ fiunt ad vtranq;

partem,

partem, necessarium concludentes. Hoc enim fieri nequit, sed in ipsis solum expetende postu-
landaq; est aliqua persuasio & nullo pacto necessarii probatio atq; cõclusio. Quamobrem ad-
mirandum non erit, si nonnulla argumenta persuadebunt. Tunc autem rationes ad vtranq;
partem poterunt habere necessarium, quando accipient ea quæ non insunt rei perinde ac inexi-
sterent hoc modo illa syllogismo concludentes. Incipit ergo vt dicebam differere ex quæstione Idẽ sim-
quid sit locus. Cum igitur huius quod quid est cognitio per diffinitiones nobis adueniat, & dif- pliciũ.
finitiones generibus differentiisq; constituantur, idcirco inquit prius oportere loci genus inqui
rere. Necesse est igitur locum, vel corpus esse, vel quidpiam incorporeum. Prius igitur ostendit
ipsum non esse incorporeum, qua ostendit ipsum necessario corpus esse. Si enim corpus qua
corpus est locum occupat, constat sane illud secundũ omnẽ sui dimensionem in loco esse, qm̃
si corpus secundũ solam longitudinem esse in loco profecto qua corpus non esset in loco, sed
quatenus habet ipsam longitudinem, vel latitudinem. Si ergo corpus qua corpus locum occu-
pat secundũ tres dimensiones profecto in loco erit, quare & locus corporis capax erit trifariam
dimensus alioqui si non erit trifariam trinaq; dimensione constitutus, sed velut vna aut dua-
bus dimensionibus constans non continebit tres corporis dimensiones. Necesse est igitur locũ
corporis trina dimensione constare. Sed omne illud quod est trina dimensione dimensum est
corpus. Nam hæc est definitio corporis vt sit trifariam dimensum atq; diuisibile igitur & locus
erit corpus. Et syllogismus fit in quarto modo primæ figuræ hoc modo locus est dimensus tri
na dimensione. Et omne quod trina constat dimensione est corpus ergo locus est corpus. Hoc
modo itaq; ostendens locum necessario corpus esse destruit ipsum incorporeum esse, ac per
idem fere medium ostendit ipsum non esse corpus. Nam si locus esset corpus, duo corpora in
eodem loco erunt, sed impossibile est duo corpora in eodem esse ergo locus non potest esse cor
pus. Hic autem syllogismus hippoteticus in secundo modo syllogismorum hippoteticorũ est,
qui destructione consequentis destruit antecedens. Sed dices vnde nam admittitur deductionẽ
veram esse dico, s. si locus esset corpus duo corpora in eodem essent. Hoc igitur probat syllogis-
mo cathegorico hunc in modum, omne corpus in loco, omnis locus est corpus, igitur omne
corpus in corpore est si ergo corpus in corpore est, duo igitur corpora in eodem loco erunt.
Quod vero nequeant duo corpora in eodem loco esse, hinc intelliges. Nam si posset corpus per Stoici cõ
corpus recipi vt duo corpora in eodem essent, fieri poterit vt corpus maximum in paruissimo cederẽt
recipiatur. Et vt ipse Aristoteles inquit pelagus in ciatho reciperetur & cœlum in grano milii. corp⁹ p
Potest enim maximum corpus inæquales partes minimo secari, vt pelagus in totidem mensu corpus
ras ciathi vt his tota moles pelagi atq; ambitus expleatur, si ergo possunt duo corpora æqualis mear̃ ac
amplitudinis in eodem esse, cur igitur tria quatuorq; ac infinita in eodem esse non poterunt? recipi.
Quæ enim esset maior assignatio vt de duobus id sentiatur quã de infinitis. Quod si hoc admit Vide
titur pelagus in ciatho recipi poterit & cœlum in grano ipsius milii. Omne enim finitum quan- simpli-
tiscunq; sublatis demptisq; æqualibus finitis consumitur. Quare si hoc fieri nequit igitur neq; cium.
duo corpora in eodem esse poterunt. Deinde si potest corpus per corpus recipi oportebit si aqua
vnius sextarii iniiceretur immittereturq; in vino tante quantitatis quantam continent duo sex-
tarii, vt totum ipsum vinum aqua cõmixtum non excedat quantitatem quam continebant duo
sextarii quamobrem eandem mensuram totum ipsum habebit sicut duo sextarii vini habent.
Nam si non solum qualitates mutuo sese recipiunt, sed etiam ipsa corpora ceu aqua, quæ per
totam vini soliditatem recipitur, non oportebit igitur id quod ex duobus illis emergit maiorem
locum occupare. Vel si prorsus aqua recepta per totum vinum quod continet duo sextarii to-
tum maius ampliusq; efficiet oportebit id quod ex commistione vini & aquæ fit, sextariorum
quatuor mensura constare, siquidem aqua vnius sextarii per totum vinum, quod duobus sex-
tariis continetur, diffunditur ac recipitur. Rursus vel econtra si vnius sextarii aquæ immitteref
vinum quod continerent aquæ duo sextarii. Cum duo sextarii recipiantur per vnum id quod
ex vtrisq; emergit vnius sextarii mensura constabit, quamobrem. Si hæc fieri nequeunt neq;
duo corpora poterunt vnum & eundem locum occupare quoniam corpus penetrare corpus
ac recipi per illud non potest, ergo locus nnn potest esse corpus. Sed neq; est quippiam incor-
poreum, vt demonstrauimus, vel igitur erit prorsus absq; dimensione, & ita neq; aliquod quã-
tumuis corpus reciperet, vel vna, vel bina dimensione gaudebit, & ita non recipiet totum cor-
pus secundũ seipsum totum. Oportet autẽ corpus qua corpus loco potiri. Si ergo locus non po
test esse corpus neq; quidpiam incorporeum, videtur itaq; locum nullo pacto esse. Quoniam
si esset, profecto corpus omnino, vel aliquid incorporeum esset. Deinde inquit quibus demon-

ſtrauimus locum eſſe ipſiſmet rationibus demonſtrare poſſumus ipſum non eſſe, per primũ nanq; argumentũ oſtendebatur maximæ locum eſſe quod erat tale. Si locus vnus & idem manens plura corpora alia atq; alia recipit. Et id quod vnum ac idem manens plura recipit corpora eſt atq; ab his quæ recipit diuerſum. Locus igitur eſt ac alterũ diuerſumq; exiſtit ab iis quæ recipit. Hoc eodem argumento (inquit) poteſt demonſtrari locum non eſſe. Nam quemadmodum vbi prius erat aqua poſtea ibi vinum, vel aer aut quidpiam aliud eſt, ita profecto vbi erat aquæ ſuperficies ibi poſtea adeſt ſuperficies vini, egreſſa aqua, vel aere & ingrediente vino, quapropter & ſuperficiei locus erit. Nam vnus & idem exiſtens aliam atq; aliam recipit ſuperficiem. Similiter demonſtrabimus lineæ locum eſſe. Nam ſi ſuperficiei eſt locus, conſtat ſane, vt illius termini etiam ſit locus, dico. ſ. ipſius lineæ. Nam in quo prius erat terminus ſuperficiei aquæ, in eodem poſtea fit terminus ſuperficiei aeris, deinde vini deniq; alterius ac alterius corporis, quapropter & lineæ tribuetur locus, ſed ſi lineæ locus datur, & termino eius aſcribetur videlicet puncto per eandem rationẽ. Et quoniã aliquid aliud eſt locus & alterum id quod locum occupat, igitur aliud quippiam erit punctum, & aliud puncti locus punctum videlicet vnũ & idem exiſtens. Sed quæ differentia eſt inter punctũ & locum puncti, nulla profecto eſt, neq; quiſpiam illam animo concipere poteſt. Nam inter corpus & locum corporis aliquam differentiam afferre poſſumus, etſi locus etiam corpus eſſet, quoniam corpus quod eſt locus qualitatis expers eſt, ſed id quod eſt in loco qualitate conſtat. Arqui inter punctum & locum puncti nequimus aliquod diſcrimen adducere. Hoc idem poſſumus dicere de ſuperficie & linea, verum de puncto fit ratio tanquã de illo in quo id patet apertiſſimæ. Præterea ſi puncti locus eſt, quoniam loci differentiæ propriiſſimæ duæ ſunt ſurſum. ſ. & deorſum quando quidem per has duas reliquæ quatuor habeantur, præter quas neq; animo aliam poſſumus cõcipere conſtat igitur locum puncti aliqua harum differentia ab aliis locis differre igitur, vel erit ex natura ſurſum, del deorſum, quare & idem punctum erit graue, vel leue. Nam quod ſuaptæ natura locum ſupernum occupat id leue eſt, & id quod immum tenet graue exiſtit, ſed punctum nequit eſſe graue, vel leue ergo impoſſibile erit vt ſit puncti locus. At ſi puncti non eſt locus neq; lineæ, neq; ſuperficiei, etſi non ſuperficiei neq; corporis locus erit, ſi deniq; corporis non eſt locus igitur neq; alicuius rei naturalis ac multo minus alicuius alterius locus erit videtur igitur penitus locum abolendum eſſe. Hoc ſecundo argumento igitur locus tollitur. Deinde inquit ſi locus numeratur inter ea quæ ſunt, quoniam omnia quæ ſunt, vel intellectualia, vel ſenſibilia ſunt. Et ſenſibilium aliqua elementis conſtant, aliqua vero elementa ſunt, ſimiliter & intellectualium alia ſunt elementa, alia autem ex elementis proficiſcuntur locum igitur ſi eſt, oportet in aliquo harum rerum genere incidere, vel ergo erit intellectuale quippiam, vel ſenſibile, & vtrorumq; aut erit elementum, vel id quod elementis conſtat. At nequit locus eſſe aliquid horum, per ſenſibilia enim dico. ſ. corpora naturalia, & elementa appello ea quæ actu ſunt & ſubſiſtunt, quæ etiam corpora ſunt, ceu quatuor elementa. At demonſtratum eſt locum non poſſe aliquod corpus dici, igitur locus non erit aliquid ſenſibile neq; vt elementũ neq; id quod elementis conſtat. Item neq; eſt aliquid intellectuale. Nam intellectualium ſunt etiam elementa intellectualia. Syllogiſmorum enim elementa ſunt propoſitiones, & propoſitionum ſyllabæ & vtraq; ſunt intellectualia ſimiliter & de aliis intellectualibus quæ ſubſiſtunt. Hæc enim prorſus magnitudinis & dimenſionis expertia ſunt, quoniam neq; lineæ, neq; ſuperficies neq; trina dimenſa dimenſione ſunt, ſed locus ſiquidem eſt, interuallum quoddam exiſtit, quoniam & eorum quæ ſunt dimenſione diuidua & formata capax eſt, quare locus neq; erit aliquod intellectuale. Si ergo locus intellectuale non eſt neq; aliquod ſenſibile. Et omnia quæ ſunt, vel intellectualia, vel ſenſilia ſunt, igitur videtur locum non eſſe numerandum inter ea quæ ſunt.

Alia rõ de puncto.

Si autem aliquis dixerit, quid vetat vt elementum ſenſibilium rerum non ſit corpus, cum etiam materia atq; forma ſint ſenſibilium rerum elementa & tamen incorporea ſunt? Reſpondeo itaq; quod imprimis diceretur fieri non poſſe, vt ipſum receptaculum eorum quæ dimenſione conſtant, ſit dimenſionis penitus expers. Deinde quia per argumẽtum quartum demonſtrabitur vniuerſaliter non modo locum non eſſe vt elementum, ſed etiam ſecundum nullum ſignificatum principii & elementi, ipſum affirmari elementum non poſſe. Nam cum demonſtrauit locum neq; elementum neq; id quod conſtat elementis, dici & cuncta quæ ſunt non modo elementa & ea quæ elementis ſunt, ſed etiam quædam alia præter hæc eſſe videntur. Nam efficiens cauſa & finalis neq; elementa ſunt neq; prorſus ex elementis, ſed velut principium, & velut ex diuiſione generaliſſima rerum in principiis atq; in his quæ principiis conſtant, oſtendit

Simplicius eandem dubitationẽ aducit primo.
Secũda.

locum

locum non posse adnumerari inter principia. Vel enim erit intellectuale, vel corpus, sed horum nihil esse potest, ita neq; principium neq; ex principiis, nunc autem nititur demonstrare locum pœnitus non esse aliquod principium eorum quæ sunt, neq; causam. Nam quatuor sunt rerũ omnium causæ (vt inquit) materia, forma, efficiens, & finalis quarum locus nulla est. Nõ enim materia est, quia ex loco nihil fit, ex materia autem omnia fiunt. Item locus continet, materia continetur, non igitur locus est materia. Præterea neq; forma est. Nam forma perficit vniuscuiusq; rei substantiam & per eam vnumquodq; informatur & informatum a cæteris distinguitur, qua aliquid quamprimum priuatur mox interiit & corrumpitur, ceu forma ignis est caliditas & siccitas quã ignis amittens non amplius ignis manet, sed corrumpitur. At qui si aliquid a proprio, naturaliq; loco alienum esset ac exiret id nihil minus esset & propriam seruaret formã, quando quidem ignis siue sursum siue deorsum maneat, nihil minus ignis fit, atq; cum deorsum fit proprium locum non habeat & tamen forma ignis non spoliatur neq; immutatur, quare neq; locus potest esse vt forma. Item neq; vt causa efficiens, quoniam nihil videmus factũ productumq; esse a loco. Præterea neq; est vt causa finalis quod quidem si demõstrabimus præter omnium fere opinionem id facturi sumus. Nam videtur esse veluti aliquis finis & expetendus a rebus. Id enim quod cupit aliquid vult illud fieri, quod cupit, ceu qui cupit bonum illud euadere optat & vult, similiter qui sanitatem optat hanc consequi vult & sanum in columenq; haberi & fieri auet. Sed nihil quod locum occupat locus fit, quare locus neq; causa finalis erit, ergo locus nulla causarum esse potest, sed demonstratum est neq; esse aliquid quod a causa sit productum, ergo locus prorsus nihil esse videtur. Sed forsitam aliquis contra hec ambiget, quoniam si id quod bonum appetit, in bono esse fieriq; vult, ac id quod appetit sanitatem in sanitate esse vult, similiter etiam quod appetit aliquem locum in illo esse vult, cur ergo non quẽadmodum bonum & sanitas sunt fines eorum quæ illa expetunt ita & locus non erit finis eorum quæ in loco esse cupiunt. Nimirum vnumquodq; quiescit & cessat expetere amplius cum iam loco suo & appetibili adheret ac illud iam consecutum est. Quemadmodum etiam mobilia secundũ locum moueri desinunt cessantq; cum iam proprio potiuntur loco, quem etiam appetebant. Quomodo igitur locus non est finalis causa? Respondeo igitur primo quod quidem iam dixi, quoniam quæ aliquid appetunt cum assecuntur illud, fiunt illud vi & potestate quod quidem appetibile erat, ac ex illo nomen trahunt, & forsitam cum illo conuenit nomine. Igitur id quod appetit bonum quod cum sane assecutum est bonum euadit atq; appellatur, similiter qui appetit sanitatem sanus fit & appellatur sanus, similiter de aliis dicendum est. Sed de loco id dici non potest, quoniam quod appetit locum id locus non fit neq; ab illo denominatur. Nam si qui virtutem appetit ab ea non denominatur trahatq; nomen, attamen aliquo modo illud fit quod quidem & virtus est. Deinde respondeo causas finales in illis conspici quorũ sunt fines, & locus alter est ab his omnibus, quæ intra collocantur, & nihil commercii conuenientiæq; cum ipsa re habet, quare tollitur dubitatio. Cæterum Aristoteles inquit. Et Zenonis dubitatio aliquam rationem & responsionem quærit. Nam si omnia quæ sunt locum occupãt, vt quibusdam videtur, & locus est de numero eorum quæ sunt, igitur locus in loco erit, & rursus ille in alio & hoc abibit infinitum. Hoc igitur est quintum argumentum. Sextum autem argumentum & vltimum ponit ex his quæ augentur. Et inquit si neq; corpus potest esse sine loco, siquidem fateantur omnia quæ sunt in loco esse, neq; locus est vacuum corpore priuatum. Nam paulopost id demonstrabitur esse impossibile. s. vt locus sit vacuum. Quid ergo dicemus de his quæ augentur. Quando enim corpus quod augetur maius fit, huic vnde locus super erit quum iam omnia plena sint siquidem vacuum non est. Necesse est igitur locum maiorem fieri, & simul augeri cum corpore. Quomodo igitur, vel vnde augebitur locus, difficile ẽ perspicere & contueri. Et si dabitur id quod augetur maiorem locum continere, profecto & locus maiorem locum occupabit, & denuo locus in loco erit. Item locus, quem occupabat, vel erat vacuum antequã illud susciperet, vel erat corpore plenum. Sed nequit esse vacuum neq; duo loca in eodem neq; duo corpora. Restat itaq; vt reliquum corporis quod quidem adoleuit ac corpori additum est non esse in loco quod quidem etiam fieri non potest. Si ergo corpora adolescunt augenturq;, & locus siquidem, neq; vacuum neq; corpus non existens in loco esse potest ei necesse erit in auctione corporum alterum horum esse, ergo videtur pœnitus locum non esse.

VERVM si locus sit aliquid mox dubitatio fit, quidnam sit, an moles quædam

Qd locus nõ sit aliqua cã. Vide simplicium.

Eudemus inquit p cõperio & postulato fieri vt locus vlla sit cã.

Dubiũ pulchrũ.

Primũ resp̃sum.

Secũdũ respõsum.

corporis:an alia quedam natura. Est enim genus ipsius primo querendum.

Quare & si locum esse demonstrauimus, tamen sermo de illius definitione, ac de eo quod ap pellant quod quid est, multas habet dubitationes, tanquam denuo instandum repugnãdum q̃ sit, vt rationibus probetur ipsum penitus non esse.

IGITVR habet dimensiones quidem tres & longitudinem: latitudinem: & profunditatem quibus omne corpus definitur. At impossibile est locum corpus esse. Nam erunt in eodem duo corpora. Praeterea si corporis locus est ac receptaculum patet etiam: ut sit superficiei & reliquorum terminorum.

Per haec verba tres dimensiones habet, indicat minorem propositionem, per haec alia, scilicet quibus omne corpus definitur, maiorem affert. Erat autem minor propositio talis. Locus trina dimensione constat. Maior vero haec, omne quod habet tres dimensiones est corpus, praetermisit autem conclusionem veluti perspicuam, quae talis erat ergo locus est corpus. Et posuit absurdũ q̃ sequitur hanc conclusionem quod quidem est conclusio secũdi syllogismi hippotetici dicẽs. At impossibile est locum esse corpus. Erat autem syllogismus hippoteticus talis, si locus est corpus duo corpora in eodem erũt. Sed impossibile est duo corpora in eodem esse, ergo neq; locus poterit esse corpus. Huius igitur syllogismi deductionem omisit hanc scilicet si locus esset corpus duo corpora in eodem essent, conclusionem autem & assumptum dixit, scilicet. Nam erunt in eodem duo corpora, qui sane idem est huic. Impossibile est duo corpora in eodem esse.

EADEM enim accommodabitur ratio. Nam ubi prius erant superficies aque rursus ibidem superficies aeris erunt. At nulla est differentia puncti ac loci puncti.

Eadem (inquit) ratio quam adduxit de vicissitudinaria corporum trãsmutatione, accommodabit ẽt ad ostendendũ, quod si corporis sit locus & superficiei, lineę, ac pũcti similiter erit locus.

QVARE si locus ab hoc diuersus nõ est: neq; ceterorũ ullo diuersus est neq; quicq̃ est ipse preter unumquodq; istorum. Quid enim tandem locum esse ponemus.

Inquit si puncti locus non est diuersus a pũcto, constat sane, vt neq; superficiei nec lineae nec corporis loca ab illis erunt distincta, quomodo autem locus pũcti nõ sit diuersus a pũcto ostẽditur. Nam quomodo distabit locus puncti ab ipso puncto. Maior enim eo non est, quoniã qua parte illum excedit hac nihil eius continet, siquidem eius nulla sit pars, neq; locus est eo quod maior est. Quod si punctus est equalis, erit ipsemet pũctus qui in loco esse dicitur, quamobrem totum quod fit ex puncto qui locus est & ex puncto qui locum obtinet, & vnus punctus esset, quando quidem puncta sese inuicem adequent, quoniam & si infiniti simul coniungerentur nõ efficerent totum maius. Si ergo vnus erit punctus, locus pũcti non erit diuersus ab eo puncto q in loco est. Eadẽ ẽt dici p̃nt de linea & supficie. Si ergo horũ nullius locus ẽ, neq; corporis erit. Nã id quod est in loco secũdũ seipsum totũ debet esse in loco quemadmodum in dolio vinum.

NEQVAE enim elementum: neq; ex elementis: aut corporeis: aut incorporeis esse potest talem habẽs naturam. Nam magnitudinem quidem habet, sed nullum est corpus. At sensibilium quidem corporum, elementa sunt corpora.

Hoc est tertium argumentum. Dixit autem talem habens naturam, pro hoc est capax corporum vnus & idem manens immutabilis, & nihil conferens ad substantiam corporum. Hoc aũt dixit, propterea quod Plato videtur dicere locum esse materiam, quod quidem refellet confutabitq; deinceps. Quocirca inquit volentibus tueri seruareq; verã loci intelligẽtiã, quã ex ꝓpria locι natura habemus & nõ abutentibus noĩe eius dificile ꝑfecto erit afferre tradereq; qd sit locus.

EX intelligibilibus autem elementis nulla fit magnitudo.

At qui prima fronte occures his dictis, q̃m materia & forma sunt elementa non sensibilia. Nã compositum est sensibile, & tamen ex compositione ipsorum elementorum intellectualium fit magnitudo. Sed respondeo haec aliquando actu non per se subsistere. At ratio fit de his elementis quae actu subsistunt. Subsistit etiam locus. Non ergo simpliciter de omni elemẽto intellectua

li inquit,

li inquit, sed de elementis quæ rerum intellectualium sunt elementa & ipsa videlicet sunt intellectualia. Ex his igitur componentibus inquit nullam magnitudinem fieri, ceu ex terminis, vel ex propositionibus. Nam quippiam intellectuale ex his constitutum syllogismus est.

PRAETErea cuiusnam rei causam locum esse quispiã ponet. Nulla enim quatuor causarum ipsi inest. Neq; enim ut materia eorum quæ sunt, causa est, quippe cum ex eo nihil constet. Neq; ut forma & ratio rerum, neq; ut finis, neq; mouet ea quæ sunt.

Quoniam in probatione rationum de loco dixit locum magnam habere vim & potestatem, in hoc argumento vult ostendere contrarium, quoniam nihil confert ad ea quæ sunt. Nam ad nullam causarum reduci potest dixit autem per geminationem vocabulorum formam & rationem, quoniam nihil aliud est vniuscuiusq; forma, q̃ definitio significans quod quid erat esse.

PRAEterea & ipsa si sit unum aliquid eorum quæ sunt alicubi erit. Zenonis namq; dubitatio rationem aliquam querit. Nam si omne quod est in loco est, patet & loci locũ esse atq; hoc in infinitum abibit.

Aliud Argumentum. Inquit si omnia quæ sunt locum occupant, & locus est de numero earum rerum quæ sunt, igitur & ipse in loco erit, & hoc abibit in infinitum. Nam responsionem. Forsitam Zeno de hoc dubitat & destruit differentiam locorum qui sunt, quoniam funditus locum tollit vt ostendat vnum ens tantum esse. Nam locorum differentia plane multitudinem rerum exhibet atq; ostendit. Hæc autem dicimus coniectura, quoniam non habemus dicere plane, quid Zeno cum de hoc dubitauerit, dicere voluerit, forsitan etiam infinitum introducere voluit, quoniam si locus in loco & ille alius in alio, hoc sane abibit in infinitum, quapropter infinitum est. Vel si quis velit, temere insulseq; intelligere, quoniam Zeno hec forsitã dixit, vt destrueret rationem dicentem omnia quæ sunt locum occupare. Quoniam si omnia sunt in loco, & locus inter ea quæ sunt comprehenditur, igitur locus in loco erit & alius in alio & hoc in infinitũ abibit quare si hoc absurdum & impossibile, igitur non omnia quæ sunt locum occupabunt.

ITEM si quemadmodum omne corpus in loco, sic est & ĩ omni loco corpus. Quonam pacto dicemus de his quæ adolescunt. Nam si locus cuiusq; neq; minor neq; maior eo est, necesse simul cum ipsis locum augeri ex his igitur nõ modo quid sit locus sed etiã si prorsus est ambigere oportet.

Extremum Argumentum. Verum duas dignitates prius sumit primum omne corpus in loco esse. Hoc enim communi consensu fatebãtur, siquidem omnia quæ sunt in loco esse dixerint, aliud autem accipit velut consequens. s. in omni loco corpus esse. Nam locus quo ad hoc in loco dicitur. Demõstrabit autem deinceps non esse vacuũ. His ergo sic se habẽtibus inquit. Quid dicemus de his quæ adolescunt. Nam id corpus quod per incrementum additur, vel non erit in loco quod quidem fieri non potest apud eos qui locum affirmant vel in quodam vacuo præexistente est, quod profecto confutabitur. Vel locus augetur ex paruo maior factus quod etiam ridiculum est, quonam pacto hæc loci auctio intelligi poterit. Ex his omnibus igitur inquit, non solum, quid sit locus inuentione dificile est quod quidem proposuit demonstrare, sed etiam cõcessimus pariter ad ostendendum locum prorsus non esse.

CVM autem quodam per se, quodam uero per aliud dicatur. Et locus alius communis sit, in quo corpora omnia sunt, alius proprius in quo primo quippiam est. Dico autem ceu tu nunc es, qui quidem in celo est. Et rursus in aere es, quia in terra es, & in hac similiter, quia hoc es in loco qui nihil plusquam te continet.

Quoniam superioribus dixit ex his quæ loco competunt de ipso idem enunciari affirmariq; non posse, sed ex quibusdam illi competentibus existimari esse vniuscuiusq; formam, & ex quibusdam aliis materiam. Nunc autem id ipsum vult ostẽdere. s. quomodo partim materia partim vero forma esse existimatur. Deinceps multis argumentis ostendit locum neq; materiã neq; formam dici posse. Vt igitur ostẽdat quo pacto locus forma esse excogitatur, & quomodo materia, quod quidem consueuit semper facere modo etiam facit, dico. s. quia diuersa loci significata diuidit & distinguit. Quoniam quidam locus proprius est de quo etiam nunc facimus sermonem.

Item cũ ſibi ſolitũ ſemper ſit vocum que ambiguæ equiuoceq; ſunt, differentes ſignificatus diſtinguere & decernere illũ, qui ſuo inſtituto ac ſermoni accõmodatur proinde nunc idẽ etiã efficit, quod quidẽ neceſſarium eſt ei qui facturus eſt ſermonẽ de loco, ac etiã ad oſtendẽdũ ex quibus loco competentibus videatur ipſe aliquando veluti forma eſſe, aliquando autem materia. Nam locus qui communior eſt nõ habet emphaſim, coniecturam ſuſpitionemue vt queat forma eſſe exiſtimari. Vt igitur diſcamus quod modis dicatur eſſe locus, huiuſmodi vtitur diuiſione, quoniam cum aliquid primo ſit, aliquid vero per aliud, ſimiliter etiam locus ſe habet. Eſ quidẽ aliquis eſt locus primus ac propriiſſimus vniuſcuiuſque, alius autem ſecundum aliud, ceu homo dicitur ſenſitiuus eſſe ac mentis & ſcientiæ capax, ſed ſenſitiuus dicitur per aliud, quoniam quatenus animal & nõ quatenus homo ſenſitiuus eſt, quatenus homo autẽ eſt mentis & ſcientiæ capax, ſimiliter in multis alliis. Igitur & locus quidam primus erit & per ſe, quidam vero per aliud. Nam fateor me eſſe in cælo non primo, ſed per aliud cum cælum omnia que ſunt contineat. Nam ipſe in cælo non ſum ſed in aere, & quia aer eſt in ipſo cælo proinde & ipſe me fateor in cælum eſſe, igitur per aliud in cælo ſum & nõ primo, ſimiliter fateor me in aerem eſſe non primo ſed quia ſum in hac vel in h c ipſius aeris parte. Item in terra aio me eſſe non primo ſed quia ſum in hac illius parte, que quidem cum hac aeris parte me ſolum proxime continet. Et is eſt primo & propriiſſime vniuſcuiuſque locus, qui proxime vnumquodque ſolum continet & ſeperat ab aliis. Eſt igitur vt tandem omnia complectar proprie locus qui proxime vnumquodque corpus continet, & contra ſi continet vnumquodque hic eſt locus, quo circa (inquit) locus erit terminus. Vnde ſi locus eſt id quod primo vnumquodque terminat & definit, videbitur ergo locus eſſe forma. Nam formæ proprium eſt definire & terminare vnũquodq; & illud ſeiungere ſepararecque ab aliis. Ex his ergo (inquit) videbitur locus vniuſcuiuſque forma eſſe. Ex aliis autem que rurſus illi inſunt, exiſtimatur materia eſſe. Nam ſi locus eſt aliquod interuallum & ſpacium ſeparatum magnitudinum capax, videbitur materia eſſe, quandoquidem huiuſmodi & materia aliquid indefinitum ſpacium per ſe ſit, que definitur magnitudinum ſuperficiebus, figuris & aliis affectionibus. Nã inquit ſi a ſphera auferamus affectiones, figuram & terminos nihil aliud relinquetur in circuitu eius quam itercapedo aliqua indefinita, aliquodque ſpacium omnino ſine terminus. Hoc autẽ eſt materia ipſa mole extẽſa, locus igitur huiuſmodi aliquid eſſe videtur. Nam eſt aliquod interuallum per ſe figuræ qualitatiſq; expers quod capax eſt eorum que figura & qualitate formata ſunt, qua ratione locus videtur materia eſſe, & non ſolum ob id videtur locus materia eſſe ſed etiam quia vnus & idem manens plurium magnitudinum alterius atque alterius capax eſt. Hoc enim eſt maxime proprium materiæ & propter hec iquit, Plato in Timæo dixit id quod alternatim recipit & receptaculum locum que vnũ & idem eſſe. id nanque quod alteratim recipit apud Platonem ſignificat materiam. Si ergo materia eſt id quod alternatim formas recipit & hoc ipſum eſt receptaculũ quod nihil aliud eſſe poteſt quam locus, igitur Plato materiam locum eſſe dixit. Verum ſi in Timeo materiam aliter appellauerit ipſam nominas id quod alternatim formas recipit, & in agraphis colloqui s.ſ.his que in accademiam domique priuatim & publice legendo, magnum & paruum ipſam vocari, nihil intereſt. Nobis modo ſat eſt illum id quod recipit alternatim receptaculum & locum appellaſſe. Vnde (inquit) omnes alii de loco duntaxat enunciarunt aſſeruerunque locum eſſe. At ſolus Plato periclitatus eſt dicere quid ſit locus, dicens ipſum eſſe materiam receptaculum & locum, Ariſt. igitur (vt conſueuit) ea que apparent confutans merito obiicit Platoni aſſerenti locũ materiam eſſe. Verum perſpicuum eſt Platonem non hunc locum de quo nos modo diſſerimus ac affirmamus eſſe corporum compoſitorum capacem, materiam appellaſſe, ſed quadam naturalium formarum proportione locum appellauit materiam. Quoniam quemadmodum omne corpus naturale in loco eſt, ita omnis forma naturalis eſt in materia. Vt etiam ipſe Ariſt. in libro de anima appellauit animam locum ſpecierum. Et enim inquit bene dixerunt qui animam eſſe locum ſpetierum & mentem ſpetierum intellectualium aſſeruerunt. Hunc igitur in modum & ipſe Plato inquit materiam locum eſſe formarum naturalium. Nam ſi vt ſe habent ſpeties ſenſibiles vel intellectuales ad animam, ita ſe habent & forme naturales ad materiam, & anima appellatur locus ſpetierum ſenſibilium & intellectualium, igitur & materia dici poterit locus formarum naturalium, tanquam earum receptrix & capax, ac id ſine quo ille conſiſtere nequeunt. Nam aſſimilatur & quandam proportionem habet forma ſeparata & abiuncta cum patre, & materia cum matre. In ſemine genitali nãq; ſunt quedam rationes producẽdi, que a forma ſeparata materiæ immittuntur in fætu autem veluti in materia producuntur formãturq; na

turales formæ ab ipſis rationibus genitalibus & producentibus. Quocirca Timeus materiam matrem altricem & ſyluam receptaculumq; appellauit. Vocauit autem materiam ſuſceptiuum & ad id quod alternatim formas ſuſcipit, tanquam id quod viciſſim omnes formas recipit, ac ſuſcipit, & duntaxat viciſſim recipit, & ipſa nullo pacto recipitur, ſed quomodo etiam ipſam appellauerit magnum & paruum ſæpe diximus, quoniam illam hoc modo vocauit tanquam capacem contrariorum, prima namq; contrarietas & generaliſſima eſt quæ fit inter magnum & paruum, quoniam & materia primo mole extenditur quantitatem recipiens, at in quantitate prima oppoſitio eſt ſecundum magnum & paruum. Hunc igitur in modum ex his quæ loco competunt, oſtendens ex quibuſdam locum materiam eſſe videri ex quibuſdam vero formam, deinceps pluribus argumentis demonſtrat materiam neq; locum dici poſſe, neq; formam. Sunt autem numero omnia argumenta octo, per primum igitur argumentum communi ratione demonſtrat neq; materiam eſſe locum neq; formam & hac ratione. Materia & forma (inquit) a re cuius ſunt non ſeparantur. Sed locus ſeiungitur ab his quorum eſt locus, igitur locus non eſt forma neq; materia. Quod vero res ſeparentur a locis in quibus ſunt perſpicuum eſt. Nam (inquit) eo in loco vbi prius erat aqua in eodem egreſſa aqua fit aer, vt etiam videre licet in ipſo vaſe in quo prius erat vinum quo egreſſus in eodem aqua ingreditur vel aer. Etenim dolium (inqui) eſt locus tranſlatilis, eodem modo etiam locus vt vas ſe habet, vt igitur dolium non eſt materia neq; forma eorum quæ ſunt in ipſo neq; aliud his ſimile, propterea quod materia forma & huiuſmodi ſunt in ſeparabilia a re cuius talia ſunt, & dolium ſeparabile, ſic igitur dico ſenſoq; de loco vniuerſaliter dici. Secundum argumentum particulari modo ac diuiſim profert. Nam eadem ratione oſtendit locum non eſſe formam, ſiquidem forma eſt inſeparabilis, locus autem ſeparabilis. Quod etiam locus non ſit materia hoc modo demonſtrat, locus continet ea quæ ſunt in loco, materia autem continetur & non continet, igitur locus non eſt materia. Tertium argumentũ huiuſmodi eſt, locus extrinſecus eſt rei cuius eſt locus, materia vero & forma non ſunt extrinſeca rei cuius ſunt, igitur locus neq; materia neq; forma eſt. Quartum argumentum fit hoc modo per ſyllogiſmum hippoteticum, ſi locus eſt materia & forma nihil duceretur in ſuum proprium locum, quoniam nihil ducitur ad id in quo eſt, ſed vnumquodq; eſt in ſua materia & forma. Et omnia feruntur ad ſua loca, igitur locus materia & forma non eſt. Item etiam argumentum formare poſſumus per figuram ſyllogiſmi cathegorici, & facere quintum ſyllogiſmum hoc modo quæ mouentur ſecundum naturam, ad propria ſuaq; loca feruntur, ſed nihil mouetur ad ſuam formam & materiam igitur locus non eſt materia neq; forma. Hic autem ſyllogiſmus eſt in tertia figura. Quod vero nihil moueatur ad ſuam materiam & formam perſpicuum eſt. Nam mouetur aliquid ad id in quo prius non erat; At omne quod eſt iam formam & materiam habet. Sextum argumentum tale eſt, in loco ſunt ſurſum & deorſum ad quæ etiam mouentur mobilia, ſed in materia & forma non ſunt ſurſum & deorſum, locus igitur neq; materia eſt neq; forma. Septimum argumentum tale eſt ſi locus forma vel materia eſt, & materia & forma ſunt in re ipſa dico. ſ. in compoſito, & res ipſa de loco ad locum tranſmutatur, perſpicuum namq; eſt vt forma & materia vna cum re mouentur & ſimul locum aſſequantur cum re ipſa, quare & locus ſimul mutabitur cum rebus de loco ad locum. At primum abſurdum eſt vt loca moueantur deinde, accidet locum in loco eſſe. Nam ſi compoſitum in loco ſit, quãdo hinc proficiſcitur alio, & compoſitum nihil aliud eſt quam materia & forma, profecto & materia & forma in loco erunt, ſed locus eſt materia & forma igitur locus in loco erit. Sed reduces ſyllogiſmum ad quartum modum primæ figuræ hoc modo, locus vel materia eſt vel forma, materia autem & forma in compoſito ſunt, quandoquidem nihil compoſitum ſit præter formam & materiam, compoſitum ergo a loco in locum alterum cum tranſmutatur & ſit, locus igitur mutatus de loco ad locum alterum locum occupabit, ſi ergo abſurdum eſt locum loco complecti igitur locus neq; materia neq; forma erit. Nam hanc ſuppoſitionem abſurdum ſequebatur. Octauum argumentum. Si forma eſt locus (inquit) quando itaq; corrumperetur aqua & mutaretur in aerem, corrũperetur neceſſario & locus aquæ ſiquidem forma eſt locus. Sed quonam pacto loci corruptio cogitari poteſt. Na Ʒ vt locus non generatur neq; interiit, item neq; ſenſus tranſmutata aqua in aerem locum aque corrumpi interireq; conteſtatur & approbat; quoniã in eodem aliquod aliud corpus ingreditur, ſi autem locus materia eſt quoniam & ipſa eadem manet tranſmutata aqua in aerem, cur igitur aqua tranſmutata in aerem in alio loco fit eadem manente materia ac exiſtente? His ergo omnibus conſtat locum neq; formam neq; materiam affirmari poſſe. Cæterum ſciendum eſt, quod per ſe opponitur ei

tates,ceu color grauitas & reliqua id genus. Nam his ſublatis demptiſq; reſtat indefinita quædam moles ſine termino,quæ quidem materia eſt,materia autem ſiue prima ſit vel melius ex id q; quantitate extenſum eſt quod eſt ipſa terna dimenſio quæ per ſe indefinita & figure expers eſt,quoniam nulli neq; definite quantitati ceu bicubito vel tricubito,neq; alicui iam figura formato eadem eſt.vnde aliam atq; aliam magnitudinem & figuram recipit,quam quidam etiam cenſuerunt primam materiam eſſe.

QVAPROPTER & Plato materiam & receptaculum in Timeo idem eſſe inquit.Nam ſuſceptiuum & receptaculum unum & idem eſſe dicit.

Inquit per hanc cauſam, quia videtur locus ſimilis materiæ & Plato in Timæo inquit materiam & receptaculum idem eſſe.Receptaculum locus eſt,quapropter inquit Plato locum & materiam idem eſſe.Nam ſuſceptiuum & id quod alternatim formas recipit appellat materiam, vt iam dixi velut formarum alternatim capacem & ſolum recipientem & nullo pacto receptam.Diximus autẽ quomodo & ipſam locum appellat,quoniam ſecundum proportionem & ſimilitudinem,quemadmodum & ipſe Ariſtoteles animam locum ſpetierum cogitabilium & mentem intellectualium vocat. Quid Plato.

ET quanquam alio modo ibi ſuſceptiuum alternatim appellat,in hiſce uero ſententiis quas non reliquit locum & receptaculum tamen idem eſſe aſſeruit.Cuncti nanq; locum aliquid eſſe aiunt.Quid autem ſit,hic ſolus dicere periclitatus eſt.Merito autem ex hiſce conſiderãtibus difficile eſſe uidebitur quid nam ſit locus cognoſcere, an utrumuis horum ſit,ſiue materia ſiue forma

Ideſt aliter in Timæo Plato nominauit materiam & aliter in ſententiis non ſcriptis quas ſcilicet,academiæ diſſerendo tractandoq; publice & priuatim ſcriptis non reliquit.Nam in ipſis magnum & paruum vocauit materiam vt in ſuperioribus libris Ariſtoteles dixit. Et nos diximus quomodo materiam appellauit magnum & paruum.In Timæo autem materiam appellat ſuſceptiuum alternatim propterea quod formas alternatim ipſa recipit. Colloquia autem Platonis non ſcripta ipſe Ariſtoteles conſcripſit. Veruntamen locum receptaculum idem eſſe aſſeruit.Ideſt ſi aliter diuerſoq; modo appellat materiam, attamen materiam & locum idem eſſe inquit.Nam ſi materia vocat receptaculum & receptaculum nil aliud eſt quam ipſe locus.Conſtat itaq; quod locus idem materiæ erit.Cæterum inquit omnium dicentium locum eſſe nemo dixit quid locus ſit niſi ſolus Plato,qui dixit quid eſſet locus quoniam ipſum dixit eſſe materiam; Verum nos diximus non talem locum Platonem aſſeruiſſe materiam de quo nunc ſermo eſt ſed ſecundum proportionem & ſimilitudinem,quoniam,vt corporum locus eſt elementum,ita & materia formarum.

NAM & hæc ſummam habent contemplationem & ſeorſum alterum ſine altero facile cognoſci non poteſt.

Deinde inquit & hinc oſtenditur difficilem eſſe contemplationem de loco,ſiue forma,ſiue materia etiam locus ſit adhuc magis difficilis eſt ſermo de loco. Nam qui illum materiam vel formam eſſe aiunt,illum reducunt ad principia, quorum contemplatio per ſe ſumma eſt & non facilis. Et quamobrem tentamus ea ſeorſum cognoſcere quæ ſe iungi cognitione perceptioneq; inter ſe nequeunt?Nam materia & forma ſunt de numero eorum quæ ad aliquid ſunt.Nam materia ad formam dicitur, quoniam formæ eſt materia, ſimiliter econtra forma naturalis eſt materiæ forma.

Aduerte ſummam veritatem quo fit vt nemo ſine Platõis operibus recte Ari. itelligerẽ poſſit la tini ergo ſuá phere philoſophiá & nõ illam Ar. cõmẽtati ſunt.

AT uero non eſt difficile uidere utrunuis horum eſſe non poſſe. Neq; enim materia neq; forma ſeparatur a re.At locus ſeparari poteſt.In quo nanq; erat aer in hoc rurſus eſt aqua,uiciſſim aqua & aere ſibi cedenti bus & aliis corporibus ſimiliter ut diximus.

Hinc igitur refellit dicta & pluribus argumentis probat locum neq; materiam neq; formam eſſe poſſe.Nam materia & forma non ſeparantur a re,Locus autem ſeiungitur a re, igitur locus neq; materia neq; forma erit,in ſecunda figura, maiorem igitur propoſitionem tanquam per-

& hoc absurdum est secundum formas in loco esse constat etiam vt nec locus sit materia.

PRETEREA quomodo ad suum locum res pergeret si locus esset materia uel forma.

Quartū argumentum. Nam hic rursus prosequitur ea que precedentia sequuntur, quoniā interseruit digressionem quam contra Platonem adduxit. Et inquit si locus esset materia vel forma nihil pergeret ad suum locum, quoniam nihil fertur in suam materiam & formam. Nam in ipso iam sunt, sed quodcunq; fertur ad suum locum, bolus glebulaq; terre deorsum vergit, ignis uero sursum, igitur locus non est materia neq; forma hunc ipsum sy llogismum efficito cathegoricum & habebis quintum argumentum. Omnia feruntur at suum locū, in materiā & formam nihil fertur ergo locus neq; materia neq; forma est.

ESSE enim id locus non potest: ad quod non est motus: & quod has differentias sursum & deorsum non habet. Quare locus in talibus est querendus.

Hoc est sextum argumentum, ac simul est probatio argumēti quod superius adducebatur ante istud. Et itaq; hoc argumētū. In loco sursum & deorsum sunt, in materia & forma nec sursum nec deorsum est locus igitur neq; materia neq; forma est. illud autem, esse enim id locus non potest ad quod non est motus, est probatio vtriusq; argumenti. Nā ad quod nō est motus, neq; in eo sursum & deorsum ponūtur, neq; profecto ad id aliquid fertur, sed in materiam & formā non est motus neq; sursum nec deorsum, quare neq; aliquid perget ad hec, quapropter in his querendus est locus, in qbus profecto motus est in his etiā sursum & deorsum ponunt.

SI autem in ipsa re locus non inest: oportet. n. in esse: siquidem locus est forma uel materia: locus erit in loco, mutatur enim simul cū re atq; mouetur & forma & id quod terminus caret non in eodem est semper: sed ubi est ipsa res quare fit ut loci sit locus.

Septimū argumentum, si locus est forma & materia, in ipsa re est forma & materia, igitur & locus erit in ipsa re, quum ergo res mutabitur secundum locum, id est compositum ex materia & forma, & ex alio loco mutatum acceperit alium locum, profecto vna cum ipso composito mutabitur materia & forma. Nam vbi sunt composita, ibidē etiam necesse est simplicia componētia esse, non enim manent semper in eodē loco sed simul cū re mouentur & mutantur, quare si totum in loco sit, igitur materia & forma in eodem erūt, sed hec sunt locus, igitur locus in loco sit, quare loci locus erit.

PRETEREA quando aqua ex aere fieret, periret ipse locus. Nam corpus quod factum est in eodem nō est. Atque nam est loci corruptio. Diximus igitur ex quibus necesse est locum aliquid esse, & rursus ex quibus de substantia eius quispiam ambigeret.

Octauum argumentū, si locus est forma, quū igitur aqua corrumperetur & fieret aer, corrupta ipsa forma, corrumperetur profecto locus. Que igitur esset loci corruptio non haberent dicere quomodo illa esset. Non. n. dicerent corrūpi ipsum, sed in ipso corpore facto ex aqua esse locum dico. Sin aere non enim in eodem loco est ipsa quoniam alia est aeris forma. Si ergo alia est forma aeris ab ipsa aqua & locus est forma, non igitur in eodem loco aque aer est.

POST hec sumendum quod modis aliud in alio esse dicitur. Vno igitur modo ut digitus in manu: & pars omnino in toto. Alio modo, ut totum in partibus. Non enim totum est preter partes. Alio etiam, ceu homo in animali, prorsus ut species in genere.

Cum principio ostendisset locū esse, deinde cum voluisset afferre quid sit locus sermonē deduxit in contrarium, & demonstrauit, quod si volueris quid sit locus tradere, nobis prius periclitandum esse ne prorsus locus sit, quo pacto ad vtrāq; disputationis partem arguit. Item principio sermonis dixit ex his que loco insunt idem de loco dicere accipereq; nos minime posse. Et deinceps demōstrauit ex quibusdā ipsum videri materiā esse, ex qbusdā vero formā, qđ pluribus argumētis cōfutauit, qm neq; mā pōteē, neq; forma. Cū igit hæc dixerit recurrit ad ostēdendū quid sit locus, ac ea afferre quæ sibi videntur de loco sentienda q; esse. Quo demōstrato, sicu qd

locus ſit explicatum fuerint, ſoluentur omnes dubitationes ex quibus videbatur locum tolli, & ee præſertim dubitationes, quæ eo quod male accipiunt quid ſit locus emergunt, ceu ille quæ accipiunt locum eſſe quodam ſpacium terna dimenſione dimenſum. Sunt etiam aliæ quæ omnino per ſe falſe ſunt, velut illa que dicit omne quo eſt in loco eſſe, aut illa in qua dicitur omne ens vel elementum eſſe vel id quod elementis conſtat. Vult igitur (vt dicebam) tradere quid ſit locus ſcilicet definire locum ſed quoniá manifeſtiora loco ſunt ea que in loco exiſtunt, & que in loco ſunt in aliquo exiſtunt, proinde vult adnumerare ſignificatus illius quod dicitur eſſe in loco, & explicare quot modis aliquid dicitur eſſe in aliquo. Et dicit totidem modis aliquid in aliquo dici, quot conſueuerunt interpretes afferre in commentario prædicamentorum, quanquam hic non omnes ſignificatus illius quod eſt in aliquo ſed duntaxat nouem adducat, omittit autem duos illum ſcilicet quo aliquid dicimus eſſe in tempore, ac illum quo aliquid in ſubiecto eſſe fertur. Et ſimul querit ſi aliquod idem ſit in ſeipſo, ſiue ſecundum vnum aliquem ſignificatum horum quos modo inquit, ſiue ſecundum aliquem alium modum. Perſpicuũ autem eſt nos loqui de naturalibus de quibus modo Ariſtoteles diſſerit. Querit igitur nunquid ſit aliquid in ſeipſo, aut omne nuſquam eſſe, aut alicubi. Inquit ergo, quoniam eſt aliquid ꝙ dicitur primo & aliquid quod eſt per aliud. Nam dicitur Socrates albus non primo ſed per aliud quoniam pars eius alba eſt, ſcilicet corpus, ſed neq; corpus primo album eſt, ſed ſuperficies primo alba eſt, propter quam corpus, & propter corpus Socrates albus eſt, Socrates igitur ſecundum aliud & non primo eſt albus. Similiter Socrates calciatus petaſatuſq; dicitur non primo ſed per aliud, quoniam pars eius calciata eſt, ſcilicet eo quod pes calceis induitur. Item Socratam videre per aliud dicitur quandoquidem per hanc partem vbi ſunt oculi videat. Cum igitur aliqua ſint primo, aliqua vero per partem, igitur primo aliquid eſſe in ſeipſo non poteſt, ſed per aliud & ſecundum partem, igitur illius quod dicitur in ſeipſo eſſe aliud eſt vt locus & recipiẽs, & aliud id quod eſt in illo. Cum igitur partium totius altera in altera ſit hac ratione totum diceretur in ſeipſo eſſe non primo, neq; eo quod ipſum totum ſit in ſeipſo, ſed quia altera partium in altera eſt. Quemadmodum enim dicimus hominem ſumet mouentem, non eo quod totum moueat totumq; moueatur, ſed quia aliqua pars eius mouet, & alia mouetur. Nam anima mouet & corpus mouetur, quopacto etiam dices amphoram eſſe in ſeipſa, quia pars in parte eſt, ſcilices vinum in amphora. Hac igitur ratione poteſt duntaxat aliquid eſſe in ſeipſo, ſcilicet per partem (vt dicebam) & abuſiue. Nam conſuetudo hunc ſibi aſciuit aſcripſitq; vſum, appellare, ſcilicet tota nomine partis, vt cum dicimus Socratem calciatum petaſatumue eſſe, vel videre, vel ſcire. Nam eo quod animus ſcit, aut oculus videt, vel pes calceo induitur, ita ex parte totum denominatur. Hoc igitur modo de loco etiam dicendum eſt. Eo nanq; quod aliqua partium totius in aliqua eſt & non aliqu a alia præter totum, diceretur totum in ſeipſo eſſe Quoniam igitur vnaqueq; pars animalis manus, ſcilicet dico pedes. Et relique in toto ſunt, diceretur etiam totum animal in ſeipſo eſſe non primo (vt dicebam) ſed per aliud & impropriè; ita igitur amphora ipſa vini diceretur in ſeipſa velut in loco, eo quod pars eius alia eſt in altera velut in loco. Eo enim quod totum non eſt præter locum & id quod eſt in loco hac ratione idem totum dicitur eſſe in ſeipſo: Hoc igitur modo duntaxat aliquid idem poteſt eſſe in ſeipſo. Sed primo non poteſt neq; per ſe, neq; per accidens, quod deinceps oſtendit inductione ac ipſa demonſtratione vtens.

Quid Alexá. Obiect. contra Alexan.

Cæterum Alexáder adiecit alios ſignificatus illius quod dicitur eſſe in alio, & eorum vnum eſt quo ſimulentia eſſe inquit, dico, ſcilicet ea quæ ſeſe viciſſim attingunt ſecundum ſuperficies. Nam hæc dicerentur eadem inter ſe eſſe. Atqui conſtat, vt ea quæ ſimul eſſe dicuntur, vel omnino vt in tempore ſimul eſſe dicantur, vel vt in loco, igitur ea quæ ſeſe attingant ſimul eſſe velut in loco dicuntur. Nam ſuperficies quibus ſeſe mutuo tang unt, ſunt pars loci continentis ipſa, quare hic non eſt alter ſignificatus illius quod eſt in aliquo præter modos enumeratos. Alter autem ſignificatus quem adiecit, non utilis eſt. Dicitur enim (inquit) in aliquo eſſe velut ſubiectum in accidente, vt dicimus in bonis aliquem virum vel in malis eſſe. Dicimus enim hoc modo ſubiectum in accidente.

ALIO autem modo ut geuus in ſpecies, & omnino in ſpetiei ratione pars ſpetiei, præterea ut ſanitas in calidis atq; frigidis & omnino forma in materia. Item ut res græcorum in rege & omnino in primo mouente; Item in bono atq; in fine hoc autem eſt id cuius gratia cætera fiunt.

Non oportet admirari si dicatur genus in spetie esse, quoniam maius amplius'q; in minori videtur poni. Nam genera sunt quædam communes naturæ, quæ cum pluribus insunt, tum etiã prædicantur de pluribus sunt etiam partes specierum, quando velut in speciebus existẽtes illas contemplamur, quare secundum aliam atq; aliam rationem & habitum eadem genera vniuersaliora sunt & magis particularia. Nam quando cum propriis differentiis nondum complexa atq; complicita conspiciuntur, generaliora sunt. quum vero cum differentiis complexa coniuncta'q; sunt, perficiunt speciem & tunc sunt partes spetierum. Nam definitionis hominis dico. f. huius animal rationale mortale, animal cũ sit genus est pars propter hoc igitur, ipse dicit (alio autem modo vt genus in specie) vt ostendat se dixisse genus non quod prædicatur de pluribus differentibus spetie in eo quod quid, sed quod est cum differentiis complexum & coniunctum acqua pars spetierum iam euasit, quocirca subiunxit, & omnino in spetiei ratione pars spetiei. Nam animal cum fuerit pars hominis continebitur in definitione eius. item inquit, vt res græcorum in rege. Nam princeps est causa efficiens rerum ciuilium, vnde & Homerus dixit hæc locis in genibus, quod etiam attestatur ipsa consuetudo, quoniam sepe solemus dicere in principe ac rege vitam & mortem constitui.

OMNIVM uero propriissime id dicitur quod est in uase, & omnino in loco.

Siquidem ceu duo acceperis, alterum vt in vasæ, & alterum vt in loco, sunt profecto nouem modi illius quod dicitur esse in alio numerati si autem acceperis id (ut in loco) tanquam magis vniuersale existente hoc particulare, (vt in vase, vniuersi modi octo sunt) verum siue hoc modo siue illo, duo modi omissi sunt alter quo aliquid velut in tẽpore esse dici solet, alter quo aliquid dicitur esse in subiecto, merito autem dixit hunc inter cæteros propriissime esse quo aliquid velut in loco esse dicimus. Nam manifestum est discrimẽ in his inter id quod est in hoc, & id quod appellatur in quo. f. inter locum & id quod locum occupat.

AT enim quispiam ambigeret an quippiam in se ipso esse possit, an nihil in se prorsus sit, sed omnia uel nusquam, uel alicubi sint.

Cũ adnumerasset significatus illius quod dicitur in aliquo, merito quærit, si quippiam idem in seipso esse possit. Et si potest & dicitur esse, nunquid cadat sub aliquẽ modorũ quos numerauit, an alio quodam modo quippiam idem dicatur esse in seipso, vel nullo pacto aliquid possit esse in seipso, sed omne siquidem est, vel alicubi, vel nusquam sit.

HOC autem est dupliciter, aut per se, aut per aliud.

Hic (per se) pro primo intelligendum. Nam sciendum est per se opponi per accidẽs, & primo opponi id quod per aliud appellatur, per se igitur Socrates dicitur ambulare, per accidẽs autem album vel caluum esse. dicitur autem primo de illo quod est per se ac de illo quod per accidens est, similiter & id quod secundum aliud vocatur, ceu quum dixero Socrares vadit hoc sane dixi per se & primo, Socratem autem dico ipsum animal animatum & uitæ particeps, quoniam Socrates non per aliud ambulat nisi quatenus animal, sed quando dixero moto nauigio nautam moueri per accidens sane id dicam & primo. per accidens quidem, quoniam per se motum & id quod mouetur est nauigium primo autem quoniam nõ per aliud sed quatenus nauigator est mouetur. Quum autem aliquis baculo hostium moueret, per se & secundum aliud, vel per aliud mouere diceretur, sed quum ipse dixero baculo mouente ianuam, album mouet ianuam iam ipse hoc dicam per accidens & per aliud. Equidem non solum quando mouemus aliquid per medium, per aliud & non primo mouere videmur. Nam faber lignarius non primo lignum mouet, sed primo securis mouet illud, & per securim artifex mouet lignum, sed etiam quum ope partis aliquid efficimus, ceu quum moueret Socrates digitum vel pedem dum dormit, diceretur sane Socrates moueri, sed non primo, immo secundum per aliud eo quod pedem mouet, vel digitum. Quapropter neq; primo Socrates diceretur videre, siquidẽ hoc sit primo quod non per aliud de altero predicatur, sed per se. Si ergo Socrates est totum animal non secundum idem, totum animal, videt sed ope partis per se itaq; videre diceretur Socr. licet secundũ aliud idest per partẽ, & non qua Socrates est. Nam Socrates nõ per partẽ sed secũdũ se totũ aliquid est videt tñ nõ qua Socrates sed quatenus oculos visum'q; habet. Quoniã ergo huic q̃ primo dicitur oppositũ secũdũ aliud vocãt sepe p aliud, tanq̃ idẽ sit vtriusq; significatus.

verum ſi opus eſt vti propriis nominibus quandoquidem agemus aliquid per inſtrumentum non naturale, ceu quando moueremus oſtium baculo, tunc conſentaneum magis eſſet per aliud dicere quam ſecundum aliud, ſed quando per partem tunc magis proprie dicimus ſecundum aliud. Hæc igitur hactenus. Ariſtoteles autem hic inquit aliquid idem eſſe in ſeipſo dupliciter fieri poſſe, vel per ſe, vel ſecundum aliud, per ſe loco huius primo dixit. Imprimis ergo cum demonſtrat aliquid idem in ſeipſo eſſe ſecundum aliud, deinde oſtendit aliquid idem non poſſe in ſeipſo primo eſſe, & primo neq; per ſe neq; per accidens.

NAM cum id in quo eſt: & id quod in illo eſt totius ſunt partes tunc totum in ſeipſo eſſe dicetur. Quippe cum & per partes dicatur, ceu albus, quia ſuperficies alba, & ſciens, quia anima rationis particeps ſcit. Dolium igitur non eſt in ſeipſo, neq; etiam uinum, ſed uini dolium erit. Ambo nanq; eius quod ineſt & id in quo eſt partes ſunt. Hoc igitur modo fit, ut quippiam in ſeipſo ſit.

Quoniam pacto per aliud idem in ſeipſo erit, demonſtrat, quoniam per partem. Nã eo quod totius pars alia in altera eſt dicitur totum in ſeipſo eſſe, verum hoc abuſiue dicitur, quoniam & conſuetudo hoc ſibi aſciuit & voluit vniuerſa a partibus quibuſdam appoſite denominari, ceu dicimus Socratem calceatum, & Socratem album, vel ſciẽtem eſſe, cuius ſane pars aliqua calceo induitur, ceu pes, vel albus eſt, quia ſuperficies eius alba, vel ſciens, quoniam anima ſcit. Ita igitur & vini dolium ipſum in ſeipſo diceretur eſſe, quod pars huius totius in parte collocatur. Verum non requiras, nec poſtules tu exemplum omnibus modis ſimile, quoniam non quemadmodum pes calceo induitur, & ita totum calceatum eſſe dicitur, partis appellatione appoſite toto denominatio, ſimiliter dicendum eſt de vini dolio. Non.n. eo quod pars in ſeipſa eſt, ſit totum in ſeipſo eſſe dicitur, ſed tantum fructus vtilitatiſq; ab exemplo capias, quod ſæpe res a parte denominantur. Cum ergo & dolii vini aliqua huius totius partium in loco eſt & non in aliquo præter totum, quod ſit extra ipſum, ſed in illo quod in toto eſt, poterit dici locus in loco, quocirca diceretur & totum ſiue locus & id quod in loco in ſeipſo eſſe, quoniam aliqua pars quidem eius eſt locus, & pars eſt in loco, ſi autem idem eſt locus & id quod in loco eſt, aliquid idem erit in ſeipſo velut in loco. Habes quoq; exemplum huius rei exploratius longeq; accommodatius, vt illud ſuimet mouens. Nam vt dicitur animal ſuimet mouens, ita dolium vini in ſeipſo dicitur, quandoquidem ambo eius quod ineſt & id in quo eſt partes ſunt, quarum altera diceretur in loco que vinum eſt, in quo autem, eſt locus ſcilicet dolium, vinum igitur & dolium ſunt totius partes dico ſcilicet huius dolium vini, nulla igitur partium ſeorſum in ſeipſa diceretur, ſed totum (vt dicebatur.

SED ut primo fieri nequit, ceu album in corpore. Nam ſuperficies eſt in corpore, ſcientia uero in anima.

Cum oſtenderit, quomodo aliquid idem in ſeipſo ſit, quoniam ſecundum aliud, nunc inquit non poſſe aliquid in ſeipſo eſſe primo neq; per ſe neq; per accidens, cum igitur primum per ſe demonſtrat. Hic primo per ſe primo intelligendum eſt. Sed cum dixit non poſſe aliquid per ſe primo in ſeipſo eſſe, ad id non amplius ſubiunxit exempla, ſed ad ea quæ ſuperius dixit, vbi dicere viſus eſt aliqua denominari a parte. Nam cum ſuperius dixit. Hoc modo igitur fit vt quippiam in ſeipſo ſit idest per partem. Rurſus exempla de his quæ per partem dominantur, exempla ſubiunxit. Nam ob ſuperficiem in corpore, in qua albedo eſt, corpus album eſſe dicitur & in eo eſſe albedinem.

ET per hæc quæ ſunt, ut in homine partes appellationes hę non incongrue fiunt.

Appellationes eas vocat, quibus album & ſcientia prædicantur de toto non primo, ſed per ſuperficiem, & animam, quæ quidem partes per ſe non ſunt, ſed vt in homine exiſtunt. Nam ſuperficies per ſe & anima quædam tota & vniuerſa ſunt, ſed vt in homine ſite ſunt partes habentur & appellantur. Hominem autem illum dico, qui cõſtat anima & corpore. Quare ſi per hæc appellationes inſunt toti, & hæc ſunt partes, igitur locum a parte denominatur.

DOLIVM autem atq; uinum cum ſunt quidem ſeorſum nõ ſunt partes, ſed cum

ſimul

simul sunt. Quocirca cum sint qua partes erit idem in seipso, ceu albedo in homine quia in corpore est & in hoc, quia in superficie. In hac autem non per aliud:

Si enim pars totius est pars, & hæc sunt ad aliquid, quando igitur seorsum erunt dolium & vinum, non erunt amplius partes cum fuerint præsertim inadequatæ, sed quum fuerint partes inuicem mutuoque conuenientes & coniunctæ, dicetur idem totum in seipso esse per partem, vt vir albus dicitur propter corpus & corpus propter superficiem. Et rursus illius eiusdem attulit posuitque exempla eadem.

ATQVAE hoc diuersa sunt spetie, & aliam naturam utraque & potentiam habent superficies inquam & albedo.

Quoniam primo in superficie albedo est, nequis opinetur albedinem eandem esse cum superficie, & hoc modo aliquid esse in seipso, modo ait hæc spetie & potentia esse inter se diuersa. Nam superficies semper est subiectum non solum albedini, sed etiam ipsi nigredini, & omnino pluribus aliis. Albedo autem duntaxat in subiecto est, & simul esse cum contrario non potest, si ergo hæc sunt inter se diuersa aliud igitur in alio erit. Dixit autem naturam, quoniam aliud est qualitas & color, aliud vero est superficies terminus corporis & quantitatis. Item dixit potentiã, quoniam alterum est subiectum, & alterum est vt in subiecto.

NEQVAE igitur per inductionem considerantes in seipso quicquam esse ullo dictorum modorum uidemus, & ratione hoc fieri non posse constat.

Cum ostenderit quomodo aliquid idem queat in seipso esse, quoniam per aliud, vult nũc demonstrare nec primo per se nec primo per accidens aliquid posse in seipso esse. Et imprimis indica. non posse aliquid per se in seipso esse quod quidem ostẽdit per inductionem, & per ratiõnẽ si tot sunt significatus quibus aliquid in alio esse dicitur, quot ipsi numerauimus, & nullo horũ modorum aliquid idem in seipso esse potest igitur videtur vt omnino nihil sit in seipso, Nã omnes significatus illius quod est in aliquo, sunt quibus aliud in alio est. Neque enim cum dicimus totum in partibus idem in seipso dicimus esse. Nam aliud est totum & aliud est pars ipsi. Vnum enim & idem est quidam habitus responsiuusque coniunctionis connexionisque partium, & forma aduenit illi partium connexioni, quæ sunt plures & differentes, quod quidem & per rationem hunc modum demonstrat. Et inquit alia est diffinitio recipientis & alia rei receptæ quæ in illo est. Nam aliter definitur locus & aliter in quod est in loco. Et simpliciter aliud est id quod vocatur in quo, & aliud quod dicitur in illo, si ergo aliquid idem esset in seipso, idem differẽtes immo oppositas definitiones reciperet, & si exactius diligentiusque dicere licet, aliquod idem secundum idẽ erit ea quæ differunt & sunt opposita. Nam idem recipere duas definitiones secundum aliã atque aliam proprietatem potest, ceu dicimus hominem esse animal rationale mortale, atque animal quod recto incessu ambulat, uerum idem secundum idem oppositas definitiones recipere non potest. Nam locus & id quod est in loco sunt de numero eorum quæ sunt ad aliquid, quæ autem ad aliquid, sunt ad minimum duo sunt opposita, quæ etiam habent definitiones oppositas, si ergo erit aliquid idem in seipso, vt dolium vini in seipso est, id profecto accipiet oppositas definitiones. Et quoniam dolium est locus & id quod in loco ponitur vinum, idem igitur definitionem loci & definitionem illius quod est in loco recipiet igitur dolium solum erit simul doliũ & vinum, & econtra vinum solum erit vinum simul & dolium quod quis non videt par ridiculum esse. Deinde volens opinioni fauere vt ipsam penitus confutet inquit, quoniam. Et si præcipue concederemus quia pars in parte est, vtrunque in altero esse ac dici, vt dici queat dolium & vinum esse dolium, & vinum doliumque esse vinum attamen neque hoc modo idem erit in seipso, sed vtrunque ipsorum recipiet non quatenus vinum est, sed quatenus dolium similiter recipietur non quatenus dolium, sed quatenus vinum, quare neque hoc modo idẽ erit in seipso, sed aliud in alio quod quidem indicat, quia nihil est per se in seipso. Deinceps ostendit neque per accidens aliquid esse in seipso posse. Nam videbitur forsitan si aliquid idem potest esse in seipso per aliud, vt queat etiam per accidens in seipso esse. Vt autem sequamor demonstrationem oportet assumere quid sit secundum accidens, quoniam ea breuissimis & obscure aggreditur demonstrationem, secundum accidens igitur quippiam dicitur habere aliquid quod quidem alteri accidit & illud quod sane dicitur haberi per accidens per se in est illi cui illud accidit, exempli gratia dicitur album per accidens moueri propterea quod motus per se inest corpori, accidit autem &

idem in seipso esse, similiter & vinum dolium esse patet profecto vt dolium non qua vinum est recipiat ipso vinū, sed qua illud vinū recipitur, similiter & vinū erit in dolio nō qua doliū, sed q̃ illud doliū recipit illud quare vtrūq; habebit nomen vtriusq; sed actionem minime, igitur ratione sunt diuersa. Nam alia est definitio eius in quo, & illius quod est in illo. Cōsequens igit̃ erat cōclusionem hoc mō inferre qd quidem igitur aliquid idem per se in seipso esse nequit pspicuū est, qd quidem nō dixit. Ex quo aūt demōstrauit qm̄ nō pōt aliquid idē in seipso esse hoc cōcluditur dico, s. locū & id qd est in loco diuersa esse natura. Nā aliter assignabis definitionē recipiētis, & aliter ipsius rei receptæ, quare si definitiones sunt differētes & ipsa distabūt atq; dissentiēt inter se, sed differūt definitiōes illius ĩ quo & illius qd ē in illo, ergo & inter se differūt & diuersa sunt.

AT uero neq; per accidens fieri potest. Nam duo corpora simul in eodem erunt: Et enim & ipsum dolium in seipso erit, si cuius natura susceptrix est idē in seipso esse potest. Et insuper illud cuius est susceptiuum, ceu uinum si uini, fieri igitur non posse ut in seipso quicquam sit primo, ex his quæ diximus patet.

Hic breuiter inquit quocirca & obscuræ, ostēdit aūt nihil per accidēs in seipso esse. Nā (inqt) duo corpora in eodem esse accideret & rursus eandem repetemus rationem, quam & de illo qd per se in seipso adduximus, quoniam dolium rursus in seipso erit, & vtranq; definitionem loci scilicet & illius quod est in loco, duo igitur sunt absurda suppositionem sequentia, quæ breuiter demonstrauit. Nam si illud quod est naturæ suscipientis, per accidens in seipso cuius est susceptiuum & capax ceu si vinum vino in est, inerit, quoq; & capax eius per accidens vino, eo quod accidit vino quod per se in dolio est. Hac igitur ratione duo sequuntur absurda primum, vt corpus per corpus recipiatur siquidem vino dolium accidit secundo vt etiam dolium per se in seipso sit quod quidem fieri non posse demonstrauimus, nam in vino est dolium & vinum est in dolio, igitur dolium est in dolio.

ID uero quod Zeno dubitauit, quoniam si locus aliquid est quonam erit haud difficile est soluere. Nihil enim prohibet ut primo locus in alio quidem sit, non tamen in illo, tanquam in loco, sed uelut quidem sanitas in calidis sicut habitus, & caliditas in corpore ut affectio, quare non necesse est in infinitum abire.

Siquidem hoc modo dubitauit Zeno. Si locus in aliquo est quoniam omne quod est in aliquo est, & id quod est in aliquo in loco est igitur locus in loco erit, sanæ ratio elenchusq; facilis est solutione. nam quippiam esse in aliquo multifariam dicitur & non solum in loco, quare nihil vetat locum in aliquo esse in quo non sit veluti in loco. Si autem quemadmodum superioribus dicebatur, non ob id quia locus sit in aliquo probauit ipsum esse illud quo est in loco, sed hoc argumento quia omne q̃ est, in aliquo esse oportet cum locus sit de numero eorum quæ sunt ergo locus in loco erit, non confutabitur per ea quæ nunc dicuntur, sed per illa quæ ibi dicebamus, quoniam negabimus propositionem, scilicet q̃ omne ens sit in loco. Ceterum inquit, nihil enim prohibet, vt primo locus in alio sit, attamen non in illo veluti in loco. Dixit autem primo pro hoc proprie, huiusmodi autem locus est terminus continentis. Hoc autem dixit, quoniam & vas vini dicitur esse locus. Item aer dicitur esse locus noster & terra & multa alia sic dicta loca appellantur, quæ etiam in loco sunt, sed si propriæ acceperimus locum, in quodam erit, ceu in corpore. nam eius terminus est, sed non velut in loco, sed potius vt affectio quædā eius.

ILLVD autem patet, quoniam cum uas nihil eius sit quod est in seipso. Nam id quod inest & id in quo primo inest sunt diuersa, locum neq; formam, neq; materiam esse, sed diuersum. Hæc enim illius sunt aliquid quod est in uase materiam inquam ac forma. Hæc igitur de ipso loco sint dubitata.

Hic (vt dicebam) rursus ostendit ex dictis locum neq; materiam, neq; forma esse. Et inquit locus nihil est eorum quæ sunt in loco, sed præter earum essentiam est, sed materia & forma sunt elemēta illorum quibus sunt, dico scilicet rerum compositarum, a quibus diuersa nō sunt

locus igitur neq; materia neq; forma erit.

SED quid nam sit locus hoc modo perspicuum fiet. Sumamus autem de ipso quæ quidem ipsi uere & per se in esse uidentur. Censemus itaq; locum esse primo continens illud cuius est locus & nihil esse rei, præterea primum locum neq; maiorem neq; minorē esse. Item neq; ob unoquoq; relinqui & separabilem esse. Insuper omnem locum habere has differentias sursum & deorsum.

Hic deinceps cū velit tradere qd sit locus, prius affert ea quæ cōmuni cōsensu loco cōpetūt. Deinde psequtur ostēdere vnde viri moti fuere, vt ad notitiā loci peruenirēt. Et cū causam explicat, quedā huic theoremata quæ illā sequuūtur adiūgit cōnectitq;, postremo talē de loco definitionem tradet, quæ omnes dubitationes cōtra locū adductas (vt inqt) psoluat atq; demōstrabit oia loco in esse quæ cōmuni cōsensu p se in esse dicūtur. Et causam difficultatis de loci cōtēplatione patefaciet. Prius igit vt dicebā, quæ cōmuni cōsensu loco isunt affert, quæ quatuor sunt numero, primū qdē est vt cōtineat id quod est in loco. Hoc enim cūcti cōmuni notitia sciunt, i. locū continere id quod est in loco, ceu doliū vinū cōtinet, &. n. hoc quidam locus est, & cū locus cōtinet nō sit aliqd ipsius rei quæ cōtinetur. Hoc Themistius inqt esse id quod secūdo inest loco, quocirca tria alia adfert & quinq; vniuersa esse videt dicere. Sed mihi videt Arist. hoc totū. s. vt locus sit cōtinēs & nihil rei sit, velut vnū ponere quia supficies videt corpus cōtinere & totū dicimus cōtinere ptes, vnde ne videat eodē mō locū cōtinere quo totū partes cōtinere dicimus adiūxit id. i. vt nihil rei sit. Nā totū est aliqd partis, locus ergo cū cōtinet nihil est rei cōtēte nō finis terminus nec vniuersitas, nec affectio, nec aliquid aliud. Indicat ēt Arist. se velle hoc totū. s. locus est cōtinēs & nihil rei cōtēte velut vnū accipere, eo quod deinceps velut aliud principiū afferēs inquit. Præterea primū locū neq; minorē neq; maiorē eo cuius est locus. Hoc igitur est secūdū eorū quæ insunt loco. s. vt neq; maior neq; minor sit locus eo qd est in loco locū aūt eū dico qui proximus & vniuscuiusq; proprius est. Nā si minor fuerit nō cōtinebit corpus, & ita nō oē corpus particulare dico erit in loco, si autē maior fuerit poterit sane & aliud corpus recipere, & ita non primo locus erit. Item accidet vacuū esse, quod quidem fieri non posse paulo post demōstrabimus. Tertiū aūt est quod loco cōpetit, vt nō relinquatur ab vnoquoq; neq; separabilis sit. Verū scriptura cōtextu sue duplex esse fertur. Nam in hoc loco cū negatione dicimus. Item neq; ab vnoquoq; relinqui neq; separabilē esse, alias legitur cōtextus sine negatione. s. item ab vnoquoq; relinqui & separabilē esse, si ergo cōtextus iacet secūdo mō. s. itē ab vnoquoq; relinqui, ceu in multis exēplaribus habet de singulari loco pxime cōtinēte, hæc inquiet, quē dicimus relinqui ab eo quod est in loco atq; ab eo separari. Est enim illud verbū, & separabilē esse, declaratiuū expositiuūq; illius præcedētis. s. (relinqui) si aūt cōtextus iacet cū negatione hoc mō (neq; relinqui) certæ de omni loco simpliciter, & nō de particulari singulariq; loco intelligēdus est cōtextus. Nam locus simpliciter nō deserit relinquiturq; a corporibus, qm̄ corpus oino i quodā loco est. Nā si hūc deserit corpus attamē in alio quodā erit & locū simpliciter nō relinquet. Et aliud verbū qd subiūgit dicēs neq; separabilē esse secūdū hūc cōtextū ponit p hoc & nihil rei est, sed extra substātiā eius & nihil cōferēs ad substātiā eius. Quartū aūt, vt oīs locus habeat sursum & deorsum, sed nō simpliciter vnusquisq; locus. Nā vnusquisq; locus pticularis, vel sursum, vel deorsum est, sed in oī loco est sursum & deorsum. Quintū ēt addūt interpretes Arist. s. vt locus sit immobilis, qd quidē & ipse paulo post addit. His ergo hūc i modū cōmuni cōsensu loco cōpetētibus, oportet nos talē definitionē de loco reddere, quæ adductas dubitationes de ipso psoluat & quæ loco vidētur in esse cōpetereq; seruet & tueat, & patefaciat causam difficultatis cōtēplationis de loco. Deinceps igit querit. vn̄ hoīes in notitiā loci venerūt, & inquit nullo alio mō q̄ ex motu ad locū. Nā si res immobiles prsusq; virtutis ciētis expertes essent, nūq̄ in notitiā loci venissemus ac nūq̄ cognouissemus id qd est in loco & locū diuersa esse. Nūq̄. n. dici pōt vniuersum vnū cōtinuū esse. Nūc āt qa videmus res trāsmutari & alio atq; alio res duci ac pgeī, ad cognitionē hāc puenimus, vt alterū sit capax qd quidē est locus & alterū id qd ē in loco quocirca inquit cœlestia corpa maxime in loco eē conicimus ac suspicamur, qm̄ & in his maxime motū localē eē cōspicimus. Cū ergo dicit motū localē nos i cognitionē loci duxisse numerat species eius, vt clarius ondat id i vnaq; spetie, qm̄ hæc sunt mutationis sm locū causa. Tres igit sunt inqt mutationis sm locū species, latio, auctio diminutio, &. n. quæ augent, vel diminuunt locū ex loco mutāt, & si nō q̄ tota vni-

uersaq; sunt, attamen secundum partes. Item secundum tota quanquam nō mutēt locum ex loco attamen vniuersa, vt vniuersa aliquādo minore cū augētur aliquādo vero maiorem cū minuūtur, locū occupāt, sed eorū (inquit) quæ mouentur secūdū locū alia mouētur per se, alia vero per accidens & horum quæ mouētur per accidēs alia huiusmodi sunt (inquit) quæ possunt etiam per se moueri ceu nauta & clauus in nauigio ac partes totius. Etenim nauta & clauus nauigii per accidens mouentur moto nauigio, & partes per accidens mouentur moto ipso toto, verum hæc quidem omnia per accidens mota per se etiā moueri possunt. Etenim partes diuulsæ abrasæ a toto, vt manus, vel pes suapte natura queūt moueri per se. Nā & si amplius nō est pars a toto diuisa, attamen vt substantia per se moueri potest. Atqui accidētia vt albedo, simus & similia cū per accidēs mouētur moto homine per se nequeunt moueri quoniam neq; separari possunt ab his in quibus sunt, hæc autem adiecit, quoniam dixit motum localē nos duxisse in cognitionē loci ostēdere volēs nō quibuscūq; modis mobilia secūdum locū simpliciter cōferre ad præceptionē notitiamq; loci capescēdā, sed sola ea quæ per se mouētur. Ea vero quæ mouētur p accidēs quemadmodum neq; proprie mouētur ita neq; egēt loco neq; nos trahunt ad notitiam loci. Cum itaq; hec explicat, ea quæ sunt velut in toto ac ea quæ sunt velut in loco a sese mutuo distinguit & separat, cum & multa quæ primo loco insunt qui proprie locus dicitur ceu cōtinere proxime vnumquodq; videātur etiā toti vniuersoq; cōpetere. Etenim totum cōtinet partes quibus neq; maius neq; minus est. Item quemadmodum singula ap sua loca feruntur, ita pariter ad suas vniuersitates pergūt. Deinde vt prius explicat quis sit proprie locus, quoniā nō quia videmur dici in mundo esse, mūdus est locus noster, sed quia in aere sumus, in quo etiā esse videmur quia in hac ipsius parte proxime vnū quodq; cōtinete sumus. Hic igitur est proprie locus, cum itaq; hoc modo sit proprius locus, differt id quod est velut in toto ab eo quod est velut in loco, quoniam id quod est in toto est cōtinuū toti in quo dicitur esse, sed id quod est in loco non est cōtinuū locū sed attiguū. Nā alter localis terminus est & alterum est id quod in loco manet. Item quia id quod est in toto nō mouetur in toto, sed cū toto cietur, sed illud quod velut in loco est siue locus moueatur, vt vas est, siue nō potest moueri per se in loco. Nam quæ in orbem mouētur in suum locū ciētur. Itē humida in suis vasibus, vt aqua in amphorā, vel in peluim. Itē locus neq; maior neq; minor est eo quod cōtinet. Sed tu dices, quomodo si locus cōtinet, neq; maior, neq; minor erit, Nā cōtinēs est maius cōtēto. Dico igitur quod si totū aeris corpus dixeris cōtinere reuera maius erit continens. Si autem non totus aer fuerit locus, se eius extremum proxime continens quod est propriissime locus hoc neq; maius neq; minus erit, quoniam superficies quæ ambit & superficies illius quod est in loco, coherent & adequantur.

Textus

Textus

ET corporum unumquodq; ad proprios locos suapte natura ferri ac in his manere, aut sursum aut deorsum pergendo:

Hoc nō induxit velut quippiam aliud quod loco cōpetat, sed velut cōsequēs huius. Insuper omnem locum habere has differētias sursum, & deorsum, vel etiā hoc adducit tanquā id q; probat hāc sententiā. Nā vt hoc modo in locis sit sursum & deorsum patet, quia vnumquodq; suapte natura fert ad proprium locum. Et cum sunt in loco præter naturam res ipsæ ibi manere volūt, sed affectus naturalis in proprium locum ipsa deducit & cum locum naturalem cōsecutæ sunt ibi manent & ex eo non dimouentur loco nisi vi & præter naturam.

HIS suppositis reliqua contemplemur oportet. Atq; enitendum est hoc modo facere cōsiderationē, ut ipsum quid assignetur quod ea quæ dubitātur soluat, & ea quæ loco cōpetere uidētur competere tueatur, ac ipso difficultatis & dubitationū quæ circa ipsum fiunt, causa pateat. Sic enim unumquodq; pulcherrime demonstrari profecto potest.

idest post hæc quæ loco insunt enarrata, oportet nisi cōsiderationē hoc mō facere vt ipm qd assignet ac vt dubitata soluātur &c. His nāq; regulā nobis vtilissimā affert quo pacto debemus diffinitiones de rebus tradere. Inqt ergo oportet definitionē de loco assignādā hoc mō esse vt ois dubitatio cōtra rē ipsam adducta p ipsam tollat diluaturq;, & que cōmuni cōsensu isunt rei seruētur in seipsa. Itē vt p ipsam ostēdat quæ sit causa difficultatis circa rei inuētionē, atq; qd illud sit quod mouet dubitationes de ipsa. Cæterū verba cōtextus habēt nō nihil obscuri & difficultatis circa cōstructionē eorū, sed ita legēda sunt, oportet aūt enim considerationem hoc modo facere, vt quod quid est hoc modo assignetur &c. Communiter igitur hoc modo legantur.

PRIMVM oportet animaduertere, quoniam locus non quereretur, si non foret motus aliquis secundum locum, ob hūc enim cœlum maxime in loco esse putamus, quoniam semper motu cietur.

Vnde in notitiam loci hoc modo venimus his querit, & inquit, quod ex motu ad locum.

HVIVS autem latio, auctio, diminutio. Nam in auctione & diminutione fit sane mutatio. Et quod prius hic erat id ad maius, uel minus translatum est.

Huius non simpliciter motus, sed motus secundum locum. Quod vero auctio & diminutio sint quidam motus, secundum locum, probat, eo quod quæ augentur non eundem locum occupāt, sed interdū maiorē interdū vero minorē, cū igitur qua aliquid augetur, vel diminuit̄ hac ratione mutat locū vel in maiorē, vel in minorē, qua ratione sane sunt motus secundū locū.

MOVENTVR autem alia per se actu, alia per accidens. Et horum per accidens alia per se moueri possunt, ut corporis partes & clauus nauigii. Alia nequeunt, sed per accidens semper mouentur ut albedo, & scientia. Hæc enim propterea mutātur loco, quod id in quo sunt mutatur. Atqui dicimus esse in cœlo tanquam in loco, quia in aere sumus qui est in cœlo. Et item in aere non uniuerso, sed ob ultimum ipsius & continens in aere dicimus non esse.

Quoniam dixit nos peruenisse in notitiam loci ex his quæ mouentur in locum, & dixit quid esset motus secundum locum, vult etiam facere diuisionem illorum quæ mouentur ad locum quoniam non omnia quouis modo moueri dicta secundum locum conferunt ad notitiā loci, vt ergo ostendat quæ sint illa quæ conferunt, & quæ non inquit igitur eorum quæ mouentur ad locum nonnulla moueri per se, nonnulla autem per accidens, igitur nihil eorum quæ mouentur per accidens confert ad notitiam loci, sed solum ea quæ mouentur per se, verumtamen eorum quæ mouentur per accidens, nonnulla sunt quæ possunt moueri per se, vt natura, & clauus in nauigio, ac partes totius, quæ tamen quia mouentur cum toto nihil conferunt nobis ad cognoscendum quid locus sit. Nam mouentur secundum accidens, quemadmodum igitur nō proprie mouetur, ita neq; loco indigent, non enim sunt per se in loco, quocirca neq; nos ad notitiam loci perducunt. Sed quoniam nos dicimus esse in cœlo velut in loco propterea quod in aere sumus & hic est in cœlo. Vult igitur hic separare ea quæ sunt, ut in loco ab his quæ existūt velut in toto, sed rursus imprimis quis sit proprie locus demonstrat. Nam cum prorsus ea commemoret quæ velut toti insunt, ac ea quæ possunt per se moueri, & tamen cum toti insunt mouentur duntaxat per accidens, vult separare hæc ab illis quæ sunt velut in toto. Nam hoc modo magis demonstrabitur ea nihil nobis subsidii esse ad perceptionem loci capescendam.

NAM si uniuersus aer sit locus, locus profecto cuiusq; non erit equalis cuius est locus. At æqualis esse uidetur. Talis autem est is in quo quippiam primo est.

Quod nō sit vniuersus aer locus, sed finis terminusq; eius quod proxime vnumquodq; cōtinet, demōstrat ex assumpta prius dignitate de loco, in qua dicebatur locū esse equalē illi quod est in loco & illo nō maiorē, nec minorē, si ergo totus aer esset locus certe non esse equalis locus vnicuiq; qđ est in eo, sed nūc est ob dignitatē, ergo nō vniuersus aer erit locus, q̄ si ēt diceret̄ locus noster pte eius diceret̄ quæ nos cōtinet. ideirco inquit, videt̄ qđē primus locus in quo unū quodq; est æqualis est illi quod quidē velut in eodē loco est. Dixit aūt videt̄ ꝑ apparet & est.

CVM igitur non diuisum est id ꝙ continet, sed continuum, tum in illo nō tanquā in loco, sed uelut pars in toto esse dicitur. At cum diuisum est, atq; attiguū, tum primo est in quodam ultimo continentis.

Cū dixit quis esset primus locus, cæterū seiūgit ea quæ sunt velut in loco ab his quæ sunt velut in toto cū ēt ptes videant̄ a toto cōtineri atq; totū ptibus neq; maius, neq; minus eē appareat̄ quæ igit̄ differētia quodue discrimē est? inqt quoniā ptes totius nō sunt diuisæ a toto, sed illi cōtinuæ sunt. At ea quæ sunt in loco non sunt illi continua, sed diuisa eidem solum attigua sunt.

Quod

QVOD neq; pars est eius, quod est in ipso, neq; maius, sed equales. Nam in eodem sunt eorum ultima, quæ sese tangunt.

Inquit & finis terminusq; continentis neq; pars est illius quod est in ipso, sed extra illud est & ab illo alienus, item neq; maior neq; minor est, quod quidem ostendens subiungit. Nam in eodem sunt eorum vltima, quæ sese tangunt. Idest simul & secundum idem tangibilia suis extremis sese tãgunt, sunt autem vltima corporum & termini ipse superficies. Cum igitur superficies inuicem coherent & adequatur, superficies nãq; localis scilicet quæ locus est cum ea coheret & adequatur quæ est illius qđ locũ occupat, qbus adequatis vna fit, quare i eodẽ ambe erũt, si aũt in eodẽ fuerint ergo & æquales erũt, igiť neq; maius neq; minus erit cõtinẽs cõtẽto, sed æquale.

ET si continuum est non illo, sed cum illo mouetur. Sin uero diuisum, in illo cietur, siue illud moueatur, siue non.

Alterum discrimen inter ea quæ sunt in loco & ea quæ sunt in toto. Inquit ergo partes cũ cõtinuæ sit cum toto, non mouentur in toto, sed cum toto. Nam moto ipso toto vniuersoq; vna mouetur & pars, quo fit vt in toto non moueantur partes vt in loco. At ea quæ sunt in loco cum diuisa ab eo sint, non mouentur simul cum loco, sed in loco mouentur, ceu sphæra, & aqua in vase vbi loco immobile circa ipsum mouetur. Et si locus (inquit) moueatur vt dolium vasq; fictile, aqua tamen non cum mouetur. Nam dolium aut vas penitus est aquæ primus locus, sed caua superficies eius, quæ etiam immutabilis est. Neq; igitur manus diceretur moueri in toto, sed cum toto, neq; ea quæ sunt in loco cum loco moueri dicuntur, sed in loco, non idem igitur est id quod est in toto & id quod est in loco.

PRAETEREA cum non est diuisum, ut pars in toto dicitur esse, ceu in oculo pupilla, aut in corpore manus. Cum uero est diuisum in illo esse dicitur, ceu i cado aqua, aut in dolio uinum. Nam manus cum corpore mouetur, aqua autem in cado cietur.

Videtur eadem dicere. Nam rursus eadem repetit, sed quoniam paulo prius duplici exemplorationes posuit, ob id nunc repetit, vt etiam exempla addat.

IAM igitur ex hisce patet, quidnam sit locus. Quatuor enim fere sunt quorũ unũ aliquid esse oportet, aut enim forma, aut materia.

Vult cæterum hic explicare quid sit locus. Nam cũ quatuor sint (inquit) quorum vnũ aliqđ esse locum necesse est. si ergo demonstrabitur locum non esse aliquid trium necessario quod relinquitur erit locus. Nam ex his quæ loco competunt, prius ducebamur ad existimandum locum esse materiam vel formam, vel intercapedinem quandam inter confinia extremaq; cõtinẽtis clausam, ceu interuallum inter cauam vasis superficiem comprehensum, aut ipsa extrema cõtinentis, vt ipsam cauam vasis superficiem. Nam quia locus continet & definit id quod est in loco atq; æqualis est termino eius forma esse existimatur, Nam vniuscuiusq; circunscriptio & terminus forma est, formam dicitur, sed qua manens vnus & idem aliud & aliud corpus recipit materia videtur esse. Nam materiæ proprium est aliam atq; aliam recipere formam, & substantiam. Qua rursus locus est separabilis & alter manens vnus & idem aliud atq; aliud corpus recipit videtur esse spacium interuallumq; quodam diuersum ab his corporibus quæ in ipso recipiunť. Nullo enim alio modo venimus in cognitionẽ, vt locus aliquid esset, nisi ex vicissitudinaria corporũ trãslatione. Si ergo locus vnus & idẽ manens corpora vicissim trãsmutata recipit, & ea corpora quæ in eodẽ incidũt accedũt ipsisimet mutuo sunt trina dimẽsionẽ dimẽsa. Necesse est igiť, vt ẽt receptaculũ recipiẽs ipsa hmõi sit quare & locus erit trina dimẽsione dimẽsus. Rursus qua terminus cõtinẽtis adequatur cõtẽto & nihil spacii intercipi sinit præter corpus cõtẽtũ, & in vicissitudinaria corporũ mutatione, statim corpori exeũti alterũ succedit, vt nũq̃ vacuũ itercipiať inter terminos. locus videbiť eẽ terminus corporis. Qđ vero fieri nequeat, vt pter vnũ aliqđ horũ qppiã alterũ sit locus, hoc sane ex diuisione hũc in modũ pbãdũ demõstrãdũq; est. Qđ mutať fm locũ, vel fm aliqđ hoř in ipso est, vel fm aliqđ hoř circa ipsum mutať, siqdẽ igiť fm aliqđ hoř in ipso mutať, vel fm materiã oĩno mutať, vel fm formã si autẽ scđm aliqđ hoř circa ipsm vel fm interuallũ qđ cõprehẽdiť inter terminos cõtinẽtis, vel secundũ ipsius terminos, Cum igiť

quatuor sint, forma, materia, interuallũ quod cõprehe[illegible]tur inter terminos continẽtis. Et finis terminusue ipsius continentis, quæ locus esse existimantur, si ergo demonstrabitur ipsum non esse formã, neq; materiã neq; interuallũ necesse est, vt id quod restat locus sit dico scilicet terminus continentis. Quod quidẽ igitur neq; forma neq; materia, sit, iã multis argumentis ostẽsum est, & nunc cõmemorat. Et addit hoc quod si locus videtur forma esse propterea quod ipsa est in eodẽ terminus contenti quo neq; maior neq; minor est ac separatur ab eo cuius est forma, nihil habetur, cũ forma sit finis terminusq; rei contente & locus rei continẽtis. Nã & si locus & forma continent, ac ambo equalia sint his quæ in eis sunt, tamen si locus aeris continet finis eius est locus, sed forma est finis contenti quare locus non est forma, sed neq; materia. Nã si hac ratione videtur materia esse, quia manens vnus & idẽ recipit diuersa corpora, rursus tamen hac ratione a loco distinguitur, quia de materia ipsa dicimus quod ipsa sit hoc aliquid. Nã quod erat ante hoc aer dicimus fieri aquã, sed de loco hoc nõ dicimus, quãdoquidẽ nõ soleamus dicere locũ prius extitisse aerẽ modo aquã, immo terminum vasis, vel interuallũ quoniã vbi erat prius aer nũc est aqua. Hisce igitur & multis argumentis necessariis quæ superius adduximus, sane cõstat locũ neq; materiã neq; formã esse. Quod autẽ neq; sit aliquod spatium inter terminos cõtinentis hoc modo ostendit, licet obscurissima sit verborũ sentẽtia, & nisi semetipsum in rationibus de vacuo interpretatus esset ac exposuisset, certe intelligi exponiq; non potuisset. Sed alii contextus intelligentiã aliter explicare nituntur aggrediunturq;. Si esset (inquit) locus spaciũ inter terminos cõtinentis clausum, cũ corpus in eo ingrederetur reciperetur locale spaciũ scilicet quod recipitur in loco per ipsum vniuersum spaciũ corporis. Nã locus videlicet reciperet secundũ omnẽ sui dimensionẽ corpus, quare dimensiones corporis recepti ac loci sese mutuo reciperent ac penetrarent, quemadmodũ igitur totũ spaciũ loci per totũ spaciũ corporis recipietur, ita etiã pars loci recipie. ur per partẽ corporis, quoniã si non recipietur pars per partẽ neq; sane totũ per totũ sese insinuauerit ac receperit, si ergo omne corpus omnisq; magnitudo in infinitũ diuisibilis est, & locus in infinitũ diuidẽdus erit atq; corpus, quare actu infinitũ erit, neq; solũ vnũ infinitũ immo duplicabitur. Nã infinitũ cũ locus diuidetur tũ etiã corpus diuidetur, ad cuius rei explicationẽ ac dilucidationẽ verba exponamus afferamusq; in medio. Sic enim, inquit, Quod si esset aliqd interuallũ aptũ ad capescendũ corpora in eodẽq; loco manens infinita loca profecto essent, &c. Idest quãdo. n. aer cederet aquæ & in eodẽ loco aeris ingrederetur aqua, ceu in dolio vaseq;, qđ quidẽ vniuersa aqua in vase patitur, cũ ipsa patiatur recipi per totũ loci interuallũ quod vase cõprehenditur, idem etiã omnes partes aquæ in vniuerso loco subibunt scilicet quoq; recipientur per partes loci, quare, & ipse scilicet vnaqueq; earũ propria circunscriptione situ positioneue suũ propriũ locũ obtinebit. Quod autẽ Aristoteles subdit alterũ argumentũ est, quod tale sit, si locus aquæ nõ est cõcaua vasis supficies, sed aliquod alterũ spatiũ pter spaciũ aquæ a cõcaua vasis superficiæ cõtẽtũ quod quidẽ aqua ingrediens per seipsam totã recipit quũ ergo transferetur vas, cõstat sane totũ vas aliũ quendã locũ recipere cũ & ipsum sit trina dimensione dimensum, quare spaciũ locale recipietur per totũ vas, quare & per aquã quæ intus iacet, ac per spaciũ recipientis aquã. Nã occupabitur prorsus aliqua pars localis spacii in quo amphora est ac aqua quæ in dolio iacet, vnde occupabitur & alterũ spaciũ quod inter cauã superficiẽ amphoræ cõtinetur, quare tria spacia in eodẽ erunt, scilicet locale spaciũ in vase, spaciũ in illo receptũ, & pars loci totius amphoræ in quã amphora transmutata est. Quod si hæc admituntur primũ accidet, vt locus in locum migret & mutetur. Nã cũ mutatur amphora & secũdũ seipsam totã sit in locali spacio, qđ trina dimensione constat, spaciũ quod inter ipsam cõprehenditur recipiens aquã in loco erit. Et si possunt esse duo & tria spacia in eodẽ simul plura in eodẽ erũt, atq; infinita. Vt aũt rõnẽ clariorẽ manifestioremq; efficiã exẽplo ipsam repetam. Sit sextarius quidã dico, scilicet mensura quedã siue sit amphora siue alterius cuiusuis vasis mensura, si ergo spaciũ quod inter latera cõprehenditur alterũ erit præter corpus quod est in ipso, ceu præter aquã, si totus sextarius iniiceretur immitereturue in maiori vase, constat sane, vt etiã spaciũ locale in sextario cõprehẽsum cũ sit trina dimensione dimẽsum, recipiatur per totũ aquã sextarii quare etiã per profunditatẽ eius, recipiẽ ergo per aquã, quæ intus manet, ac per spaciũ recipiens aquã, quare tria spatia in eodẽ erunt, qđ si rursus iniecero vas in doliũ scilicet in amphorã rursus idẽ accidet & recipietur interuallũ amphoræ per vniuersa spacia vasis, similiter si rursus amphora iniiceretur in culeũ, spaciũ culei locale reciperetur per totã amphorã, & ita in infinitũ, quare accidet multa loca esse in eodẽ ac multa spacia simul, quod quidem fieri nequit. Themistius autẽ hunc locũ hoc modo exponit interpretatorq;, si esset (inquit) spatiũ quod per se naturaliter esse & in seipso manere posset, infiniti

loci

loci forent. Quamobrem quoniã si uas aliquando aqua vel aliquo alio corpore plenũ aliquo traduceretur, quicquid tota aqua in vase efficeret idẽ quoq; partes aquæ agerent, se translato vna & ipsa mouetur, sic etiã vnaqueq; illius sua spacia propria q; obtinẽs mouebitur vna cũ vase. Porro cũ alio fuerit delata amphora palã est ipsam habiturã spatiũ quod inter continẽtis terminos cõprehenditur. Eius autẽ spacii qd aqua in amphora obtinebit etiã aquæ partes suas portiones obtinebunt, sed vide tu quot in eodẽ sint spacia. Primũ quidẽ est quod obtinet aqua in vase amphorae dico. s. illud locale quod inter amphoræ limites complectitur. Secundũ autẽ est quod continent aquæ partes. Nã vt totũ obtinet totũ interuallũ, ita & vnaqueq; pars aquæ aliquã partẽ spacii obtinebit. Et quũ vnaqueq; actu sit in loco, ac interuallum quod cõtinet tota amphora. Item & pars spatiis quã obtinet tota amphora, in qua etiã est aqua pars totius scilicet quod amphora & aqua constat, & huius rursus id spaciũ quod obtinent partes quibus si adieceris id spaciũ quod est amphoræ totius vt corpus ipsa est, & illud aquæ, vt corpus ac ea spacia ipsarũ partiũ veluti corpora sunt, plura nempe cõperies in eodẽ spacia, & cũ sectio magnitudinis habeat in infinitum processo & i infinitum adiectio spaciorũ atq; cumulus abibit. Nam si locus est spacium necesse est vnamquamq; partẽ in proprio loco esse per se. Nã vnaqueq; corporis pars aliquã partẽ spatii localis obtinebit. At illis q locũ aiunt esse cõtinẽtis terminũ nõ accidit asserere vnã quãq; corporis partẽ per se in loco esse immo neq; his accidit esse in loco per se quæ sese tangunt dico scilicet termini, sed hæc omnia eo quod totũ est in loco per se, per accidens dicuntur esse in loco. Nihil enim ipsorũ propriæ a loco continetur, quoniã pars cõtinua est toti quæ vel prorsus non tangit locũ, vt sunt partes in profunditate, vel nõ vndiq; tãgit sed parte tantũ. At locus vult totũ id quod est in seipso cõtinere, totũ igitur solũ per se in loco est, & per totum partes dicuntur esse in loco illis autẽ qui autumant locũ esse interuallũ, opus omnino est asserere partes per se in loco esse. Nam velut cubiti vlneq; tres dimensiones, si extiterint corporis dimẽsiones, per tres dimẽsiones loci cubiti vel ulnæ sese insinuabunt atq; diffundent quocirca & partes per partes recipiẽtur alioquin si partes partibus nõ recipientur, neq; totũ toto cõplectetur, & apud me nihil interest siue quis asserat spatiũ locale per corpus recipi, siue ecõtra corpus recipi per spaciũ loci. Nã idẽ incõmodũ sequitur siue alterũ per alterũ ac reliquũ per alterũ recipiat. Quare si vnaqueq; pars per se in loco est p se, & magnitudo in infinitũ diuisibilis est, igitur & loci infiniti erũt. Hoc igitur est argumentũ q his cõtinet. Alterũ deinceps argumentũ similiter Themistius interpretatur. Quoniã si locus esset spaciũ translata amphora & aliquo recepta, cõstat sanæ ipsam in loco sibi adequato recipi, quare si amphora vnius cubiti vel vlnæ secundũ omnes dimẽsiones erit certæ & locus recipiens ipsum tantus erit, quare & locus inter limites superficiei cõprehẽsus quẽ occupat aqua, aliquã loci partẽ occupabit quã tota amphora nõ occupat, quare locus i loco erit, & nõ modo duo loci in eodem erunt sed etiam plures vt demõstrauimus, si quidẽ spaciũ topica se qd occupat aqua, dico. s. interuallũ iter cauã supficiẽ vasis cõprehẽsum, postq̃ receptũ est aqua p ipsum sit. Nã n postq̃ aqua recepta est p illud nõ ãplius fuerit, certæ neq; aqua erit in amphora velut in loco siqdẽ locus est ipsum interuallũ, qd si nõ est cũ aqua inest in amphora, accidet sus aliquando sit. Nã si ob id quia aqua in idẽ incidit q spiã dicat nõ ãmplius idipsum spaciũ esse, cũ & antequã esset ibi, quippiã aliud erat corpus in dolio siue aer, siue aliquod alterũ corpus, cũ nequeat vacuũ esse, vt deinceps demonstrabitur, & aliud esse nõ potest, necesse est igit vt prorsus vt neq; prius in amphora sit loci interuallũ inter limites vasis cõprehẽsum, si ergo necesse est vt prius sit, igit trãslata amphora simul spaciũ trãsfert, & ingreditur loci ptẽ quẽ tota amphora occupauit. Quæ igitur sit cõfutationes qbus tollitur locũ esse spatiũ, ex interpraetationibus con textus Aristotelis explicatae hæ profecto sunt. Quot vero extra textum adddunt interpretes, & quot dicerent qui tuentur locum esse interuallum explicata textus sententia dicemus.

AVT spacium inter extrema comprehensum.

Extrema scilicet corporis continentis, ceu si amphora esset continens, spatium illud dicebant esse locum antiqui quod inter extrema limitesq; amphoræ comprehenditur.

AVT ipsa extrema, si non sit interuallum ullum præter ipsius corporis magnitudinem quod est in loco. Atqui patet horum tria locum esse non posse. Verum quia continet forma esse uidetur.

Inquit si interuallum q capitur inter extrema continentis corporis nõ sit aliud præter corpus

quod in ipso collocatur. Ceu si aqua vel aer esset, cum neq; materia, neq; forma sit locus, restat itaq; illum esse terminum continentis.

IN eodem enim sunt ultima continentis & contenti. Sunt igitur ambo fines, sed non eiusdem. Sed forma quidem ipsius rei. Locus autem continentis corporis.

Dixit in eodem pro simul & pro hoc mutuo adequantur & coherent. Vnde videtur locus forma esse veruntamen discrimen mox prodit in lucem, quoniam & si ambo fines sunt, & in eodē, attamen locus finis terminusq; continentis corporis est & forma est finis illius quod cōtinetur, quare non erit locus forma.

QVIA uero id quod continetur atq; diuisum est interdum transfertur eo manente quod continet, ut aqua ex uase, interuallum quippiam esse uidetur quod est inter extrema tanquam aliquid aliud præter corpus quod transfertur. Hoc autem ita non est sed quoduis eorū corpus incidit quæ uicissim trāsmutātur, atq; suapte natura tāgi queūt.

Causam explicat qua nōnulli locum spacium esse putauere, spacium autem illud dico, quod capitur inter limites continentis corporis. Quocirca inquit quemadmodum in quodam vase eodem manente, plura incidunt corpora, quoniam sic videntur plura corpora eundem locum occupare, videbitur locum esse quodam spacium diuersum ab eo quod recipitur in ipso. Non est inquit alterum spacium sed alterum quippiam quoduis corpus quod in eo incidit. Quare non est aliquod spatium inter limites comprehensum præter corpus quod in ipso introducitur.

QVOD si esset quippiam interuallum quod suapte natura esset ac in eodem maneret infinita loca profecto essent.

Dixit autem quod suapte natura, propter interuallum mathematicum; Nam illud natura nō est, sed animi cogitatione ac perceptione. Dixit ergo quod suapte natura pro hoc scilicet quod cū sit etiam subsistit. Item dixit maneret idest immobile esset, propter naturales magnitudines quas cum motu quodam omnino contemplamur.

SI enim transferatur aqua & aer, idem facient omnes partes in toto, quod uniuersa aqua in uase.

Idest eorum quæ mutuo succedunt vicissimq; cedūt in propriis locis, quod quidem vniuersa aqua in toto vase facit, & singule partes aquæ in partibus loci efficient. Vt igitur tota aqua recipitur per totum interuallum locale & interualla ipse inter se adequantur ita & partes corporis cum partibus loci idem subibunt, sed cum magnitudines in infinitum diuidantur, in infinitum igitur diuidentur corpus & locus, quare vnus locus diuidet in infinita loca, similiter & corpus.

ITEM simul locus transferetur, quare loci alius locus erit, ac multa loca simul erūt.

Alterum argumentum, quoniam si spacium quod capitur inter limites vasis alterum fuerit præter corpus quod in illo est, necesse erit, vt translato vase, simul etiam spacium transferatur, quare & locus transmutaretur secundum locum. Et quoniam locus qui recipit vas totus per totam profunditatem recipitur, profecto recipiet etiam interuallum quod intus capitur. quare loci locus erit. Et multa spacia interuallaq; in eodem erunt, imprimis interuallum inter extrema vasis, secundo corpus quod in ipso est. Item pars interualli suscipientis totum vas in quod recipitur pars vasis dico scilicet aqua, si ergo multa intarualla simul ac in eodem esse poterunt, quid vetat vt infinita in eodem habeantur.

AT non est alius locus partis in quo mouetur, cum uas totum transfertur, sed idem. Nam in quo sunt aer & aqua uel partes aquæ in eo mouentur sed nō in eo loco ad quem accedunt, qui quidem est pars loci qui est locus totius & cœli.

Contra secundum argumentum his videtur obiicere, quoniam cum concluderetur locum in loco esse ac simul multa loca haberi. Nam interuallum inter cauam superficiem amphoræ comprehensum quod quidem recipiebat aquam in alio ingrediebatur spacium trāsmutata

amphora. Inquit igitur hoc absurdum non accidere his qui fatentur locum esse terminum continentis. Neq; enim necesse est mutato toto vase, vt pars eius alio recipiatur, dico scilicet aqua nõ recipietur in alio loco ab in illo in quo a principio erat & cũ quo mouebatur, qui sanæ locus est concaua superficies vasis, sed totum mox in alio loco sese recipit, Nã ab altera superficie aeris cõtinetur cuius quoq; pars in eodẽ loco est quoniã ab eadẽ supficie cõtinetur, dico scilicet cõcaua vasis & nõ alio ab eo in quo est simul cum toto. Nã aqua nõ obtinet aliquã loci partẽ illius scilicet in quo totum vas existit sed simul cum toto in illo est per se autem nõ est in alio loco ab eo in quo prius erat. Partẽ igitur appellat totius amphoræ plenæ aeris vel aquæ, ipsam aquã vel aerẽ. Est igitur pars totius amphoræ vel aqua vel aer cuius erat vas plenum. Nã in quo sunt (idest in Textus. superficie cõcaua vasis) aer & aqua & partes aquæ in eo mouentur. Dixit autẽ mouẽtur pro hoc hoc simul mouentur. Itẽ dixit (aer & aqua) pro hoc aer ver aqua qua plenum vas erat, igitur in loco quem a principio aqua vasis pleni pars obtinebat cum alio transfertur vas, ipsa manet, & nõ in eo loco in quo totum nuper translatũ est qui est pars aeris cõtinẽs ipsum. Inquit autem locus est pars huius loci qui est totius cœli. Hic cœlum vocat mũdũ, igitur mũdani loci pars est locus Textus. qui cõtinet ipsum vas. Verum cum dicit, aer & aqua adiecit vel partes aquæ idest neq; tota aqua neq; partes eius translato vase alio aliquã partẽ loci quẽ vas recepit occupãt sed in quo tota aqua ex principio erat in eodẽ manet, ac trãslato vase alio tota aqua & partes eius loco suo nõ a mouẽtur. Quod quidem adiecit indicãs id incõmodum absurdumq; nõ accidere his, qui fatẽtur locũ esse superficiẽ partes actu sint in loco, quod sanæ absurdum per prius argumẽtum illius accidebat qui locum interuallum esse cõtẽdebãt. Nã ii coguntur fateri partes actu in loco esse, siquidem mutuo vicissimq; sese recipiunt interualla ac penetrant. Hi vero aiunt locum esse terminũ, non premuntur id fateri, quippe nulla pars totius parte superficiei circunscribatur, quemadmodum circunscribitur a parte interualli quare his qui tuẽtur locum esse terminum cõtinẽtis nullũ eorum absurdorũ accidit, quæ ii qui locũ interuallũ quodam esse cõtendunt fateri coguntur.

A T Q V I materia quoq; locus esse uidebitur, si in quiescente & non separato sed continuo quispiam considerauit. Nam ut si alteratur, erit igitur aliquid quod nunc est album olim nigrum erat. Et nunc quidem durum est, olim autem molle erat, quapropter dicimus & materiam aliquid esse, sic & locus per quandam talem imaginationem esse uidetur. Verum illud quidem, quia quod erat aer id nunc est aqua. Locus autem quia ubi erat aer, hic nũc est aqua. At enim materia, ut antea diximus, neq; a re separabilis est, neq; continet, loco autem utrunq; competit. Si ergo locus nõ est quicquam horum triũ neq; materia, neq; forma, neq; interuallum aliquid aliud semper preter rem quæ trãsfertur, necesse est reliquum illorum quatuor esse scilicet terminum corporis continentis.

Cum dixerit vnde locus cogitabatur esse forma ac interuallum, nunc autem dicit, vnde existimatur esse materia. Et inquit siquis considerauerit in quiescente re idest siquis in re quiescente in loco & nõ trãsmutata ab eo cõceperit animo, eandem fieri & corrumpi interiturãq; esse loco existente immobile, dico exempli causa, si in uase aqua fuerit, qua postea nõ priuato in eodem aer ingrediatur hoc sane modo videbitur locus magis esse materia, quoniam nõ amota re a loco in eodem aliud atq; aliud ingreditur corpus. Nam hoc modo fit mutatio in materia forma immota secundum locum quæ in ipsa materia est. Si ergo decet locũ assimilare materiæ exẽplo aquæ in amphora hoc facile intelligi poterit quocirca aqua in amphora transmutetur in aerem, vel in quippiam aliud corpus vt manẽte re immobili aliud atq; aliud corpus in amphorã ĩgrediatur. Dixit autẽ (& nõ separato) idẽ cum quiescẽte geminatione uocabuli. Deinde cum dixit (cõtinuo) pro existente & consequente, quoniam hic non est proprie cõtinuum. Ceterum inquit per quã animi cogitationẽ visa est materia diuersa eẽ atq; altera ab omnibus formis quæ ipsi adueniũt, eo quod res ipsa aliquando alba, aliquãdo nigra fit atq; alia & alia forma formatur, per eandem videtur locus diuersus esse ab his quæ in loco fiunt, quare si res loco immobilis trãsmutatur videbitur sanæ idem materiam & locus esse. Verum aliquod discrimen est. Nam materia ipsa fit, alba vel nigra, vel homo aut equus. Locus autem hæc recipit, sed hæc non fit, quapropter vsus mosq; noster varius est in rebus ipsis. Nam de materia dicimus ipsam prius extitisse aquam, modo vero aerem, de loco autem dicimus quia vbi prius erat aqua nũc est aer. Item quod quidem prius dicebatur, materia quidem a re inseparabilis est, locus autem separabilis est.

AT quæ id corpus contineri dico quod latione mouetur.

Contineri loco (inquit) ac in loco esse affirmo nō simpliciter omne corpus, sed quod suapte natura potest aliquādo moueri, & aliquādo nō. Nam hoc mobile est, quod quidem dixit vt cōplectatur ea solum quæ ortui interituiq; sunt obnoxia. Nā cœlum nō est mobile, sed semp mobile, quapropter neq; vniuersum est in loco. Dixit autem (latione) pro recta latione. Nam latio in rectum fit, at orbicularis motus nō latio vocatur sed circumlatio, igitur si quippiam est mobile secundum lationem id omnino in loco est attamen ecōtra nō sequitur, si quippiam sit in loco vt idem sit mobile secūdum lationem. Nam sphæræ quæ intra ambitum octauæ ac illius quæ astrorum fixorum esse dicitur, cōtinetur in loco quidem sunt tamē nō mouetur secūdum lationem. Sed quomodo, velit sphæram nō errātium siderum esse in loco, & quomodo nō, ipsum dicentem ac explicantem hoc paulopost intelligemus. Verum rationem exactam perfectamq; de his afferre atq; considerare alterius facultatis erit, dico scilicet quomodo cœlum collocetur, vel secundum partes vel secundum totum.

DIGRESSIO.

CAETERVM tempus ac occasio est qua nōnulla nobis discutiēda & apponēda sunt, ac tandem vidēdum, si argumēta Aristotelis aliquid necessarii concludat, per quod ostendebatur fieri nō posse, vt locus esset aliquod interuallum trifariam dimētum scilicet trina dimēsione cōstās. Itaq; si locus quem statuūt esse spacium existimabitur per totū corpus quod in ipso est recipi. Et deinde illud diuidi hoc modo, vt actu infinite partes eius statuātur, ac ipsum locum actu in infinitum diuidi hoc sanæ absonum prorsusq; inutile est & nihil verisimile apud me habet. Nam & si locum quem asserunt esse interuallum trina dimensione constans, corpus esse affirmarent forsitam neq; hoc modo absurda (quæ prædiximus) sequerētur. Verūtamē paralogismus facile coarguitur & refellitur, quoniam nō posuerunt antiqui locū esse corpus. Neq; enim idem dictum est trina dimensione dimēsum, & corpus sed incorporeū. Nam id propria ratione vacuum esse statuerūt quocirca quid cogit vacuū vel recipere penetrareq; corpus quod in ipso est, vel recipi penetrariq; per ipsum, ac mox diuidi ipsum actu? Nam corpus recipi in vacuo nihil aliud est, quam ipsum implere. Item si per corpus reciperetur vacuum, quid vrget, quaq; necessitate impellimur, vt mox ipsum diuidi secariq; asseramus cum sit in corporeum? Nam in corporeum cum per corpus recipitur nullam diuisionem neq; sectionem efficit. Nimirum albedo caliditas & omnes aliæ qualitates cum recipiuntur per uniuersum corpus dico scilicet p profunditatem, latitudinem, & lōgitudinem, in eo sanæ nullam diuisionem efficiunt, quod quidē euenit nō eo quod qualitates sint, sed quia sunt in corporeæ. Nō enim potest suapte natura neq; aptum est corpus diuidi ab incorporeo, quod si diceret immo quia spacium est quodam vacuū, ob id diuidetur his sanæ respondeo quod ipse neq; hoc modo video nos cogi, vt id asseramus. Nam si spacium est trifariam dimensum, diuisibileq; attamen omnino expers affectionis est, & in corporeum, cum idipsum nihil aliud sit quam locus vacuus atq; receptaculum innane. Quo pacto igitur id quod est prorsus affectionis expers, & nulla qualitate corporali, neq; densitate & raritate, neq; prorsus exemplari, formaq;, neq; aliqua alia id genus & potestate formatū in corporibus diuisionem efficiet, quemadmodum igitur superficies coherēs & attigua supficiei nullam diuisionem efficit, immo si infinite superficies interse cōuenirēt mutuoq; cohererēt, neq; aliquam auctionem neq; diuisionem interse efficerēt inducerētq;. Eodem etiam modo si lineæ infinite interse cōuenirēt sese q; tāgerēt neq; sese diuiderent neq; aliquam auctionem producerent, sed in eodem infinitæ ipsissimet coherere possunt, cuius rei causa nulla alia est, quā hæc, qa sunt in corporeæ. Ita etiam si spacium trina dimēsione cōstās adhæserit cōiunctumq; fuerit alteri interuallo trifariam dimēso, cum illud sit incorporeum, nullam diuisionem, nullam affectionem, nihil aliud efficiet & producet. Item si trina illa dimēsio incorporea & recepta per corpus quod quidem dictum est, scilicet cōiūctaq; corpori diuideret ipsum, eadem sane absurda etiam rationibus Aristotelis accidēt. Nam ipse se vult locum equalem esse illi quod est in loco, ac in eodē esse terminum cōtinētis & terminum cōtēti, si ergo in eodē sunt vtriq; termini, quemadmodū itaq; totum in toto est, ita & pars in parte, cum igitur magnitudo sit diuisibilis in infinitū, accidet vt infinite sint partes superficierum. Nam si vnaqueq; pars superficiei vnicuiq; alterius coheret & cōiuncta est, ac tota toti erit igitur actu infinitum, neq; volo dicere vt vna sit in altera velut in loco, quoniā & si nō esset veluti in loco, attamē inter se coherent, quatenus igitur coherēt sese mutuo

recipiunt,

recipiũt quare etiã sese diuidẽt, vel ergo linea lineæ attigua esse cohererecq; nõ põt similiter neq; superficies superficiei, vel si hæ poterunt inuicem coherere atq; cõiungi, cur & trina dimẽsio (cũ sit incorporea) trine dimensioni cõiungi, cohererecq; nõ poterit. Nã quæ maior ratio ac assignatio est, vt lõgitudinẽ lõgitudini coherere admitamus, similiter latitudinẽ latitudini & nõ ꝓfunditatem ꝓfunditati. Et enim lõgitudo & latitudo nõ sunt sine corpore, sed sunt in corpore, quæ tamen similibus coherent & cõiunguntur, cum quidem sint incorporeæ, spacium autẽ locale nõ mõ in corporeum est, sed etiam est a corpore abiunctum separatumq;, ac per se subsistẽs nõ habens essentiam in subiecto, neq; in eo existens. Igit̃ multo magis ipsum coherere coaptariq; corpori poterit idipsum corpus immune ab affectione seruãdo. Nam si spacium qua spacium simpliciter alteri coherens, mox ipsum diuideret, imprimis quidem diuiderentur a sese inuicem spacia, deinde linea lineæ coherens ac superficies superficiei idem efficerent, quandoquidem etiam ipse sit spacia dimensionesq;. Si ergo nihil tale his accidit, nõ igit̃ dimensio aut spacium qua spacium est causa diuisionis esse affirmabitur, quare neq; ꝓfunditas ꝓfunditati coherẽs diuisionis causa erit. Nam id esset placito alicuius, ac assignanda esset causa, cum tres sint dimensiones scilicet lõgitudo, latitudo, & altitudo cur lõgitudo latitudoq; coherentes sese nõ diuidãt, & ꝓfunditas ꝓfunditati cõiuncta vtreq; mox sese mutuo secẽt. Igitur dimensio & spacium quatenus spacium simpliciter nõ est diuisionis causa, sed dimẽsio cum materia diuisionis causa quæ hoc modo corpus est. Nam materia est causa cur formæ agant & patiantur, illas dico scilicet quæ suapte natura agere & pati omnino possunt. Neq; enim cõtraria mutuo paterentur si causa efficiẽs & patiens nõ essent in materia, dico scilicet si nõ essent in materia naturales affectiones, quare si trina dimensio aut interuallum trifariam dimensum illud locale dico, in corporeũ expersq; materiæ est, neq; ꝓducet in ipso corpore ingresso & collocato affectionem neq; ab eodem patietur. Nam ea sola agunt & ecõtra patiuntur, quæ materiam habent nihil igitur cogit, & si vacuum reciperetur per corpus, ipsum diuidere neq; ab ipso diuidi. Ego autem & illud adiicio atq; assero, quod quanquam spatium trina dimensione cõstans ac diuisibile corpus esset, neq; aliquid nos vrgere posse vt fateamur quum reciperetur in ipso loco id q; ingreditur in eo, vel cum ipsemet locus per ipsum reciperetur penetrareturq;, hoc absurdum sequi .s. diuidi in infinitum ea quæ sese mutuo recipiũtur, sed sequitur vel corpus per corpus recipi, quod plane impossibile est, vel alterum corpus totum vacuum esse vt hoc mõ reliquum per ipsum recipi queat. Immo & ipse Arist. dicendo corpus per corpus recipi nunquam dixit sequi absurdum hoc, vt corpora in infinitum actu diuidantur sed dixit sequi, vt corpus maximum recipi posset in minimo. Item meminisse oportet ea, quæ ipse Arist. dixit cõtra illos qui rerum auctionem fieri dicebãt per quedã innania & poros meatusue. Nam cum illi faterentur eo res augeri, quod cibus ingrederetur illos meatus innaneis, qui intra corpora manent, ipse optime in illos inuectus dixit & hac eorũ positione sequi vel corpus vniuersum vacuum esse si totum per totum augeretur, vel duntaxat innaneis meatus impleri, & minime fieri auctionem. Et nunquam dixit vacuum recipi penetrariq; per cibum & diuidi in infinitum. Sic igitur dicerent & ii qui asserũt locum esse interuallum quum corpus recipitur per vacuum, implere ipsum, ac minime vacuum diuidi a corpore quod in eo sese recipit, sed solũ implere vacuũ & nõ diuidere ipsum, non enim in corpore suscipit̃ sed id quod in eo recipitur corpus est, siquidem in corporeum sit. Nam si esset corpus cum id quod est in loco reciperetur per ipsum necesse esset vt etiam locus cum sit corpus per illud reciperetur. Sed cum interuallum propria suaq; ratione sit vacuus locus solum implebitur ab eo corpore quod in eo sese recipit. Verum si quis contenderet volens vacuum recipi etiam in corpore qd' in eo est, nos illi id dabimus & concedemus, quoniam neq; hoc modo aliquid absurdi ex ratione sequi videtur, vt iam demonstrauimus. Nam vacuum recipietur in corpore ipso non moto, sed solum corpus per illud diffunditur, & in illo mouetur. Quod quidem igitur primum argumentum Arist. nihil necessarii concludat neq; aliter suadeat, vel verisimile quippiam adiiciat, iatis demõstrauimus. Deinde argumentũ quod sequit̃ quandam persuasionem & ꝓbationem sub sua obscuritate celatam habere videt̃ verũtamen neq; ipsum omnino verũ est. Nã illud primũ absurdũ quod adducit .s. duo vel plura in eodem esse, nõ video quonam pacto illud possim absurdũ dicere. Nã si idem esset dicere corpus & interuallũ, reuera si nõ possent dua corpora simul in eodem esse, neq; possent duo spacia internallaq; simul ac in eodem esse. At id mõ veteres nõ admittũt neq; autumãt. In primis ergo si due lineæ mutuo ipsismet coherere coaptariq; possunt, & nõ solũ due, sed etiam infinitæ, similiter & sup̃ficies quæ sunt interualla & dimensiones. Quid vetat & trinam ipsam dimensionem seu spacium trifariam dimensum scilicet vacuũ non

Cõtra secũdũ Argumẽtũ Arist.

posse corpori trina dimẽsione cõstituto coherere cõiũgi? nam vt in corpore lineæ & superficie
eo qd in corporeæ sunt ipsisimet mutuo coherere queũt (& si cõstitute ẽi in corporibus sint.) Ita
quid ꝓhibet si locus fuerit in corporeus ipsum corpori coherere coaptariq; posse. Et .n. in eodẽ
corpore secũdũ idẽ plures iuenies qualitates, ceu in melle, quẽ dulcẽ flauũ, exilẽ vel lubricũ, gra
uẽ, & humidũ dicimus, quemadmodũ igitur in his nihil vetat plura in corporea simul & secun
dũ idẽ in eodẽ corpore esse, ita neq; si spaciũ in corporeũ fuerit nihil vetabit in vno & eodẽ corpo
re plura interualla & spacia recipi cũ vni incorporeo alicuius corporis termino alterius corporis
terminus coherere queat. Quod quidẽ igitur, & si cõcederetur (cũ sit locus trifariam dimẽsus di
uisibilisq; multa spatia incorporea in vno & eodẽ corpore esse, nullũ sequatur absurdũ, abũde
satisq; ostẽdimus. neq; enim sequitur hoc trifariã est dimẽsum aut hoc est trifariã diuisibile, er
go est corpus, neq; hãc esse corporis definitionẽ admitteremus, qm̃ ipsum quũ qppiã aliud sit
ita est trifariã dimẽsum ac diuisibile. nam corpus est substãtia cui accidit quãtitas trina aũt dimẽ
sio cũ sit q̃titas accidit substãtiæ, & corpus est substãtia, quare trina dimẽsio accidit corpori. nam
corpus est quatenus est materia cõstat, qua vero q̃titas corpori accidit, hac ratione corpus est tri
na dimẽsio, ac trifariã diuisibile quæ in rõnibus cõtra Melissum plane dixit. Quocirca fidei & ꝓ
bationis causa adiũgã assumãq; vnã ibi doctorũ sentẽtiã, & si plures assumere possim, quæ hoc
mõ se hẽt.) Atqui Melissus id qd est infinitũ esse asserit, ergo id qd est, quãtitatis aliqua erit. nam
infinitũ in quãtitate est. Substãtia aũt infinita, vel qualitas, aut affectio infinita esse nõ põt, nisi ꝑ
accidẽs, si ergo substãtia est cũ quãtitate. nam infiniti rõ quãtitate vtitur, sed nõ substãtia neq; q̃
litate. Plane igitur ꝑ hæc Arist. inquit quãtitatẽ substãtiæ accidere, sed trina dimensio est aliqua
species quãtitatis, ergo trina dimẽsio accidit substãtiæ, sed corpus est substãtia, corpori ergo acci
det trina dimẽsio, si corpori itaq; accidit trina dimẽsio, nõ ergo trifariã esse diuisibile est definitio
corporis sed inseparabile accidẽs, nõ ergo necesse est si hoc est trina dimẽsio trifariãq; diuisibile
ergo corpus ẽ. Verũ quedã dubitatio rõni accidit, nũquid possimus separare quãtitatẽ a substã-
tia. Sed posterius hoc cõsiderabimus, ne diuagemur sermonisq; cõtinuationem intercidamus.
Quod quidẽ igitur nõ sit impossibile neq; absurdũ plura spacia in eodẽ esse demõstrauimus.
Verũ nihil vrget eos, qui statuũt interuallũ locũ esse, fateri plura spacia in eodẽ esse q̃ duo, neq;
locũ in loco fieri neq; penitus locũ moueri. neq; enim amphora translata, spaciũ quod intus
recipit aquã vna cũ amphora trãsferetur, sed tota amphora totũ locũ mutabit. nã vacuũ immo
bile est. Quemadmodũ igitur si sphæra solida quedã esse, quæ in aliquo immitteretur tãtũ loci
sane impleret, quãtũ magnitudinis ipsa capit, quã si deinde traduxeris aliquo, nihil vacui recipiẽ
tis ipsam traduces, neq; id quod sphæræ profunditatẽ implebat, sed trãsmutata sphæra aliã atq;
aliã interualli partẽ implebit ipso interuallo immobile. nã quopacto moueretur vacuũ. Si etiã
& si cõtinuũ nõ esset id quod est in loco, sed attiguũ (vt amphora se habet) idẽ rursus accidet. Ni
hil enim interest si rationẽ de cõtinuo vel de attiguo cõsiderabimus, quoniã neq; in attiguo est
vacuũ quod corpore nõ impleatur. Quemadmodũ igit̃ in cõtinua ac solida sphæra. s. pila, quũ
trãsmutatur nulla pars vacui intus manet, quæ cõtineat partes sphæræ in profunditate, ita & si
illã animo cõceperis esse diuisam, vt partim extrinsecus cõtineat partim aũt intus cõtineat̃. (nã
hac rõne assimilatur amphoræ) nihil plus ipsa trãslata cõtinebit q̃ prius, sed quemadmodũ cũ
trãssferebatur aliquo tũc totũ spaciũ in quo erat deseruit, & aliud implebat, in quo ipsa colloca-
batur manẽte spacio. Ita & si ipsa diuisa foret, idẽ rursus accideret. Neq;.n. quia divideretur spæra
alio quodãmodo impleret locũ q̃ prius implebit. Neq;.n. quia ipsa diuidetur, idcirco mouetur
interuallũ locale, sed alii loci partibus tribuũtur, qm̃ partes ẽt actu diuisæ sunt, neq; eo qd pars
propriũ obtinet locũ, iam cogitur locũ vna cũ ipsa trãsferri, sed cũ mouetur totũ vnaqueq; pars
quæ cõtinet vacui ptẽ, ipsam relinqt, & aliã occupat, nõ igitur necesse est moueri locũ in loco eẽ
neq; multa interualla esse in eodẽ. nã super prius loci interuallũ in quo erat, mobile relinquit &
in alio spacio locali sit quãdoquidẽ corpus semper in loco sit, solũ igitur corporale spaciũ potest
in spacio locali esse, vt duo queãt interualla ipsisimet mutuo coherere. s. interuallum corporeum
ac loci intercapedo, in qua corpus est, tertiũ aũt interuallũ intercludi interq; mitti non põt, neq;
in eodẽ esse, quãdoquidẽ nequeãt duo corpora eũdẽ cõtinere locũ vt superficies plures in eodẽ
esse possunt. Verũ impossibile ẽ plures supficies q̃ has duas actu ipsisimet cõiũgi cohererеq; vi-
delicet supficiẽ cõtinẽtis corporis & supficiẽ cõtẽti. nã tria corpora mutuo sese tãgere scdm idẽ
nequeũt. Ita sentio de interuallis locorũ qm̃ q̃q̃ plura interualla incorporea in eodẽ esse queãt,
attamẽ actu esse nõ possunt, propterea quod neq; duo in eodẽ loco esse queũt, neq; vacuũ in va
cuo. nã immobile vacuũ est. Verũ si quis forsitã cõcederet vacuũ in vacuo esse quodquidem sic

non est,

non est, constat sane vt vacuũ in vacuo esset quemadmodum linea in linea ac superficies in superficie est. Vt igitur si infinitæ lineæ simul essent non maius totum efficerent, quam illa quæ erat a principio, sed vna tota linea fit, similiter & si supficies in eodẽ essent ac pũcta nõ maius illud efficerẽt in quo sunt, q̃ prius, ita si vacuũ in vacuo fieret, ita esset totũ sicut a principio. Nã totũ toti cõiũgit, sed cũ manifestũ sit idẽ esse dictu vacuũ & spaciũ locale trifariã diuisibile, igit impossibile est vacuũ in vacuo recipi, ac locũ in loco, vel moueri locũ qua locus est. Quod autem his qui statuunt locũ esse interuallũ vacuum propria rõne alterum ab his corporibus, quæ in eo recipiuntur, nullum absurdum eorum (quæ Arist. conclusit) accidat, satis affatimq; rõnẽ demõstrasse puto. Ceterum aliam questionem aggrediamur. Et qd locus nõ sit terminus cõtinenti demõstretur hoc mõ. Nam si id qd est in loco nihil aliud est q̃ corpus, & nõ per aliud quippiam in loco est, quam quatenus corpus est, illud autem quod est in superficie cõtinẽtis nõ qua corpus in ea collocatur. Nam corpus est trifariam diuisibile, sed id qd est in superficie quatenus superficies longitudine & latitudine solũ cõstat, nõ põt esse trifariam diuisibile nõ igitur superficies est locus, sed finis terminusq; cõtinentis quatenus cõtinet cõtentium superficies est, nõ igitur termi nus cõtinentis quatenus cõtinet cõtentium est locus. Nam cum superficies dupliciter sit diuisibilis vel duplici (vt dixi) dimẽsione cõstet nõ poterit in seipsa recipere id qd trifariam diuisibile est, vel trina dimensione cõstat quatenus tale est, quãdoquidem nõ totũ vndiq; illud tangeret, neq; superficies totum corpus reciperet. Nam quo pacto aliquis tueri posset corporis profunditatem in superficie collocari, siquidem solum termini corporis erunt ii qui in superficie sunt. Item si locum oportet equalem esse illi qd est in loco. Nam id erat vnum inter alia cõmune postulatum certe superficies non erit locus. Quomodo enim superficies potest esse æqualis corpori. Si autẽ aliquis dicat, eo locum æqualem esse illi quod est in loco, quod locus coheret termino contenti ac illũ tangit. Scias hunc duntaxat tueri locum æqualẽ esse termino eius quod est in loco & nõ æqualem illi qd cingitur complectiturq; loco cum terminus non sit p se in loco, quare si verum erit postulatũ quod asserit oportere locũ non æqualẽ illi esse qui est terminus contẽti, sed ipsi qd continetur loco, id autem qd est in loco cum corpore est ergo locum oportet æqualem esse corpori, sed impossibile est superficiẽ æqualẽ corpori esse, quoniam neq; linea æqualis est superficiei neq; pũctum lineæ, igitur impossibile est superficiem esse. Præterea si oportet locũ immobilẽ esse, & superficies cũ sit terminus corpori simul cũ corpore moueẽ cuius est terminus, impossibile igiẽ est superficiẽ locum esse. Si autẽ quispiam dixerit superficiẽ quatenus locus est immobilẽ esse qua vero superficies ipsam moueri, assero id minime verum esse. Nam locus est quatenus talẽ positionẽ & habitum habet erga id quod est in loco, ceu quatenus ipsum tangit & continet ipsum. Sed neq; hoc modo immobilis est, quandoquidẽ me manente & non alio proficiscẽte, his locus qui me continet dico scilicet superficies aeris qua tangit me aer, non maneat, sed vna cũ aere moueaẽ & continuo alia atq; alia aeris pars contineat me. Similiter & si cœli extremũ dixeris nostra positione & quoad nos locũ esse, neq; hoc immobile est, neq; semper eadẽ pars superficiei coneaue cœli eandem partẽ corporis qd intra eam capiẽ, tãgit, ẽt si ea quæ continenẽ manerẽt, propterea qd cælestia semper mouẽtur, quare si nihil est immobile præter terrã, non poterit igiẽ locus immobilis esse, & si qd continet immobile foret. Si ergo communi conceptione (vt ipse Arist. inquit) locum immobilem esse oportet, & terminus cotinẽtis immobilis non est, quãdoquidẽ simul moueatur cum eo cuius est terminus manẽte ipso cõtẽto immobile, igiẽ terminus continẽtis non est locus. Item si omnis motus aut secundum alternationem fit, aut secũdũ auctionem diminutionemq;, aut secundum locum. Nam ipse Arist. demonstrauit iuxta tria predicamenta tantum versari motũ. s. circa quãtitatem, qualitatemq; & predicamentum vbi, quem vocat lationem, cuius alter motus orbicularis est, alter vero motus rectus appellari solet, vt ipse plerisq; in locis determinat quãdoquidem in eodem libro videatur illum partiri in duas species quarũ altera latio vocatur, altera circunlatio. Et vltima sphæra in orbem duciẽ, igiẽ moueẽ secũdũ locũ, deinde cum tali motu moueatur, qualis igitur erit locus sphæræ siderum nõ errantiũ, cum nihil extrinsecus ipsam contineat. Hac proinde videtur non recte traditam fuisse ab Aristo. de loco definitionem, cum omne corpus sit in loco, & definitio quam ipse affert non cuiq; corporum congruat eueniatq;. vnde volentes interpretes afferre quopacto sphæra siderum non errãtium moueatur secũdũ locũ cum non sit in loco, potius omnia confundat, q̃ quicq̃ apertũ dilucidũue dicãt, qd persuadere queat. Nam inficiari sphæram siderũ nõ errãtiũ moueri secũdũ locum nõ possunt, neq; fingere possunt quo alio motu moueretur, atqui qualis sit locus secundũ quem ipsa moueatur, dicere assignareq; nesciunt, sed veluti ii sunt qui taxillo ludunt, siqdẽ aliã

An loc9 sit termi nus continẽtis.

Primũ argum.

Secũdũ argum.

Tertiũ argum.

Respon sio qdã obiectio

Qartum argum.

atq; aliam ratioñe afferrant, & his omnibus quæ garriunt, poſitiones & poſtulata quæ a prin-
cipio Ariſt. dat petitq;, ipſi deſtruũt ac tollũt. Et. n. Ariſt. rationis imbecillitatem exiguũq; vigorẽ
obſcuris verbis aut occulta ſentẽtia cũ celaſſet, ſic volẽtibus id pſcrutari tradidit, vt velint ac q̃ ant
rationes ad vtrãq; partẽ cõuertere. Iccirco interpretũ alii ferũt locũ firmamenti ſphæreq; altro-
Pria opinio. rum non errantiũ eſſe ſuperficiem conuexam curuamq; Saturni ſphæræ qui omnia fere com
munia poſtulata de loco tollũt, quæ ſane Ariſt. poſuit, ceu hæc, locũ extrinſecũ eſſe ab eo quod
Primũ argum. eſt in loco, ac continere ipſum, & locum equalem eſſe illi quod eſt in loco. Nam hi (cum ita ſen
tiant de loco vltime ſphære) quo locum eſſe equalem ei quod eſt in loco aſſignare affirmareq;
poterũt. Deinde accidit his, qui ſic aiunt, aſſerere idem ſecundum idem locum eſſe & id quod eſt
Secũdũ argum. in loco. Nam ſi Saturni ſphæra ſecundũ ſuperficiem conuexam & locus ſphæræ ſiderũ nõ errã
tium, & rurſus ſecundũ eadem ſuperficiem contentã ab ipſa ſphæra non errantiũ aſtrorum in
illa eſt velut in loco, idem igitur dico. ſ. eadem ſphæra Saturni ſecundum ſuam ſuperficiẽ conue
xã locus erit ſphæræ ſtellarũ non errantiũ & in illa erit velut in loco. Sed quonã pacto hoc affir-
mare poſſumus, vt idẽ ſit locus alterius qđ eſt locus eiuſdẽ. ſ. quomõ põt affirmari, vt cõuexa ſu
perficies ſphæræ Saturni ſit locus ſphæræ nõ errantiũ ſiderũ, quã habet pro ſuo loco? Nam quo
modo idem ſecũdũ idem poteſt cõtrarios oppoſitoſue habitus oppoſitasq; poſitiones recipere.
Nã idẽ eſſet pater eiuſdẽ, & ſuimet filius nõ poteſt ſeruata vera intelligentia poſitionis & habitus
circa quẽ verſatur rõ. Quapropter qui ita ſentiũt ſphæram non errantium ſiderum in loco eſſe,
cõmunes cõceptiones de loco dirimũt ac tollũt alii igitur ſic ſentiũt ſphærã talẽ in loco eſſet, alii
Secũda opinio. vero cõtinuas partes eiuſdem ſphæræ interſe mutuo loca eſſe aſſentiunt. Nam vnaqueq; pars a
Primũ argum. partibus circũcirca cõtinetur, qui etiã cõceſſa poſtulataq; de loco demũt. Nam ipſe Ariſt. ſepe di-
xit partes cõtinui nõ eſſe per ſe in loco, ſed per accidẽs, quatenus totum in loco eſt. Deinde quo-
modo oportet locum nihil eſſe rei, ſi quidem partes inter ſe mutuo ſunt loca. Nã ſi vniuerſitas eſt
aliquid partiũ, immo idipſum quod omnibus partibus cõſtat, & vnaqueq; pars ad cõficiẽdum
vniuerſitatem cõfert, igiť partes ſunt aliquid ipſarũmet quandoquidẽ ad eandem eſſentiam con
ſtituendam mutuo concurrant, ſiquidem vnaqueq; ab vniuerſitate diuulſa ſeiunctaq; pericli-
Secũdũ argum. tatur ne eſſentia priueť, & intereat. Deinde ſi locus vniuſcuiuſq; partis ſphæræ ſiderũ ſunt ipſe
partes quæ circũcirca cõtinẽt eum ipſe moueť, quales locos mutabunt? Neq; enim partibus cõ
tinẽtibus circũcirca ſeiunguntť, quandoqdẽ cœlũ motũ nõ diuidať. Item qũo dicemus partes cũ
cœlũ circũduciť ipſiſmet mutuo propria loca cedere. Nam ſi partes cõtinentes ſunt loca vniuſcu
iuſq; partis ſphæræ ſtellarum fixarũ, & circũducta tota ſphæra recte dicitur partes mutuo ipſi-
ſmet locũ proprium cedere, profecto neceſſe eſt cœlũ diuidi & alias atq; alias partes diuerſum
reſpectum ſitum, & poſitionem ad vniuerſitatem & ad ſeipſa obtinere, quod quidem impoſſibi-
le eſt, cum cœlum ſit indiuiſibile. Nam arctõ. ſ. vbi vrſa minor ac polus noſter iacet eiuſdẽ ſphæ-
ræ pars nũq̃ ſit oppoſita pars. ſ. auſter & alter polus mũdi, vel alia pars alibi cõſtituta, qđ forſitã
neq; generabilibus corruptilibuſq; rebus accidit, niſi aeri, aquæ, ac his quecũq; ex eiſdem, pdu-
cta eliquabilia ſunt, ceu aurũ plũbũ, cera, & ſimilia. Nõ poſſunt igiť hũc in modũ tueri cœlũ ſm
Tertiũ argum. partes in loco eſſe. Præterea pauloante Ariſt. pluribus argumẽtis demõſtrauit, q̃ q̃ppiã aliter
eſt vt in loco & aliter vt in toto, ſi autem partes cõtinentes circuncirca ſunt loca aliarum partium
igitur pars erit in toto velut in loco, igitur cœlum ſecundum nihil erit in loco, quomodo igitur
ſphæra ſiderum non errantium ſecundum locum mouetur, ſi non eſt in loco neq; ſm ſeipſam
totam, neq; ſecũdum partes? Nam quod nõ eſt in loco, ſecũdũ locũ moueri nõ põt, ſi ergo ſphæ
ra ſtellarum fixarum ſecundum locum mouetur, etiam in loco erit, ſi autẽ in loco, & a nullo ex
trinſecus cõtineť, igiť locus nõ erit terminus, cõtinentis quatenus cõtinet cõtẽtũ. Verũ huius cõ
fuſionis controuerſiæq; in cauſa eſt ipſa definitio loci qua diciť locũ eſſe terminum continentis
quatenus continet contentũ. Præterea & hinc conſtabit locum non eſſe ſuperficiem. Nam quũ
aliquid mouetur motu recto per aliquid corpus, ceu per aerem, dicimus trãſmutato aere ab ipſo
mobile ſecundum partem, & eidem ſuũ locũ cedente fieri motũ, q̃doqdẽ corpus non recipitur p
corpus. Si ergo terminus cõtinentis eſt locus, & nõ eſt aliquod ſpaciũ inter extrema alicuius cõ-
prehenſum diuerſum ab his corporibus, quæ intus capiũtur & ingrediũtur in eo, manifeſtum
eſt, cum ipſe mouebor ac proficiſcar ex Athenis ad Thebas partes aeris ſuum locũ mihi ceden-
tes, cum motus locorũ ſit mutatio, & alternatio in cõtinuo, nihil aliud mihi cedere videbiť, q̃ ſu-
perficies. Sed ſupficies ſole cõpoſite, & ſi infinite eſſent mutuo ipſiſmet coherẽt & totũ maius nõ
efficiũt, qũo igitur procedit mobile vltra. Nam ſi dicerẽt cum ſuperficiebus aliquod ſpaciũ aeris
trifariã diuiſibile cedere mobili, ipſo ſemper translato ex interuallo ſpacioq; ad interuallũ, hoc

modo

modo accideret aliquam magnitudinem moueri, ceu vnius ſtadii ſpacium. Si autem ſuperficies ſolum erit q; cedit, & ſuperficies coniunctæ nullam efficiunt magnitudinem ſecundũ profunditatem, qũo igiť mobile vero procedere ac recipi poterit. Atq; procedit & moueť per quantumlibet ſpacium, ceu ab Athenis ad Thebas, igiť ſuperficies ſolum non cedit mobili, ſed corpus qđ ipſi cedendo transfert, illud namq; cedit huic quod transfertur, qđ a ſuo loco transfertur ac impellitur, non igiť ſuperficies eſt locus. Quod quidem igiť locus non ſit terminus continentis ex his ſatis contueri cognoſcereq; poſſumus. Quod vero locus ſit ſpaciũ trifariam diuiſibile diuerſum ab his corporibus quæ in ipſo incidunt, ac ingrediuntur, qđ ſua ac propria ratione ſit incorporeum, & ſolũ ſit ipſe dimenſiones corporis vacue. (Nam reuera idem ſubiecto eſt vacuũ & locus) demonſtreť ex deſtructione reliquorũ. Nam ſi neq; materia, neq; forma, neq; terminus cõtinentis eſt, reſtat locũ eſſe ſpaciũ. Qđ vero idem quatenus idem ſit aliquod ſpaciũ omnino diuerſum ab his corporibus, q̃ in illo ingrediunť, demonſtreť. Et imprimis ex eo qđ paulo prius diximus quo dicebamus corpora viciſſim inter ſe cedere. Nam ſi mobile non recipiť per corpus & ſi ſuperficies non ſit mobile, ſed trifariam diuiſibile, qñ igiť aliqđ diuidens aerem fieret in loco eius tantũ profecto ſpacii cedit aer illi q̃tũ eſt ipm mobile, qm̃ igiť tm̃ eſt metrũ, q̃tũ eſt illud qđ menſurať, neceſſe prorſus eſt, ſi aer habet decem verbigratia vlnas ſoliditatis, totidem etiã receptaculũ & locũ eius habere. Habeat ergo & ipſum decem vlnas magnitudinis ſolidæ, q̃ ſane cedet corpori qđ moueť, id ergo cũ tm̃ capiat molis & magnitudinis erit locus. Nam loci mutuo ipſiſmet cedũt, igiť locus eſt aliqđ ſolidũ, appello in q̃ ſolidũ id qđ trifariam diuiſibile eſt. Menſura aũt illius qđ eſt in loco eſt ipſe locus, quocirca equalis ei eſt. Sed hoc clarius exploratiuſue exẽplo amphoræ demonſtrabiť. Nam ſi non eſſet aliqđ interuallũ inter cauam ſuperficiem amphoræ, qđ ſane aer impleret, tm̃ habens ſoliditatis, q̃tus eſt aer in ipſo, ſed ſola ſuperficies eſſet receptaculũ aeris qm̃ metrũ eſt ipſa amphora, & neceſſe eſt prorſus menſuram equalem eſſe illi qđ menſurať, conſentaneũ igiť erit, vt aeris ſola ſuperficies capiať & complectatur, qđ qdem abſurdũ eſt, qm̃ aere cedente aquæ ſubeũti aliquod ſolidum & corpus eſt aqua quæ locum aeris occupat, metitur igitur aqua ab ipſa amphora, & tantum eſt metrum aut tanta eſt menſura, quantũ eſt id quod menſuratur ab ipſa, aqua exiſtente ſolida & non ſuperficie, itaq; & menſura ipſa ſolida erit. Nam ſi expleremus amphoram, & metiremur aquam, tantum amphoræ receptaculũ eſſe dicentes quantum capit ipſa aqua, metiremur ne duntaxat ſuperficiem aquæ, vel quantus ſit ipſius aquæ ambitus quanta q; continentia inueſtigabimus. Nequaq̃, ſed ſolidũ profecto metiremur. Quocirca non querimus nec contendimus qualem figuram obtineat menſura, ſed dũtaxat ſolidi areã conſiderabimus. Quũ igiť dixerimus tm̃ eſſe amphoræ receptaculũ, q̃tũ aquæ ſoliditas capit dicemus ne tantum aeris ibi eſſe, quantum erat in amphora ante aquã? Nequaq̃. Non enim per aerẽ aqua penetrat & recipitur & ab ipſo aere mẽſuratur, ſed aer ſolũ cedit aquæ. Verum dicemus ne ſuperficiem amphoræ tantã eſſe minime, quoniã metiri plana in his rebus non intendimus, nec volumus ſed ſolida. Reſtat igitur, vt receptaculũ q; intra terminos amphoræ comprehenditur, mẽſurare id quod intus capitur. Itaq; eſt aliquod ſpacium interuallumq; præter corpora quæ in eo incidunt ingrediunturq;, neq; id ſane dico, vt hoc interuallum, vel ſit, vel poſſit eſſe aliquando omni corpore vacuũ (minime ac nunq̃ id poteſt dici) ſed aſſentio idipſum eſſe diuerſum a corporibus quæ illud obeũt ac in illo incidũt, & ꝓpria ratione vacuũ, nũq̃ tamen ſine corpore, quemadmodum materiã ſane dicimus diuerſam eſſe ab omnibus formis, tamen ipſa nunq̃ poteſt eſſe ſine forma. Hoc modo etiam interuallũ intelligimus diuerſum eſſe ab omni corpore, ac ſuapte ratione vacuum, in quo manente immobile ſecundũ totũ & ſm partes, aliud atq; aliud corpus ſemper ingreditur equidem interuallum immobile eſt ſm totũ quoniam mundi interuallum quod vniuerſi corpus recipit, nunquam moueretur. Secundum partes autem, quoniam incorporeum ſpacium & propria ratione vacuum moueri non poteſt quare interuallum erit locus ac diuerſum a corporibus receptis. Item vacui vis vtrũq; illi qui rei veritatem perſpicere voluerit, plane oſtendet ac exhibebit, dico, ſcilicet eſſe aliquod interuallum diuerſum ab his corporibus quæ in eo incidũt, ac ipſum nunquam eſſe ſine corpore. Cur enim in clepſydris dico. ſ. in his vaſibus quæ appellanť apud nos arpagia (qbus aq̃ impletis) ſi in fundo exiſtentibus multis foraminibus, cum totũ orificiũ digito operuerimus, nõ exibit aqua per foramina quæ in fundo ſunt cõſtituta, cũ ipſa ſit grauis, & tot habeat meatus & ora, ſed aeris impedimento per foramina detinetur, & in ſublimi loco ſtat præter naturam, at cũ foramen ſuperius aperuerimus mox aq̃ exibit deſcendetq; cũ impetu per foramina in fundo vaſorũ conſtituta? Certe huius rei cã nulla alia eſt q̃ vacui vis. Nam quum nequeat vacuum eſſe ſuperius fora-

Vide quomõ vult. Io. Grã. interuallũ eſt diuerſũ ab oĩbus corporibus. Sed nõ ſeparatũ ab oĩ corpe. Extra mundũ locus.

mine obturato si aqua exierit ac descédet deorsum, nullo pacto aeri patebit aditus, vt intra recipi queat execũte aqua. Neq; .n. superius aer aditũ habebit, si diligéter supernũ os digito obturabitur neq; inferius cũ sint foramina minutissima, & aqua imineat foraminibusq; adiaceat quæ cũ aerem detineat cogatq; foris manere ipsa aditũ inuenire non potest. Simul nanq; egredi aquam & ingredi aerem impossibile est, cum igitur deorsum aqua fertur, & aer expellitur ab ipsa vi ipsius vacui in vniuerso naturali statio fit, si ergo latiora essent foramina, & multum aque ibi esset, aer secundum vnam aliquam partes superãs posset succedere aquæ. Deinde vero naturali impetu cum aqua alibi difflueret, cui presto aer esset, tunc secundum alteram partem aqua cum impetu alio traducta translataq;, aer posset aditum habere, vt etiam fieri solet in vasibus perforatis quando plena sunt, quapropter neq; vinum cum impetu exit, sed sensum aeris impulsu fluit descenditq; sub vas ipsum testamq;. Vnde superius vbi vacuum relinquitur, & vinum non est, consueuerunt perforare, vt concedentibus aeri ingressum per illud foramen factum, vinum exeat quantum vsui licet, porro videtur tunc vinum maiore impetu exire. Vnde etiam cum aqua suapte natura deorsum existat, sursum mouetur atrahiturq; ab his qui aliquam fistulam tibiamq; inniciunt in eam, & per ipsam hiant absorbentq; cochlearia. Eo .n. plerũq; aerem absorbẽt in ipsa tibia, q̃m periclitat̃ ne vacuũ intra capiat̃, vnde diuulgata vis vacui mouet aquã præter naturã, porro hoc mõ totam amphorã exhauriunt absorbẽtq; flectẽtes denuo alterã tibiæ partẽ, & deprimẽtes immergentesq; alterã extremitatẽ in amphorã, deinde p alterã absorbẽtes aerẽ qui intus est, vi vacui simul trahũt aquã quæ cũ iam cepit initiũ motus nõ quiescit, quousq; totã exhauriãt amphorã. Hoc aũt hac de cã fit, q̃m posteaquã preuenit aqua implendo totã tibiã, & in ipsa curuaturã ingressa cepit s̃m naturalẽ lationẽ ferri, aer subire in eãdẽ rursus non põt ppter fluxũ ac impetũ naturalẽ aquæ, ac ppter tortuositatẽ tibiæ ex ipsa curuatura prouenientẽ. Cũ igit̃ aer ingredi nequeat, & rursus impossibile sit tibiã fieri vacuã cõtinuo fit aquæ fluxus p ipsam fistulã, Nã cũ principiũ tibiæ aquã ingrederet̃ & pueniret vsq; ad curuaturã fistulæ, & alia aq̃ inferius nõ ingrederet̃, neq; aer posset cogere aquam vt impleat illã tibiæ fistulæq; partẽ, necessario accideret vacuũ esse, igit̃ vacui vis cũ semper expleat vacuã partẽ nõ quiescit quousq; cõsumpta aq̃ quæ in amphora erat inferius a principio tibia aere impleat̃ dico .s. ab ea extremitate tibiæ q̃ immergunt in amphorã. Nã amphora implet̃ aere p os suũ cũ cõtinuo exiit aqua p fistulã, qui sane aer cũ ingrediat̃ in amphorã cõtinuo cõsumpta aqua .s. quãtũ aquæ fistula imbibũt absorbẽtq; tãtũ aeris cõtinuo p os amphoræ in ipsa ingredit̃, extremo & vltimo aquæ cochleario presto aer est, qui partes inferiores tibiæ impleat in quibus nõ est aqua. Si ergo nihil interualli esset inter extrema clepsydræ, vel tibiæ fistuleq;, qd diuersum foret a corpore ibi existẽte, sua ac ppria rõne vacuũ, quamobrẽ natura prohibet aquã in clepsydris s̃m naturã moueri q̃do obturatũ est os superius, aut in tibiis cogit aquã sursum ferri præter naturã. Cõmunis igit̃ omniũ responsio est, ne fiat vacuũ. Sed quale vacuũ fore putas (o vir optime, si nullũ aliud est interuallũ inter extrema amphoræ præter spaciũ aquæ, quo fiet, vt q̃ primũ aqua exierit nihil relinquat̃, nisi superficies cõcaua vasis. Quid igit̃ qualeq; foret vacuũ. Nũquid supficies, sed me hercle existimo te nihil aliud dicere posse quã plenã supficiẽ vacuã esse. Nã si supficies qua supficies est, quodã corpore impleri idonea est, quãtũ igit̃ capiet pfunditas aeris, quæ superficiẽ terræ implet. Nõ .n. poteris determinare quantũ id sit quod huius cubi verbi gratia superficiẽ implet, num illius q̃titas sit vnius digiti, vel maior, aut minor. Et quæ assignatio afferri posset. Quod vero nõ possemus certam ac definitam quantitatem habere assignareq;, ex his constat, quoniam potest alterũ corpus circulare immiti quod magis & minus, vel approximari, vel distare ob ipso queat, & in differentibus distantibusq; dimensionibus cubi superficiem certe nõ magis plenam quam vacuam dicere possumus. Quod vero neq; vacua, neq; plena superficies esse queat, manifestum ẽt hinc est, quoniam asserunt neq; vacuum aliquid esse, neq; extra conuexam inerrabilis sphære superficiem aliquid haberi, & rursus constat, quoniam nemo bone mentis superficiem vltimam cœli vacuam, vel plenam dicere potest. Si ergo superficies est locus, & non est aliquod spacium propria rõne vacuũ, quæ igit̃ est illa vis naturæ, quæ corpora præter naturã, sepe ciet ne vacuũ fiat, cum nullũ sit in vniuerso spaciũ qd̃ periclitetur vacuũ fieri. Nũ hoc forsitã vacuũ assentiũt .s. superficiẽ nõ tãgi aliquo corpore, tanq̃ ipsa natura necessariũ sit oẽ corpus aliqd̃ tãgere. Atqui hoc modo introduceretur omne finitum ad aliquid terminari, quod quidem falsum esse satis Arist. in tertio libro demõstrauit. Siquidem diuersa sint terminari claudiq; termino, & tãgi sit de numero eorum quæ ad aliquid referunt̃, & terminari minime. Itẽ demõstratũ est extra cœlũ nihil eẽ quare cœlũ nihil tãgeret, & simpliciter (si nõ est vniuersum infinitũ) necesse est vltimam cœli superficiem

perficiem

perficiẽ nihil tangere. Et quáquá ea quæ intra vniuersum cõplectũtur prorsus aliquod tangãt, attamẽ hoc illis inquit accidere. Si ergo accidit his tãgere, & si nihil tãgerẽt, pfecto nihil detrimẽti eorũ natura acciperet. Quod aũt hoc vacuũ nõ sit .i. corpus nõ tãgere corpus hinc constabit. Nã si hoc esset, quomodo itaq; Arist. ostẽdit extra cœlũ nõ esse vacuũ. Nã si asserũt vacuũ eẽ ipsam superficiẽ, quãdo nullũ corpus tãgit, certæ extra cœlũ vacuũ esset, siquidẽ superficies vltimi cœli extra se nihil tãgat. Atqui Arist. negat vacuũ esse extra cœlũ, igiť non aliquod tangere vacuũ non est. Rursus si hoc esset vacuũ .i. corpus non tãgere corpus, profecto in rationibus contra vacuũ Arist. ostẽdere omne corpus necessario tãgere corpus contẽdisset, sed hoc ridiculũ est. Nam quomodo diceret non solũ intra vniuersum minime vacuũ complecti, sed ẽt extra cœlũ non eẽ, immo secũdũ suã opinionẽ cœlũ nihil extrinsecus tangit. Sed quid multis moror ac multa dico ipsius philosophi contextus & verba adducemus, quibus ostẽdiť oẽs existimasse vacuũ esse, ac ipse nitiť demonstrare vacuũ non esse. Nã (inquit) q dicũt vacuũ, vt locũ quendã, & vas, ipsum ponũt. At plenũ esse videť, cũ eã molẽ habet, cuius est susceptiuũ, cũ aũt priuať ea, est vacuũ. Itẽ inqt homines vacuũ spaciũ esse volũt, in quo nullũ est sensibile corpus, & cũ ipse quęrit vacui significationẽ & intelligẽtiã quid ipm significet (inquit,) Vno quidẽ mõ vacuũ dici videť, id qd non est plenũ sensibili corpore. Ite subiũgit paulopost. Alio vero mõ in quo non est hoc aliqd, neq; substãtia corporea vlla. Vnde ex hac definitione videť vacuũ dici materiã eẽ, quo fit, vt hæc duo a vacui voce significẽtur, quæ itaq; cũ dicit non explicat, neq; inqt vacuũ esse corpus quando per superficiẽ suam nihil tangit. Immo etiam cum obiicit vacuũ non esse ostẽdit ipsum non ens esse, quod reuera nomen significat, & oẽs intelligũt ipsum esse velut interuallũ trifariam diuisibile in seipso nullũ corpus habens. Vnde inqt & eisdẽ rationibus qbus tolliť refelliturq; locũ eẽ spaciũ & vacuum esse refelleť. Nam hoc modo idẽ dř eẽ vacuum, & locus. Si ergo vacuum non dř id quod nihil tangit, sed aliqd spacium in quo corpus nullum est. Et nullum est inter extrema illius vasis qd sursum attrahit aquam & tibiæ interuallum diuersum a corporibus quæ i illo ingrediuntur, certæ patet, qd si exierit aqua nihil vacui relinqueť. Neq;.n. est aliqd alterum interuallum. Cur igiť natura cogit aquam præter naturam manere, vel moueri. Eqdẽ non cogit, vt non maneat intus vacuum, tanq̃ aliqd interuallum inter extrema comprehẽsum sit, qd ab aqua impleať, ac si exierit aqua. & in eodẽ non concedat subeatq; aer, vacuum fieri piclitef. Plane igiť existimo his demonstrasse aliqd interuallum esse a corporibus quæ in illo recipiunť diuersum qd qdẽ ppria ratione vacuum sit & ppriæ locus. Sed immorandum amplius est. Qm̃ si corpa quæ mouenť & fiunt non egent extrinsecus aliquo interuallo equale ipsis s̃m tres dimensiones, cur vtres & dolia a musto effringunť vino euaporante. Atq; si deus corporum opifex illis aliqd spacium non subiecisset adiunxissetq; qd ab eoꝝ substantia seiunctum esset, sed duntaxat ipsas substantias pduxisset, quæ externo loco non egerent, q̃ de causa & in ipso vtre corpus ingressum non ita conditum est, vt nullo recipiente receptaculoq; egeat. Nam si corpus tangit corpus, id sane p accidens corporibus inest, qa vniuersum non est continuum, sed diuisum. Hac ratione fit, vt apud Ari. alterius atq; alterius corpis alius atq; alius locus fit, idcirco fit vt nõ sit eiusdẽ locus. Non.n. ob id cœlũ cõditũ est, vt sit locus eoꝝ corpoꝝ quæ intra sui ambitum continentur, sed ppter ordinem eoꝝ quæ fiunt, ac naturales vires & inclinationes reꝝ accidit alterius atq; alterius alium atq; alium locum esse. Si ergo accidit corporibus sese mutuo tangere, & s̃m essentiam non egẽt extrinsecus iteruallo qd ipsa recipiat, oportebit (vt ipse dicebam) ventum q in vtre fit trãsmutato musto, non egere extrinsecus alio quodam loco. At nunc eget siqdem vtres effringat. Qd vero neq; corpus extra spacium p se esse queat, neq; idem spacium possit duo corpora recipere, considerandum demonstrandumq; hoc modo est. Si nullũ est spacium diuersum præter corpa ingredientia qd ipsa recipiat, p cogitationem separemus ipsa Intermedia corpa. Et videamus si reuera ita se habet. Nonne si intellexerimus cogitauerimusq; intra cœlum corpa non esse, dico .s. terram, aq̃, aerem, & ignem, qd reliq erit inter hunc ambitũ, q̃ spaciũ vacuũ, quo.n. fit vt a centro ad periferiam vsq; corpa recta vndiq; abiiciant & tollanť. Hoc igiť p qd corpa recta abiicimus qd aliud esse poterit, q̃ spaciũ vacuũ trifariam diuisibile. nisi qs dicat impossibilem esse petitionem, qm̃ mea sententia hoc non sequiť. nam quũ ex aliqua suppositione sequereť aliquid, qd fieri nequit, tũc eo qd consequens impossibile est suppositionem negamus & confutamus. verũtñ reꝝ naturam p se pcipiendi tractandiq; causa sepe solemus & impossibilia supponere. nimirũ Aristot. contra illos, qui asserebant ob velocem reuolutionem coeli terram immobilem manere, inquit si cœlum cogitatione firmaremus vbi nam moraretur. Item deinceps in hoc libro separat corpora ab oi q̃litate, & oi forma, qm̃ hoc modo ipsa per se

A centro imaginatur spaciũ vsq; cõcauũ lunæ.

Cur aliquando impossibilia suppõimus.

cõtẽplatur. Hoc etiam modo venimus in cognitionẽ materiæ omnẽ formã separãtes ab ipsa, &
ipsam solã per seipsam cõtemplantes. Itaq; absurdũ nõ est quibusdam suppositionibus vti, & si
impossibile sint) ad cõsiderationẽ aliorũ. Hinc enim qm̃ nõnulli motu cœli assignarunt causam,
cur terra staret, propter hoc inquit Aristoteles. Vt videamus, si reuera motus cœli causa sit, vt ter-
Quid Plato. ra immobilis maneat cogitatiõe animoq; cœlũ firmemus, & quæremus, vbi nã terra secũdũ na-
turã moraretur & quiesceret. Item Plato vniuersi ordinis causam cũ inuestiget, secũdũ cogitatio
nẽ & cõsiderationem separat mũdũ, & querit quonã mõ vniuersum ipsum se habet p se a Deo
seiunctũ. Atqui horũ vnũquodq; impossibile est factu, & tñ ratio ope cogitationis ea quæ sunt
natura cõiuncta & cõnexa seiungit, vt percipiat videatq;, quõ vnũquodq; per se secũdũ ꝓpriã
naturã se habeat. Hoc etiam mõ ipse igitur facio, qm̃ nõnulli negãt spaciũ quodã recipiẽs corpo
ra alterũ esse ab his corporibus quæ recipiũtur, sed solũ esse in rerũ natura spaciũ corporeũ tri-
fariã dimẽsum diuisibileq; asserũt, eodẽ itaq; mõ ipse dico, qm̃ si hoc ita ẽ. Detur mihi saltim in
tellectus cogitationisq; ope nõ esse intra cælũ corpora. Num ergo vacuũ spaciũ inter mediũ re
linqtur, sed hoc perspicuũ esse existimo. Nam si nõ esset aliqđ interuallũ inter terminos superfi
ciei cõcaue cœli sublatis per cogitationem corporibus ipsis quæ mõ ibi sunt, termini extremaq;
cœli frangerentur ruerentq;, q quidẽ impossibile est, quãdoquidẽ cœlũ nõ ita se habet vt mõ ẽ
propter corpora quæ intra illud cõplectũtur, sed & si nihil foret similiter se haberet. Quod autẽ
de vniuerso cõtemplamur, idem de parte videndũ est. Sit enim sphæra ænea nõ solida, sed cõca-
ua, cõstat sanæ, vt id quod intus cõprehensum est, aer sit. si ergo cogitauero ĩtellexeroq; aerem
qui intra iacet nõ corruptũ & ad nihil redactũ, sed in naturã terræ cõuersum & mutatũ, vel in
aquã. Hoc enim ĩpossibile nõ est, tunc sanæ minorem locũ aer occupauit cũ factus sit terra vel
aqua, eo. s. in quo aer prius erat, vnde si nullum esset ibi spatiũ, nihil esset, & necessario vacuũ fo
ret. Verũ Themistius obiicit cõtra hoc, & dicit immo dissilirẽt frãgerẽturq; potius era cõcauæ su
perficiei, q̃ corpora quæ intra cõtinẽtur, vel egrederẽtur, vel trãsmutarẽtur in terra. Hoc aũt vere
dicit, sed nõ scite ac perite. Nã dic mihi (o Themisti) cur frãgeretur sphæra ænea. Num a corpore
quod intra capitur, rũperetur? vt ẽt vtres a vento quũ inflati sunt ac tumẽt, quæ igit̃ causa fran-
gẽdi æs afferri potest qualisq; aliã adducẽda est, quã illa, vt nõ maneat intra interuallũ vacuũ &
innane. Enim vero & si natura hoc nõ habet, ratione cogitationeq; id sumẽdũ est. s. nõ frãgi æs,
& cũ aer qui intus manet in terrã mutet̃ iam cernere licet, vt sit aliquod interuallũ diuersum ab
his corporibus, quæ intra cõtinẽtur. Nã quid absurdi incõmodi sequit̃, quemadmodũ materiã
ab omnibus formis intellectu & cogitatione abstrahimus atq; seiũgimus, vt eius naturã cõside
remus percipiamusq;, quod sane aliquãdo fieri nõ potest, ita & aerẽ cõprehẽsum inter cõcauã
supficiẽ æneæ sphæræ supponere in terrã trãsmutari ære nõ facto neq; destructo, vt videamus
quid sequat̃. Atqui petitio neq; extro rei naturã est, sed fit secũdũ illã dico. s. hanc petitionẽ, qua
petimus paruũ aerẽ trãsmutari in terrã. Sed quid prorsus vrget æs frãgi, aere qui intra sedet, trã-
smutato in terrã. Nã si nõ est interuallũ intra cõprehensum diuersum ab eo corpore quod intra
cõtinetur, quod itaq; periculũ imminet, vt q̃ primũ aer trãsmutat̃ in terrã, necessario æs dissiliat
frangaturq;. vnde prauæ Themistius illud Galeno obiecit. Nã cũ ille peteret secũdũ suppositio
nẽ, sublata dẽptaue aqua ex vase nullũ aliud corpus ingredi, vt quid incõmodi sequi posset, cõ-
sideraretur. Themistius ei obiecit tanq̃ petẽti id quod in qõne ponit̃. Hoc mõ itaq; dicit. Sed sta-
tuamus aqua dilapsa nullũ alterũ corpus ingredi, nõne iacebit intra superficiẽ spaciũ separatũ?
At Galene vir. s. sapiẽtissimæ nõne absurda & futilis tua petitio est, qppe q id petas supponasq;,
quod querimus, ac in qõne ponitur. Nã quũ nos quæramus ne spaciũ separatũ esse queat, idip-
sum petimus ac supponimus. Dicis æquidẽ spaciũ separatũ esse, itaq; tu tibi cõstituis effingisq;
illud spaciũ quod volebas, id nulla rõne esse cõueniẽs. Hæc itaq; Themistius cõtra Galenũ di-
cit. Quod vero stolida hæc obiectio sit, cuiq; puto cõpertũ esse. Nã pspicuũ est, quod si spa ciũ eẽ
fateremur, & vltra inquireretur si idipsum per se queat esse aliquãdo corpore vacuum, quod q-
dẽ Arist. deinceps querit, & deinde Galenus adiiceret nullũ aliud corpus eũte difluẽteq; aqua in
cidere ingrediq; in ipso interuallo, reuera id quod qõne dignum est sumere petereq; videretur.
Sed mõ hoc nõ queritur, sed an sit prorsus aliquod interuallũ præter spaciũ corporale q locus
sit corporeũ. Galenus aũt cũ petit exeũte aqua nõ ingredi alterũ corpus illud nõ asserit, quod tu
Themisti narras velut sit spaciũ separatũ a corporibus ĩter amphorã cõprehẽsum. Sed petit nul-
lũ aliud corpus ingredi exeũte aqua, vt hoc mõ videamus si sit aliquod interuallũ vel ne. Si aũt
penitus sit qm̃ exiit aqua, supponamus igitur alterũ corpus nõ ingredi, accidit igitur a iquod in-
teruallũ separatũ esse, quare sua voce cõprehenditur ac reuincitur. Nam tu idẽ asseris quod nos

asserimu s. s.

aſſerimus.ſ.aliquod aliud interuallũ eſſe quod tñ nunq̃ corpore vacuũ eſt. Neq; enim nos hoc dicimus.ſ.aliquãdo manere ſpaciũ corpore vacuũ,ſed aſſerimus illud eſſe diuerſum ab omnibus corporibus quæ in eo ingrediũtur,quod tñ nunq̃ fit corpore vacuũ,& ob id fit viciſſitudinaria corporũ trãſmutatio,& vis vacui preſto cuiq; eſt,ne ſpaciũ locale ſolũ ſine corpore maneat. Sciẽdũ aũt eſt quod ea ſuppoſitio q̃ ſuppoſuit Themiſtius,perinde ac aliqui diceret hoc eſſe ſpaciũ locale ceu eſt ſpaciũ corporeũ ſine qualitatibus,prorſus extra verã rõnẽ adducitur. Nã ſi nihil aliud foret huiuſmodi ſpaciũ,q̃ corpus quãtitatũ expers,merito his qui ita ſentirẽt,& alia abſurda incommodaq; acciderẽt,& illud præſertim corpus corpore recipi ac penetrari. At nos minime hoc mõ ſentimus aſſerimusq; quippe qui negemus ſpaciũ eẽ corpus,& aſſeramus illud receptaculũ corporis,ac ipſas ſolas dimẽſiones vacuas extra omnẽ ſubſtãtiã,& materiã eſſe. Nobis etiã ponẽtibus talẽ locũ aſſentiũtur oia cõceſſa & cõmunia poſtulata de loco. Et.n. æqualis eſt maxime illi qđ eſt in loco,& lõge magis q̃ terminus cõtinẽtis. Itẽ immobilis eſt (vt dixi) Deinde nihil eſt rei,& ſeparabilis. Præterea magis cõtinet id quod eſt in eo,q̃ terminus continẽtis. Nã vt ii qui autumant locũ eſſe ſuperficiẽ,aiũt ipſa cõtinere,q̃q̃ ipſa adequetur ac cohereat termino corporis. ita & ſi ſpaciũ adequatũ fuerit ac coheſerit corpori,cõtinebit ipſum,quocirca vacuũ nõ recipitur in corpore,ſed corpus recipitur in vacuo,quemadmodũ iam dixi. Nã ſi eſſet locus corporale ſpaciũ,& mearet diffunderetur q; per corpus,oporteret ſeſe mutuo ſpacia recipere ac penetrare. Sed quũ locus ſecũdũ ſe ſit vacuũ nemo ipſum per corpus recipi rõne ipſa dicere aſſereq; poterit,ſed ſpacius corpus per illud ſeſe inſinuare ac recipere,quãdo quidẽ corpus dũtaxat impleat ipſum,& nõ mutuo ſeſe recipiãt,neq; penetrẽt. Quocirca neq; pars per ſe in loco erit. nã ſi corpus receptũ ab ipſo interuallo diuideretur ab eodẽ neceſſe foret,cũ vnaqueq; pars proprio circũſcriberetur loco vnaquãq; in loco per ſe manere. Atqui ſi nõ diuiderẽ corpus ab ipſo ſpacio,neq; interuallũ per corpus reciperẽ,quid cogeretur partẽ per ſe in loco eſſe. Sed illud forſitã cõtra rõnẽ aliquis obiiceret,quod nos iam diximus, Qm̃ ſi locus eſt ſpaciũ abſq; oi ſubſtãtia & materia in ſolis dimẽſionibus cõſtitutũ,& dimẽſiones ſunt quãtitates,igitur quãtitas ſeparata ſine ſubſtãtia eſſe poterit,ſe hoc fieri nequit,qm̃ oĩa alia predicamẽta ſunt in ſubſtãtia. Si ergo impoſſile eſt q̃titatem per ſe ſubſiſtere ſeparatã a ſubſtãtia,ergo tale ſpaciũ eſſe nõ poterit. Ego igiẽ reſpõdeo nõ oportere rerũ naturã ſeq noſtras poſitiones.ſed potius ecõtra noſtras aſſertiones rebus ipſis conuenire & cõgruere igitur qm̃ nos determinamus fieri nõ poſſe,vt aliqua q̃titas p ſe ſubſiſtat ſine ſubſtãtia,iam neceſſe eſt rerũ naturã ita ſe habere. Sed cõſiderandũ eſt ẽt,qm̃ ſi eo quod in corporibus quãtitatẽ vna cũ ſubſtãtia prorſus eſſe videmus ipſam p ſe ſubſiſtere,negamus,ne cogamur ẽt fateri ipſas ſubſtãtias nõ per ſe ſubſiſtere,qñ quidẽ oĩs ſubſtantia naturalis aliqua certa q̃titate prorſus egeat,vt exiſtat. itaq; in quauis magnitudine quæuis forma temere ſubſiſtere nõ põt (vt in primo huius operis libro demõſtrauimus) ſed caro,os,homo,& omnes aliæ formæ naturales ſubſiſtũt in aliqua q̃titate certa ac definita,& ea corrupta in qua caro ſubſiſtere idonea eſt,ſimul corrũpitur & forma. Hac rõne igiẽ dicerẽ naturales formas eſſe in q̃titate veluti in ſubiecto. Sed quid de q̃titate verbis cõtẽdere oportet,quãdoquidẽ nulla forma naturalis queat eſſe ſubſiſtereq; ſine materia,omnes igiẽ acciderẽt materiæ, q̃re magis per ſe ſubſiſtẽs eſſet q̃titas,quã formæ ſubſtãtiales. Sed quomõ hæc ſe habeant,lõga diſputatione ac nõ exiguo tpe egẽt,vt rectæ exploratęq; cognoſcantur. Cæterũ quod ipſe a principio dixi nũc etiã affirmo, qm̃ q tollũt ipſum ſpaciũ,vel demõſtrẽt ipſum nõ eſſe,& rões ac ea quæ demonſtrauimus,ſoluant vel illa maneant cõcedanturq;,ne rerũ naturam tollamus qm̃ quibuſdam videbatur affirmari nõ poſſe quantitatẽ per ſe ſubſiſtere. Sed neq; ſilentio illud prætereundũ eſt,qm̃ oĩa prædicamẽta ſine cõnexione cõiũctioneq; inter ſe nõ ſubſiſtũt,igiẽ neq; locus ſubſiſtet inter alia quæ nequeũt per ſe ſubſiſtere. Nam locus,& id quod eſt in loco ſunt de numero eorũ quæ ad aliq̃d ſunt,quorũ vnũ ſine reliquo eſſe nõ põt,quare propria ratione locus eſt ſeparabilis a corporibus,ſed actu nunquam põt eſſe ſine corporibus. Et quid de quantitate ſolũ diſſero,quandoquidẽ nullũ prædicamẽtũ ſine reliquorũ,vel omnium,vel aliquorũ cõplexione & cõiunctione ſubſiſtat,immo neq; ipſa ſubſtantia,quam per ſe ſubſiſtere poſſe fertur. Materia igitur & ſecũdũ ſubiectũ dico.ſ.trinam dimẽſionẽ,& corpus qualitatis expers quantũ ad ſuam rõnẽ põt per ſe ſubſiſtere,tñ nũquam ſubſiſtit ſine qualitatibus,ſimiliter itaq; & ſpaciũ locale,quanquam quod ad ſuam rõnẽ poſſit per ſe ſubſiſtere. Nam quid vetat ipſum receptaculũ corporis vacuum eſſe, vt diximus de amphora,quam ſi cogitauimus nullum corpus intra cõtinere,attamẽ nunquam ipſum per ſe corpore vacat. Sed vt in materia vna forma corrupta alia ſtatim introducitur,ita plane de ipſo ſpacio dicẽdum eſt. Nam viciſſitudinaria corporum tranſmutatio nunquam relinq̃t

locum receptaculum vacuum,ſed quam primum vnum egredit̃ corpus,alterum ſubit & ingre
ditur,qua rõne nunquam ſine ſubſtantia eſt,neq; talem quantitatem inuenire poſſumus, neq;
hæc uis vacui eſt nunquam ſeparari talẽ quantitatẽ a ſubſtantia quare ẽt ſeruaretur illud cõmu
ne cõtinuo dictũ vulgatũq; cõceſſum,dico.ſ.quantitatẽ nõ ſubſiſtere per ſe ſine ſubſtantia qm̃
nũquam poteſt eſſe vacuũ q oi corpore vacat,quare cũ loco quẽ definiuit Ariſt.nondũ oĩa con
ceſſa & poſtulata videant̃ competere,& loco huiuſmodi quẽ nos affirmamus illa competere de
monſtrauimus igit̃ is erit veræ locus.Verũ vnũ adhuc reſtat dico.ſ.vniuerſaliter definere in lo-
co ſurſum & deorſum.Et enim quiſpiam merito ambigeret inſtituto ſentẽtieq; Ariſt.addictus,
qm̃ ſi locus tribuitur corporibus grauibus & leuibus illud vacuũ trifariam diuiſibile, quod in-
ter cõcauã ſuperficiẽ ſphæræ lunæ cõplectitur,(vt ipſi dicitis) leuia ſurſum natura ducerẽtur,&
grauia ad imũ locũ cõtẽderẽt.At quomõ i hoc ſpacio determinare ſeiũgere ac ſtatuere ſurſum
& deorſum poteritis.Nã vbi & vſq; quo ſupremũ locũ ſtatuetis,ac vbi collocabitis ipſum deor-
ſum.Itẽ ſi oportet locũ habere quãdã vim naturalẽ per quã leuia & grauia propria loca expetũt
cũ vnũquodq; ſuaptæ naturæ impetu,ac naturali inclinatione ad ꝓpriũ locũ feratur , & hmõi
ſpaciũ ſua ac propria rõne vacuũ nullã vim potẽtiãq; habere põt qua nã rõne alia ad illius par-
tẽ cierẽtur,& alia ad alterã.Si ergo maxime oportet loco cõpetere ſurſum & deorſum , & hmõi
loco.ſ.ſpacio nõ cõpetũt,ſed dũtaxat termino cõtinẽtis,quatenus cõtinet cõtẽtũ inſunt(vt Ariſt.
definiunt) is ergo erit ꝓprie locus.Nã quũ meliora & ſuperiora rõnẽ formæ inferiorũ reſpectu
habeãt,ſiquidẽ illa reſpectu ſuperiorũ habeãt rõnẽ materie,& appetit materia formã, velut fœ-
mina marẽ,& turpe bonũ,qm̃ vnũquodq; eſſe appetit,& vnũquodq; eſt quod ſuã perfectionẽ
recipit quæ forma eſt,merito ignis ſuũ locũ naturalẽ appetit.i.cõtineri a ſuꝑficie corpis ſphæræ
unæ,vt ab eodẽ ornet̃ & formet̃ ornat̃ inq̃ & ꝑficit̃ ab eodẽ eo qđ agit & patit̃,& nõ aliter agit &
patit̃ niſi qa tãgit.Similiter aũt & aer appetit cõtineri a ſphæra ignis,& ita vſq; ad extrema.Sed ẽt
ad hæc facilis eſt reſpõſio.Nã eadẽ rõni Ariſt.nihil minus acciderẽt,qm̃ ſi terminus cõtinẽtis eſt
locus,& alia quæ cõtinẽtur ab alia ſuꝑficie aeris vel aquæ cõtinẽtur,cũ vnũquodq; habeat ma-
gnitudinẽ,vel paruitatẽ,nobis queſo explicẽt,vbi infimũ locũ ponemus definiemusq;.Nã ſi de-
finiueris aliquas magnitudines adeo mole ingentis,vt proximæ lunæ ſphærã attingãt quæ ob
id vocentur lunæ magnitudines ſi has intellexerimus terræ cõtinuas nõ eſſe,ſed diuiſas,nũqd
ergo hæ dicerentur in ſupremo loco,vel in imo eſſe cõſtitute?ſed quid aio de his?Lapides nãq;
qui ſupra edificia ſtatuũtur,vel ea quæ circa vniuerſi cẽtrũ iacẽt,vel terræ nonnullæ partes di-
uiſe a toto ſunt ne in loco deorſum?Itaq; aer ille qui ſub illis terminis cõprehẽditur, eſſet in lo-
co præter naturã,cũ lõge inferius iaceat quã corpora grauia.Et ſi nõ intelligerẽt̃ cogitarẽturq;
ille partes quæ altiſſimo loco cõſtitute ſunt diuiſæ eſſe,ſed ita cõpactæ quemadmodũ ſunt toti
terræ cõtinuæ.Nunquid ergo ſuperficiẽ aeris cõtinẽtẽ earũ vertices ceu cacumina montiũ dice-
mus eſſe partẽ loci deorſum,vel ne,& hoc ad quã altitudinẽ vſq; durabit.Eadẽ ẽt dicemus de lo
co ſupremo.Nã qualẽ dicis eſſe ſupremũ locũ,nũquid cõcauã ſuꝑficiẽ ſphæræ lunæ, ſed ſi ea
ſolũ eſſet locus ſupremus,& ea quæ ab ipſa proximæ cõtinẽtur ſola eſſent in ſupremo loco,igi
tur aer in ſupremo loco nõ erit,cũ ab eadẽ ſuperficiæ nõ cõtineat̃,ſed a ſuꝑficie ignis , alioquin
ſi ẽt ipſa ſurſum eſſet,duæ ſpecies eſſent loci ſuperni,& eodẽ cõtinerẽtur.Et eadẽ ratio eſſet de lo
co imo qui vnus & idẽ eſſet duarũ ſpecierũ.ſ.terræ & aquæ.Vnde quæ differẽtia eſſet loci ſupe
rioris ad ſeipſum,ſimiliter & loci infimi.Quod quidẽ igit̃ eadẽ dubitationes non minus rõnem
Ariſt.ſequãtur ipſiq; accidẽt hinc pſpicuũ eſt quo pacto aũt hoc verũ ſit hoc modo cognoſces.
Proprie quidẽ in vniuerſo nõ erũt ſecũdũ naturã ſurſum & deorſum,ſed (vt ipſe inquit alias) in
vniuerſo ſecũdũ naturã erũt orbiculatio & circũcirca,ſi aũt dixerimus ſuperis eſſe vbi circũcir-
ca voluitur coelũ,& deorſum mediũ mũdi,erit quidẽ locus deorſum qui cõprehẽdit̃ ſub corpo
ribus grauibus,& ſurſum qui cõplectit̃ & capit̃ ſub corporibus leuibus.Nã terminorũ ſuperio
ra interualla & ſpacia vi totũ ſupra retinebũt,dico aũt vi propterea quod & ſi nõ eſſent continua
toti terræ attamẽ ipſam vndiq; ſimul tãgerẽt.Nã p ſimile eſt in his lapidibus qui inſtruẽdis edifi
ciis ſupra aliis ponũtur,quorũ poſitionẽ præter naturã eſſe ſatis indicãt eorũ ſciſſure ac excidia
quippe qui demoliri ex cidi abrũpiq; tãquã ibi maneãt præter naturã appetẽtia ad propriũ locũ
ferri ac pergere.Verũ & ſi vnũquodq; ad ſuũ naturalem locũ duceretur,attamẽ ridiculũ eſt aſſe
rere locũ per ſe habere aliquã vim & põtẽtiã,quãdo quidẽ ſingula quæ ad propriũ locũ ferũtur
nõ appetãt ſuperficiẽ.Neq; enim grauia appetũt ſuperficiẽ cõtinẽtẽ,ſed fluxũ & motũ ad centrũ,
cũ ſingula appetãt ordinẽ quẽ iã ab opifice ſunt cõſecuta,cũ igit̃ tellus vltimũ locũ ordine obti-
nuit atq; accepit,vt cũctis rebus ſubſideret & ſecundũ locũ aqua,tertiũ aer,quartũ ignis,merito
quum

quũ ab eodẽ ordine aliquid amouereť & fluctuaret aptũ alibi insidere, & eidẽ quadã vi nõ insideret ac in eius superficiẽ nõ esset, sed ab eo ordine distaret, quẽ ab opifice accepit, eundẽ appetẽs moueretť quousq; illum assequereť, feruntť itaq; leuia sursum, non vt simpliciter appetãt tãgere superficiẽ cõtinẽtis, sed vt cõsequãtur ordinẽ, quẽ ipsis opifex tradidit & assignauit. Nã tũ maxime habent essentiã ac sunt, cũ suã perfectionẽ obtineãt. Igiť locus nõ habet vim, qua corpora ferranť ad ꝓpria loca sed ipsa copora appetũt tueri & cõseruare suũ ordinẽ. Cũ igiť quatuor sunt elemẽta, & duo quidẽ sint leuia, & duo grauia. Ego quidẽ (si licet omnino determinare) assero supremũ locũ esse spacii partẽ quẽ leuia recipit & cõplectiť, & locũ infimũ esse alterã eiusdẽ partẽ, quæ capit grauia. At Arist. nõ habet dicere afferreq; quis sit ꝓprie locus supremus, & qs sit infimus. Nã si locus supernus leuiũ est & infimus grauiũ, & locus sursum est terminus cõtinẽtis, q quidẽ sit superficies cõcaua sphæræ lunæ, & ipsa duntaxat ignẽ ꝓxime cõtinet, aer certe sursum nõ erit, vel due species eodẽ loco sursum potienť, similiter ẽt de loco infimo & deorsum dicendũ est. Itẽ si sphæras quæ inerrabili sphærã & firmamẽto cõtinẽtur, in loco esse vult, & in loco ꝓrsus sum & deorsum sunt, ergo & in illis erit sursum ac deorsum quare vna erit grauis & altera leuis, quod sane Arist. negat. Quãobrẽ necesse nõ est oĩno diuidere locũ in supremũ & infimũ, neq; iuxta ea quæ Arist. videnť admittẽda esse. Itẽ qũo nõ esset idẽ cõtinẽs & cõtẽtũ. Et. n. pelagus (siquidẽ in loco est) cõtinereť a superficie quæ sustinet ipsum videlicet a supficie terræ vna cũ aere q ipsi insidet ac supereminet. Similiter aũt (siquidẽ vniuersa terra secũdũ se totã ĩ loco sit) cõtinereť ꝓm aliquã sui partẽ a superficie aquæ ea præsertim, quæ in ꝓfundo pelagi iacet, quare superficies terræ erit locus aquæ, & superficies aquæ erit locus terræ, & idẽ secũdũ idẽ cõtinebiť & cõtinebit. At nullũ horũ absurdorũ accidi his qui aiũt locũ esse spaciũ. Sed rursus rationi obiiciũt, & dicũt quod si esset tale spaciũ ꝓpria rõne vacuũ, necesse esset, vt hoc quod corporũ est capax infinitũ esset, qm̃ nullũ terminũ habebit. Nã terminus trifariã dimẽsi diuisibilisq; superficies est, sed ipsum ꝑ suo termino superficiẽ cũ ipsa in corporibus subsistat, quare si per ipsum vniuersa corpore a cœli moles reciperet vsq; ad extremã superficiẽ. Et ipsum terminus esse non põt, necesse esset, vt illud extra cœlũ in infinitũ recipiať & extẽdať qđ quidẽ per se absurdũ est, ac affatim exacteq; ab Aristo. in hoc opere, & in libro de cœlo confutatũ est. Ego aũt nõ video quonã pacto persuadere quæ at huiusmodi dubitatio quonã pacto verisimile habere videať. Imprimis nanq; quemadmodũ tale trifariã diuisibile intelligere cõcipereq; animo põt, ita põt huic superficiem respõdentem & similẽ cogitare. Deinde si superficiẽ huic respõdẽtẽ & similẽ intelligere cõsiderareq; nõ pñt aduersarii nõ ob id cogiť vacuũ in infinitũ extẽdi exporrigiq;. Nã cũ locus corpoꝝ subsistat, tm̃ equidẽ subsisteret, q̃tũ ꝓ recipiẽdis mũdi corporibus oportunũ esset. Concludit nãq; corpoꝝ fines ac terminos. Nã vt si cõciperemus animo ĩtra limites amphoræ vacuũ esse, & in ipsa amphora iniicerẽtur diuersa corpora nõ cõtinua interse, sed attigua, vt vnaqueq; partem vacui corpus receptũ cõcludere vnaq; terminare, & totũ vacuũ vsq; ad superficiem concauã amphoræ terminare omnia corpora quæ intra terminanť vsq; ad superficiem, ita & in oĩ loco. Et. n. vnaqueq; sphæra partem aliquã vacui extra finitam accepit & occupauit, & vniuersum vacuũ vniuersum ipsum ac totũ mũdũ cõcludit & terminat non solũ terminũ propriũ habens. Nõ. n. impossibile est & huius spacii superficiem intelligere, quemadmodũ & illius partis quæ intra corpora recipit & cõplectiť, est oĩno aliquis finis est terminus, ac insuper possumus intelligere eandem (vt dicebam) superficiem ultimi corporis simul cũ eiusdem termino esse. At vero hæc nobis obiicientibus Arist. dictis de loco quidam philosophus respõdens dixit, qm̃ cũ Arist. sit naturalis de his rebus sermonẽ facit, quæ cũ sunt tũ ẽt a natura disponunť, est aũt natura principiũ motus & q̃etis, q̃re si hoc ẽ natura, igiť quecũq; sunt res naturales in seipsis hñt principiũ motus & q̃etis, quecũq; aũt in seipsis nõ hñt principiũ motus & q̃etis, hæc neq; nãlia sunt, q̃re neq; de his nãlis disputabit, cũ igiť hoc spaciũ nullũ in seipso hẽat principiũ motus & q̃etis, quippe nõ augeanť, nec altereť, nec secũdũ locũ moueať, nec genereť, nec intereat, q̃re neq; res naturalis erit, cũ igiť Arist. de rebus naturalibus disserat nũc querit quid sit locus rerũ naturaliũ, & cũ & ipse plane naturalis, merito huiusmodi spaciũ nõ dixit esse locũ naturaliũ rerũ siue sit, siue nõ sit. Neq;. n. ipsum est naturale. Vnde solũ inuenit in naturalibus locũ qui sit corporibus naturalis terminus cõtinentis quatenus cõtinet cõtentũ. Ego aũt respondeo ad hæc, quod si Arist. reuera nullum sermonem fecisset siue hmõi vacuum aliquid sit, siue non, & solum ostendere conatus esset locum corporum naturalium nõ esset aliquod tale spacium dico. s. trifariam diuisibile argumentum huius philosophi foret haberet aliquid verisimile demonstrans neq; Arist. tollerere de medio hmõi spaciũ, sed esse locũ corporũ naturaliũ cũ & ipse sit naturalis. Sed

qm̃ Arist. ubiq; fere & hic & in libris de cœlo nititur ostendere nō esse aliquod spacium præter corporea spatia iccirco respōsum huius philosphi pro Arist. factitiū & purum figmentū est. De inde dicere eo quod spacium immobile est naturalem philosophum illud ignorasse ac prætermisisse, ppterea quod naturalis solum disputat de naturalibus rebus, & natura ea sunt quæ habent principiū motus & quietis, plane preter ea quæ Arist. videntur, hoc sane dicitur. Nam ipse in suis verbis inquit ac vult locū omnis motus experté ac immobilem esse qui sic inquit. Quo circa cū id quod intus est mouetur atq; transfertur, vt in fluuio nauigiū, vt vase tunc vtitur illo quod cōtinet magis q̃ loco. Locus aūt vult esse immobilis. Quapropter vniuersus fluuius magis est locus, quia est immobilis vniuersus. Quare locus est finis cōtinentis immobilis primus. Et paulo ante ostēdere cōtēdēs spaciū nō esse locū, ad absurdū deduxit rōnē cū dixit. Et insuper locus etiā transferetur. vnde ita vult hoc inesse loco. s. ipsum immutabilē esse velut axioma quo dam. Et merito quidem. Nam si locus qua locus transmutaretur, vel secundum substantiā trāsmutaretur, vel secundum quantitatem, vel qualitatē, vel secundum locum, sed neq; secūdum substantiam mutatur, qm̃ non est substantia, neq; secundū qualitatē, qm̃ locus potius est quan titas q̃ qualitas & multo magis neq; secūdū locum, alioquin loci alius locus foret. Quod vero neq; mutetur, secundū quātitatē nō augendo nec diminuendo Arist. testatur. Nam velut vnum postulatum hoc. s. locus non augeri nec minui in dubitationibus de ipso ponit. Si ergo vult locum immutabilem esse nō igitur spacium quia immutabile est reprobauit confutauitq; locum esse rerum naturalium sed quia putat omnino non esse aliquod tale spacium hac ratione illud demere periclitatus est præterea multe res naturales immobiles sunt de quibus naturalis disserit, ceu contra sphærarum, & cardines mundi, ac ipse anime secundum Arist. præsertim immobiles motu naturali sunt, & non solum rationales, sed etiam irrationales quæ sunt naturales, videlicet vite de quibus tamen philosophus sermonem facit, quare & tale spacium de quo loquimur siquidem illud prorsus subsistere Arist. censuit, neq; eo quod immobile est, non esse penitus demonstrare contendebat.

VIDETVR autē magnum quid & difficile esse percipere locum tum, quia partim materie, partim forme similis esse uidetur.

Cum argumentum adduxisset ad vtranq; partem de loco, & dixit talem oportere de loco definitionem afferre ac tradere, quæ dubitationes adductas contra ipsum solueret, ac ostēderet ea quæ communi conceptione consensuq; loco competere vidētur, & causam difficultatis de ipso indicaret. Tradens igitur quid sit locus qm̃ est finis terminusue continentis quatenus continet contentū, nunc vult ostendere & explicare ea quæ prius pollicitus est. Et imprimis indicat quæ sit causa difficultatis, qm̃ in contemplatione eius partim materiæ partim forme partim spacio similis esse videtur. Et multitudo eorum quibus similis locus videtur confundit perturbatq; considerationem de ipso, & maxime quia videtur esse spacium. Nam magnam cum hoc similitudinem egerit. Et enim spacium videtur esse immobile veluti primus locus, ac idem manens recipere diuersa corpora. Sed aperta & manifesta causa deceptionis, & contētionis est. qm̃ corporibus connexum & adequatum interuallum quatenus ipsa ab aliis qualitatibus differunt, & ea quæ equalem locum implent eadem sunt & equalia spacio, vnum & idem esse videtur & immobile, ipsius immutatione immobilitateq; abscondita celataq; ob velocitatem vicissitudinariæ trāsmutationis corporum, ad cuius rei opinionem confirmandū confert & conducit ipse aer, qui multis ob tenues illius partes visus est incorporeus. Nam imaginantur vacuum esse locum, inter extrema comprehensum quem aerem esse dicebant cum non ita feriat oculos & sensus, vt alia elementa. Quocirca inquit non modo terminos vasis locum videri, sed etiam omne interuallū. Nā locus est vacuum per se. Quapropter multis egemus rationibus ad demonstrandū aerem aliquod corpus esse. Quod vero sit corpus constat bullarū ac strepitus argumento quæ fiunt cū amphora implet̃ aqua introeunte. Atq; eo qd vi æget, vt per foramen & os ingrediat̃ & descendat. Item ex eo qm̃ per angusta foramina non egredit̃ aqua ab aere repulsa & impedita. Item eo argumento quod vtres vento & aere impleti supernatāt aquæ, & illi iniecti super eminent. Præterea idem liquet ex vtribus & doliis quæ a musto effringunt̃ propterea qd ventus in ipsis clau dit̃, similiter ex aliis infinitis idem cōstat. Itaq; qm̃ suspicant̃ & putant interuallū inter extrema amphoræ comprehensum vacuū esse, hunc moti omnem locum putant esse hmōi interuallū Non enim videt̃ aliquod differre locus ab ipso vase, sed ipsum vas est locus translatilis, at ipse

locus est vas immutabile igitur naturalis locus & vas solũ differũt penes mobile & immobile. Et pp hoc inquit quando immobile aliquid moueref hoc magis velut in vase esset q̃ in loco ceu in fluuio nauigiũ mouef. Nã cũ ipso fluẽte ac eius impetu vna rapif fluit mouetur q; nauigiũ. Quare aqua proxime cõtinẽs nauigiũ magis ꝓprie dicerec vas q̃ locus, qm̃ oportet locũ qua locus est immobilẽ esse. At si oportet (vt inquit) nauigio locũ tribuere, ac assignare potius totũ amnem totus q; fluuius diceretur eius locus, q̃ aqua quæ ipsum proxime cõtinet, locus. s. cõmunis, & nõ primus. Nã totus fluuius vt totus immobilis est, igif magis, totus fluuius erit locus nauigii, locus. s. non primus, sed cõmunis. Verũ p totũ fluuiũ intelligẽdũ nõ est vniuersa aqua, quæ a fontibus vsq; ad ostia & exitũ effluit, sed illius vniuersum ambitũ & lectũ in quo aqua iacet & expãdif, quare & si in aere aliqd moueref simul moto aere & non manẽte, hac rõne illud diceretur velut in vase, & nõ in loco esse. Verũ si aer esset immobilis, tũc idẽ velut in loco foret, si quidẽ oporteat locũ esse immobilẽ, licet id qd est in loco moueref. Hoc mõ itaq; cũ ostẽdat eam difficultatis de loco ex tradita definitione de ipso, dico. s. ex hac, locus est terminus cõtinẽtis immobilis, mox ostẽdit ex hac definitione seq ea quæ cõmuni cõceptione & cõsensu insunt loco. Erant aũt numero quinq;, primũ cõtinere & nihil rei esse. Secũdũ locũ primũ nõ esse maiorẽ neq; minorẽ eo qd cõtinef. Tertiũ oẽm locũ habere sursum & deorsum. Quartũ derelinq ab vnoquoq; & separabilẽ esse. Quintũ immobilẽ esse. Et tãdẽ addiecit immobilẽ esse, qm̃ sursum & deorsum loco insunt. Nã cũ locus sit terminus cõtinẽtis, tũc mediũ totius mundi, & extremũ cœli, illud. s. qd ẽm superficiẽ cõcauã ad nos ꝓxime se h abet, cõmunissima loca sunt. Locus aũt leuiũ corporũ sursum maxime & propriissime videf esse, q sane est cõcaua superficies sphæræ lunæ. Et locus grauiũ est mediũ vniuersi deorsum. Mediũ aũt vocat vel centrũ vniuersi, vel maxime terminũ cõtinẽtẽ terrã, q partim aeris terminus est, & partim aquæ. Nã vniuersi mediũ tellus est, quare & locus cõtinẽs ipsam mediũ erit cõtinet aũt ipsã ẽm aliquas partes terminus aeris, vt ille q terræ ꝓximus heret, & ẽm aliquas aque terminus terræ attigua est. Præterea inqt id loco cõpetere. s. immobilẽ esse. Nã locus sursum specie & numero totus vt totus immutabilis est, qm̃ & si secũdũ partes moueaf, attamẽ secũdũ totũ omnis motus exps est. Locus aũt imus & deorsum, specie qdẽ semper idẽ est, sed numero nõ amplius idẽ. Nã partes aeris & aquæ generabiles & corruptibiles sunt, & nõ semper ẽm easdẽ partes aer, & aqua tãgũt terrã, verũ specie semper eadẽ superficies cõtinet terrã, & rursus vt tota est omni motu immobilis. Sed cũ hæc dicit has differẽtias sursum & deorsum multifariã dici asserit. Nã dicif sursum (inquit) locus supremus. i. supficies cõcaua sphæræ lunæ, ac ipsum corpus. s. qd cõtinef ab ipsa dicif nanq; totũ lunæ. Deorsum pariter dicif vel superficies aeris, vel ea quæ sunt proxima medio mundi, dico. s. ea quæ cõtinẽt terrã, & ipsa corpora. s. grauia quæ sunt in medio cõstituta. Præterea id inerat loco, neq; maiorem neq; minorẽ esse illo quod est in loco, & hoc defininitioni loci cõpetit. Nam si locus est terminus cõtinẽtis, & termini cõtinẽtis & cõtẽti sunt simul. nã superficies inter se coherẽt & adequãtur igif locus nec maior nec minor erit eo qd est in loco, sed æqualis. s. secũdũ ambitũ & cõtinẽtiã. nõ. n. secũdũ totũ erit æqualis trifariã diuisibili. s. corpori, q̃propter q aiunt locũ esse spaciũ magis accõmodate, seruarẽt locũ æqualẽ esse illi q est in loco. nã secũdũ eandem opinionẽ locus erit æqualis secũdũ omnẽ dimẽsionẽ, ac multo magis secũdũ eadẽ opinionẽ defenderef seruareturq; locũ immobilẽ esse. nã terminus cõtinẽtis vna cũ corpore cuius est terminus mouef. At spacium cũ sit vacuũ per se, & nõ substãtia omni motu immobile est, quare illo mõ nullus locus immobilis foret, sed hoc mõ q̃tenus locus est spaciũ, omnis locus expers cuiusuis motus est. neq;. n. locũ oportet esse specie solũ immobilẽ esse, sed etiã numero. Et forsitã neq; specie illo modo immobilis locus esse põt. nã si esset aliqd in flumine immersum qd staret, deinde aq̃ decrescente imminuraue subsideret, certæ aquæ superficies nõ amplius ipsum cõtinẽt, sed superficies aeris quo igif nõ mutaretur locus specie, & moueref, reipsa immobile existẽte. Sed ad hæc respõdẽt dicẽtes non oporteret simpliciter terminum continentis locum existimare, sed terminu cum tali positione & situ qua vergit & se habet ad contentum. Quemadmodum igitur ea quæ augentur & omnino ea quæ nutriuntu, eadem numero manent eo quod eandem formam seruant, quanq̃ materia refluat, difluatq;. Ita vnus & idem locus erit quoniam in eadẽ positione situ seruãt cõtentũ. At hoc rigidũ & valde absurdũ est, qm̃ hoc mõ accideret aliqd mobile nũq̃ mutare locũ neq; mõ huc mõ illuc cõcedere. nã & si aer immobilis esset, nos tñ moueremur, & passim nonnullos eius partes occuparemus quibus necesse est eandẽ positione habere respectu ipsius, secũdũ quã ab eodẽ continemur, quare in vno & eodẽ loco Socrates, cũ esset in foro & in liceo moraref, igif neq; moueref. Impossibile ergo est, si quidẽ locus est terminus cõtinẽtis, locũ immobilẽ esse, sed

necesse est ipsum moueri,& si res ipsa quæ est in loco quiesceret,quare & ob id spaciũ locũ esse oportet. Atqui si quispiam dixerit,immo locus qua locus est non mouet᷑,qm̃ superficies est,& ipsa immobilis est quãtũ in seipsa cũ ẽt in corporea sit.Respõdeo ad hoc superficiẽ nõ esse simpliciter locũ,alioquin omnis superficies locus esset,sed ipsa est locus quatenus cõtinet,quæ ẽt vt cõtinet,mutat᷑.Nã si res ipsa quæ continet᷑ immobilis maneret,ipsa aũt aliquãdo cõtinet, aliquãdo vero nõ,vel interdũ alia & alia succedit,perspicuũ est igit᷑ vt ipsa sit trãsmutata simul cũ corpore transmutato cuius est terminus.Hæc igit᷑ hactenus dicta sint.Reliqua vero duo eorũ quæ loco cõpetũt.s.cõtinere cũ nihil sit rei,& a corporibus derelinqui separabileq; esse Ari.nõ adiecit tãq̃ pspicua & manifesta.Nã si locus est terminus cõtinẽtis & ipsum cõtinere p se ex definitione eius cõstabit,similiter pspicuũ est ipsum separabilẽ & nihil rei esse.Nã id qd locũ occupat a loco seiungit᷑.Terminus aũt cõtinẽtis nõ seiũgit᷑ ab eo cuius est,terminus sed separatur a contento, cuius nec terminus,est nec pars,nec affectio,nec quicq̃ aliud.Verũ eadẽ seruarẽt ẽt ii q tuent᷑ locũ esse spaciũ præter hoc quo dicimus locũ cõtinere.Et.n.spaciũ diuersum est ab eo corpore qd in eodẽ recipit᷑,separat᷑ ab eodẽ.Sed locũ cõtinere vel negãt,tanq̃ id loco oĩno nõ cõpetat,vel magis,& ita inest loco cõtinere apud ipsos,quemadmodũ apud illos.Nam ii differũt locũ esse terminũ cõtinẽtis,qa est alicuius corporis terminus,& terminus extrinsecus cõtinet id qd est in loco quocirca videt᷑ plane locus cõtinere,nõ respiciũt ad terminũ,q ꝓprie locus ẽ,sed a corpus cuius est terminus. At queadmodũ terminus,q est ꝓprie locus coheret termino q est in loco,& neq; maior neq; minor eodẽ est,sed in eodẽ existẽs,ipse tñ cõtinere dicitur.ita ꝑfecto & spaciũ secũdũ terminũ suũ coheret termino corporis qd est in ipso,qua rõne ipsum cõtinere diceret᷑.ita profecto & spaciũ secũdũ terminũ suũ coheret termino corporis,qd est in ipso,qua rõne & ipsum cõtinere diceret᷑.Nã quæ maior assignatio esset᷑ queadmodũ.n.alteri opinioni ita & reliquæ fauere possumus cum vtreq; assentiãt terminos mutuo inter se coherere per scilicet terminum localem & terminum corporis,q est in loco licet alter contineat & alter non contineatur. Vel igitur de neutro termino dicito continere,vel de vtroq; cum sint æquales.

TVM quia translatio eius quod fertur in ipso continente fit quum quiescit. Nam uidetur posse interuallum esse aliud quoddam a magnitudinibus quæ mouentur. Confert autem ad hoc & ipse aer,qui uidetur incorporeus esse. Non solum enim termini ipsius uasis,sed interuallum etiam ipsum ut uacuum locus esse uidetur.

Nam quiescente vase in ipso transmutat᷑ cõtẽtũ,ac aliũ atq; aliũ locũ occupat.verũ id nõ solũ in vase fit sed ẽt in ipso aere cõtinẽte quũ immobilis manet aliud atque aliud corpus ingredit᷑ & succedit.cum igit᷑ quiescens aliud atq; aliud corpus recipit,videt᷑ esse inter extrema continentis aliquod spacium per se diuersum ab his spaciis corporeis quæ ibi recipiũtur,& ingrediũtur.

Cū dixerit rationes quæ tollere vacuū videbātur & redarguerit eos qui alia via q̄ per ianuā obiectiones faciebāt, nūc ponit eas rōnes, quæ vacuum esse probant. Et prima est ex motu ad locum, q cū duplex sit, vnus quo tota vt tota mouent, & alter qui partibus tribuit, ex vtroq; motu fidē facit & inducit, & duo sūt argumēta ex motu, primo ergo ex motu, q toti tribuit arguit.

DIFFERENTIA nanq; non potest, per quam dictum non esset. Quod si hoc poterit esse suscipiet minimum maximum. Nam multa parua sunt ipsum magnum. Quare si fit, ut equalia multa sint in eodē fieri pōt, ut ēt multa inequalia in eodē esse queāt.

Quoniam dixit. Quod si duo corpora in eodem essent, quotquot volueris alia in eodem poterunt esse hoc probans induxit subiunxitq;. Nam propositum esset aliquorum placito ac pro arbitrio vsurpatum (inquit) si duo quidem corpora posse in eodem esse dicerent, & non plura vel infinita esse posse contenderent. Nam quod qualeq; discrimen afferre possunt, vt duo corpora in eodem collocari queant, & non plura, quippe nunc magis plenum non sit quia duplicatum,

rōuerfus ad exponēdā verā opinionē,quærit qd fignificet nomē vacui.Nā videt̄ effe aliqd ſimplex,qppe qd de materia ēt dicat̄,vt ipſe procedens dicit.Aliqui ergo (inquit) vacuū dicunt effe,in quo nihil eſt.Nā omne q̄ eſt putant effe corpus quare in quo nullū eſt corpus hoc effe vacuū dicunt,omne aūt corpus tāgibile effe dicunt,oē vero tangibile grauitatē,vel leuitatē habere ēt tradunt,quare ex ſyllogiſmo accidit in eis dicere vacuū id effe,in quo nullum graue neq; leue eſt.Sed ſi hoc eſt (inquit) vacuum,in quo nullum graue,vel leue eſt, pūctum quoq; vacuū erit,quoniā in ipſo nullū graue,nec leue eſt. At abſurdum eſt dicere punctū vacuū effe,Verū hoc abſurdū accidit eis,qa nō addiderunt hoc ſcilicet dicimus vacuū effe ſpatiū,in quo nullū graue neq; leue eſt.Nā & ſi locū addant dicētes vacuū effe locum,in quo nullū graue,vel leue eſt,tamē nihil pfectī dicunt,quouſq; nō definiuerint,ſi afferāt illud,talē locū effe in quo ſpatiū inter capedoq; ſit grauis & leuis capax. vnde (inquit) & ſi vacuū definiētes effe ſpatium,in quo nullū graue vel leue eſt,ſiue ſpatiū ſuſceptiuum grauis & leuis,ii euaderent dicere punctū vacuū effe,in alterū tñ maioris dubitationis ſcrupulū incidunt,Nā ſi hoc ſpatiū (inquit) neq; leuitatē,neq; grauitatē haberet,ſed colorē, vel ſonum idest ſi corpus effet colore formatū & ſonatile neq; grauitatē, neq; leuitatē habens, ceu eſt corpus cæleſte,dicūt ne aliqd tale vacuū effe,vel nō ſ deinde reſpōdens pro ipſis inqt eos forſitā reſpōſuros,quod ſi quidē hoc eſt vacuū,quod pōt recipere graue & leue, quāq̄ alio corpore plenū fuerit,idē tñ erit vacuū.At ſi vacuū diceret̄ effe id quod ſuſceptiuū eſt cuiuſuis corporis nōdū aliqd habēs,tale profecto vacuū nō erit,ſed plenū.Sed inquit Ari.ſiue tale dicāt plenū effe ſiue vacuū abſurdū eſt.Nā accidit idē effe vacuū & plenū,vacuū inquā erit,ſi vacuū illud eſt quod nullū corpus graue,vel leue habet.Plenū rurſus erit, quoniam corporeū eſt qm̄ ſubiicit̄ coloris,vel ſoni particeps,& alteꝝ recipere nō pōt, alioquin effent duo corpora in eodē,igitur idē effet plenū & vacuū,& diffinitionē vacui, quā ipſi tradiderunt plane tollerēt dicētes vacuū effe ſpatiū in quo nullū graue, vel leue eſt. Vno igitur qui dē mō(inqt) ita definiunt vacuū ſpatiū eē i quo nullū corpus tāgibile eſt. Tāgibile aūt eſt id qd grauitatē,vel leuitatē hēt. Veꝝ alii alio mō (inqt) vacuū definiunt, vt hec abſurda fugiāt, dicētes vacuū eē ſpatiū,in quo nullū corpus penitus eſt,neq; aliq̄ natura corporea,q ēt effe runt vacuū mr̄iā eē,qppe q nullū corpus actu ſit ac iidē ſentiūt locū eē materiā. At q mr̄iā dicere vacuū,vel locū eē p ridiculū eſt ſi qdē mr̄ia inqt nō ſit ſeparabilis a rebus & vacuū ſit ſeparabile a rebus.Nā ſic dñt ii,q ipm ſuapte nā per ſe ſubſiſtere poſſe aiunt.,Eadē ēt nos dicimus de loco,& qd locus & vacuum nihil eſt rei,que in ipſo eſt mr̄ia aūt eſt elemētum rei,& q̄cū q; alia dicimus de vacuo & loco, q̄ ſupioribus tractauimus. Cæteꝝ qd vacuum nō ſit ſpatium,in quo nullum corpus penitus ſit queadmodum paulo añ dictum eſt, hec in loco demonſtrat, vtitur aūt ad tollendū vacuū exemplis de loco. Nam inquit quoniā dicentes vacuū effe,nihil aliud ipſum dicunt effe quā interuallū locale carens priuatūq; corpore, demōſtratū eſt in rationibus de loco tale ſpatiū alterū a corporibus,& ſeparabile locū effe nō poſſe igitur neq; vacuū erit.Nam vacuū & locus apud eos qui ita ſentiunt ſola cōſideratione & reſpectu differunt vt diximus,locū inquā intelligimus effe,quādo iā recepit corpus. Nam locus alicuius eſt locus.Vacuum autem qn̄ corpus nondum recepit. Deinde qa vtriſq; cōpetit ſpatia diuerſa eē a corporibus,Et.n.ex qbus venerūt i cognitionē vt locus ſit ſpatiū ex eiſdē in notitiā vacui puenerūt.Nā motus ꝑm locū eos deduxit in cognitionē loci.Nā eo qd videbāt ea q̄ mouent̄ aliū atq; aliū occupare locū,& in eodē alia atq; alia corpora ingredi, in cognitionē venerūt qd ſpatiū ſit p ſe aliud atq; aliud corpus recipiēs. Ex eadē aūt rurſus notitia vacuū effe ponūt.Nā cū ſit motus,& corpus nō recipit̄ p corpus oportet vacuū eē p qd recipit̄ mobile,cū ignorarēt corporū cōpreſſionē.ſ,quō corpora cedunt ipſis inter ſe,cū igit̄ (inquit) vacuū & locale ſpatiū ſunt idē ſubiecto,& eadē cā ducit nos in notitiā ipſoꝝ, qbus igit̄ rōnibus inqt refutauimus redarguimuſq; locū nō eē ſpatiū,eiſdē ēt demonſtrabimus neq; vacuū effe.Nā ſi effet aliqd tale vacuū,qn̄ igrederet̄ corpus i ipſo ſeſe reciperēt ſpatia mutuo ac viciſſim,& ſeſe diuiderēt in infinita,& quecūq; alia ſequerētur q̄ in ſermone de loco cōcludebāt̄. Igit̄ & nos quibus cōfutauimus rōnes deſtruētes tollēreſq; ſpatiū eē locū, eiſdē redarguemus eas q̄ vacuū quoad propriā rōnē tollūt.Sic igit̄ & p ea quæ iā dicta ſunt tollit̄ & cōfutat̄ vacuū.Cū aūt ii q ſtatuere vacuū eē,illud putauerint eē cām motus,& cām eē velut receptaculū,in quo aliqd mouet̄,cæteꝝ vult hic oñdere vacuū nullo mō cām effe motus ꝑm nullū modū cārū. At nos vt pcipiamus vtro nā mō res ſe hēt.Qm̄ poſuit rōnes ad vtranq; ptē reliquū vertit̄ ad iqſitionē veri,&iqt qm̄ ad pcipiēdū vtro nā mō res ſe hēt.i.ſiue ſit,ſiue nō ſit,op; prius diſcer ac pcipet̄, qd ſignificet nomē vacui, an vnū aliqd, v ſ plura, & q̄ ſint ſi. Tex'us

HVIVS autē causa est, quod omne quod est corpus esse putant, & omne corpus esse in loco, & uacuum esse locum in quo nullum est corpus. Quare si alicubi nō est corpus, ibi nihil esse aiunt. Rursus corpus oē tangibile esse putant, & tale ut grauitatis aut leuitatis sit particeps. Accidit igitur per syllogismum, ut id sit uacuum, in quo non est graue quicq̄ uel leue. Hec igitur quemadmodum prius diximus ex syllogismo accidit.

Ob id (inquit) asserunt vacuū esse locum in quo nihil est, quoniam omne quod est corpus esse aiunt. Cū igitur vacuū sit, in quo nullū corpus est, & omne quod est corpus, est & vacuū est id in quo nihil est, accidit ergo ex syllogismo vacuū esse id in quo nullū graue, nullūq; leue collocatur & est. Nā si vacuū est locus, in quo nihil est, & oē quod est corpus est, & oē quod est corpus, tāgibile est, dico. s. oē quod habet grauitatē, vel leuitatē cōcluditur igitur vacuū esse, in quo nullū graue, nullūq; leue existit. Pulchre aūt dixit (ex syllogismo) quoniā ipsi hoc nō dicūt, sed aiunt vacuū esse, in quo nullū corpus est, cū aūt omne corpus tāgibile sit, & tāgibile inquit esse id quod habet grauitatē & leuitatē, ex dictis eorum cōcludit ac deducit illis accidere ex iis que asserūt proferūtur vacuū, id esse, quod non habet aliquod corpus graue, vel leue.

AB surdum autem est si punctus sit uacuum.

Cum dixerit eos dixisse vacuū esse locū, in quo nullū graue, vel leue est, refutat reprehenditq; definitionē dicens hoc modo facile sequi, vt etiam punctū sit vacuū, quippe & huic definitio conueniat, qnoniam nihil est in ipso qnod graue, aut leue sit.

OPOR tet enim esse locum in quo corporis tāgibilis est spatium.

Hec dicit pro his, oportet enim ita definire, q̄ locus vacuumq; spatiū corporis tangibilis & tangibile hn̄s grauitatē, vel leuitatē, quare locus esset spatiū susceptiuū grauis, vel leuis.

ATTA men uacuum uidetur u no dici quidem modo id quod non est plenum corporis sensibilis tactu. Sensibile uero est tactu, quod grauitatē uel leuitatē habet.

Quedam autem exemplaria habent plenum. Et si plenum quomodo vacuum. Plenum igitur pro impletur, & capax est corporis sensibilis tactu.

IC circo & quispiam dubitauerit, quidnam dicent, si spatium colorē habeat aut sonum. Vacuum ne, an non uacuum esse.

Quod & si hoc modo definiunt, tamē nō fugiunt absurdū. Nā si spatiū hoc (inquit) colorem habet, vel sonū sine grauitate, vel leuitate, quid amplius dicēt. Vacuū ne esse tale spatium, vel nē. Suppositio autē talis nō est impossibilis. Nā cæleste corpus tale est. Nam colore formatur & sonū efficit secūdū pitaghoreos cū mouet quod tñ caret grauitate, & leuitate.

AT patet uacuum esse si corpus tāgibile suscipere possit. Sin autē, minime.

Inquit, ad hanc rationē dicent, quod si quidē vacuū hoc dicis separatū a corpore tāgibile quod idē est ac si dicas separatum a graue vel leue, & quodam aliud corpus habens, constat sane quod vacuū erit. Nam plenum hoc dicimus, quod habet grauitatem, vel leuitatem. Si autem vacuum dicis, in quo prorsus nihil est, tale sane vacuum non erit. Sed vtroq; modo absurdum sequi dicimus, vel. n. definitio vacui repellēda est, vel idem erit plenum & vacuū.

ALIO uero modo, id in quo non hoc aliquid, neq; substantia quedam corporea est. Quapropter quidam aiunt uacuum corporis esse materiam, qui quidem hoc idem asserunt locum esse non recte dicentes. Materia nanq; separabilis non est a corporibus. Vacuum autem ut separabile querunt.

Quoniam & alio modo definiunt vacuum spatiū esse, in quo nullū est corpus, neq; corporeum aliquid, ceu qualitas, vel potentia, vel aliud quippiā naturale. Hoc modo autē (inquit) materiā vacuū & locū dicunt esse, si quidem eorum nullum actu sit aliquod corpus naturale. Materiam vero forsitan dicit non primam, sed eam que qualitate in formata est. Quod vero non eadem sit materia loco, & vacuo multifariam demonstratum est.

QVONIAM autem de loco pertractatum est,& uacuum necesse est locum esse,si est priuatum corpore,ac quomodo locus sit,& non sit dictum est. Manifestum igitur est ut hoc modo uacuum non sit.

Hic reliquũ ostẽdit vacuũ non esse neq; separatum,neq; inseparabile,primum autem inquit quod quibus demonstrauimus locũ non esse spaciũ, eisdem etiam demonstrauimus neq; vacuũ esse. Nihil.n.differt is locus a vacuo,nisi cogitatione consideratione ue & respectu, cum subiecto eadem sint,demonstrauimus aũt (inquit) locũ esse velut terminũ,vt aũt aliquod idẽ spaciũ per se diuersum a corporibus quæ ingrediuntur,non est,neq; igitur aliquod uacuũ erit.

NEq; separabile,neq; inseparabile.

Separabilem quidem non est,ceu idem per se prorsus omni corpore carens, vt quidam dixerunt illud esse extra coelum. Inseparabile aũt.i.corporibus imbibitũ inter spersumq; nec est,ceu illi dixerunt,qui athomos esse statuerunt,cuius adiestione ad athomos ac coniunctione corpora constat. Vel quod quidem etiam magis consonum est,qm̃ neq; tale vacuũ est,quod quidem propriam habeat naturam existens spaciũ trifariam dimẽsum diuersum a corporibus qm̃ semper plenũ est. Sed si nos demonstrabimus locũ esse tale spaciũ,qđ est trifariam diuisibile dimensumq; per se,& vacuũ idem est loco secũdũ subiectũ cõstat,vt si hoc modo inseparabile vacuũ, quod per se nunquam est a corpore prorsus separatum,sed semper est aliquo corpore plenũ. Veruntamen alteram existentiam habet præter corpora.quæ sunt in eodem.

NAM uacuum non corpus,sed corporis spacium uolunt esse.

Quoniã vacuũ spaciũ corporis est (inquit) idest corporis susceptiuũ,& tale est & locus apud eos qui putant locũ esse spaciũ,& demonstratũ est spaciũ loci neq; separabile,neq; inseparabile esse posse manifestũ igitur est,vt neq; vacuũ sit neq; vt separabile,neq; vt inseparabile.

QVAPROPTER & uacuum aliquid esse uidetur,quoniam & locus. Et per easdem sane. Nam motus occurrit qui secũdum locum fit,& his qui locum esse aliquid præter corpora quæ incidunt his qui uacuum ponunt.

Quod idem sit locus & vacuũ (inquit) manifestũ est. Nam ex quibus,& per quas causas venerũt in notitiam,vt locus esset spaciũ,per easdem etiam venerũt in cognitionem vacui. Nã motus secũdũ locũ,& his,& illis extitit causa suspicionis & cõiecturæ de loco & vacuo. Nam ii qui locũ spaciũ esse dicũt eo qđ videbant alia atq; alia corpora vicissim succedere in illo ceu in amphorã in hãc deuenere suspicionẽ & cõiecturã,similiter & ii q vacuũ esse dicũt ad cognitionẽ vacui p uenerũt,qm̃ non esset motus localis nisi esset vacuũ. Non.n.recipitur corpus per corpus.

AT q; causam motus uacuum sic esse putant, ut in illo moueantur, hoc autem tale erit,ceu locum quidam esse aiunt.

Quod ii qui vacuum esse putãt, idem existiment causam esse motus adeo vt in illo corpora moueantur,idest in quo moueantur,ex hoc etiam manifestum est quoniam vacuum tale est, quale locum ipsum inquiunt esse.

AT nulla prorsus necessitas cogit,si motus est,uacuum esse.

Cum refutauerit vacuum eisdem rationibus,quibus & locum tanquam spacium cõfutauit hic aggreditur ostendere ipsum vacuum per se nullo pacto esse. Verum prius rationes quibus nitebantur nonnulli vacuum non esse demonstrare,vult redarguere & confutare,ac ostendere eas nihil necessarii habere,fuere autem quatuor,prima ex motu ad locum, secunda ex auctione,tertia ex densitate,quarta ex cinere. Et tandem ostendit rationem de motu secundum locum nihil necessarii cõcludere. Erat autem ratio hæc,si motus est,& nõ recipitur corpus per corpus, vacuum est,atqui primum est.i.motus,ergo & secundum.i.vacuũ erit. Primũ in.inquit & si vacuo aliquis motus egeret,vt motus ad locũ. Saltem nõ quicũq; motus vt fiat,vacuo eget. Nimirũ alteratio loco prorsus nõ eget. Nam id quod alteraẽ quatenus alteratur nullo eget loco. Et .n.fieri potest,vt id quod immobile est motu locali altereẽ. Itẽ neq; si motus fuerit ſm locũ mox necesse est vacuũ esse. Nã possunt partes vicissim ipsimet succedere,& sua loca ipsimet inter se

mutare quæ tamē nō egēt vacuo ſpacio ſeparato ab ipſis, quod quidē videre licet in motu locali recto, & hoc ēt manifeſtiſſimū eſt in reuolutiōibus cōtinuoꝝ, ceu ſe habet globus ſphæraq; tornatilis. Itē videre licet in ipſa aqua, quæ mouetur in lebete. Nā hæc per vacuū nō mouenť quippe quæ eūdē cōtineāt locū ſm ſuas vniuerſitates, ſed mouenť partibus ꝑpria loca mutuo cedētibus. Et quid ipſe dico de his quæ mouenť i orbē. Et. n. quæ mouenť motu recto (vt iā dicebā) eodē mō mouenť, & vacuo nō egēt. Nā immitēs digitū in aqua ſi mouero ipm, & ſimpliciter oia quæ mouenť in aqua, hæc ſane motu recto locali mouebunť, & nō p vacuū nō mouenť, neq; in. ſunt talia inania in aqua ſeparata, qualia ſunt piſciū & natāuū corpora in ipſa, hoc aūt manifeſtū eſt, ſed aqua ſemper cedit ei qđ moueť, & utrūq; pariter accipit locū alterius. Nā ſi p ſolida & renitētia reſiſtētiaq; corpora motus fieret, merito putarenť mobilia moueri p vacuū, ꝑpea qđ nō facile cedūt hæc. At ſi p humida motus fit dico. ſ. p aerē & aquā, nō eſt neceſſariū introducere vacuū pp motū, Nā diuiſo illo p qđ fit motus, & cedente ſuū locū mobili, ita motus. Ex his ergo argumētis qđ neceſſariū nō ſit motu exiſtēte aliqđ ſeparabile vacuū eſſe, prius corpore carēs oſtēſum eſt. Qđ vero ſimpliciter nō ſit, nōdū ex his demōſtratum eſt. Quaobrē; qm q̄q̄ motus nō fieret p vacuū, attamē foret alio mō aliqd vacuū p ſe ſeparatū, vt poſuere pitagorici extra cœlū qđ quidē igiť vt dicebā, motu exiſtēte nō poſſit eſſe vacuum ſeparatum ſatis per hæc puto demōſtratum eſſe, qđ autē neq; inſeparabile ſit vacuum eo mō quē ipſe dicebā. i. qđ quidē ꝑpria ratione ſit ſpacium omni corpore vacuum nunquam autē ſine corpore, ſed ſemper aliquo corpore plenum hiſce rationibus demonſtratum non eſt, immo contrarium eſt neceſſarium ex dictis. Nam quando dicimus ea quæ mouentur non egere vacuo, ſed tranſmutari cedereq; partes ipſiſmet mutuo loca propria, quid aliud dicimus cedere ipſiſmet mutuo loca quam ſpacia in quibus ſunt. Verum de his affatim ſatiſq; dictum eſſe in rōnibus de loco exiſtimo. Secunda dubitatio erat ex dēſitate & raritate corporum, cuius exemplum erat de muſto & vtribus. Nā dicebā ea corpora quæ mouenť, recipi in ea vacua quæ in ipſis exiſtunt. Reſpōdet igiť neq; neceſſarium, neq; uerum eſſe ut hoc mō fiat dēſitas. Nā poſſunt (inquit) ipſa corpora dēſari ac cōprimi nō in uacua actu quæ intus manēt, ſed cōpreſſis extruſiſq; in ipſis tenuioribus corporibus in illorum loca recipi ac meare quod quidē & de uino fieri accidit. Nā cōpreſſis cōſtrictiſq; utribus ea ſubſtātia tenuis quæ incluſa eſt ſiue aerea, ſiue quedā alia, ceu uaporoſa, uel uētoſa, difflat euaneſit & excludiť, cuius modi eſt muſtum. Hac igiť rōne uinum cum dēſatur & in minorē molē cōtrahitur, ſane recipitur ab ipſo dolio cum utre, qđ ante utrum ac ſine illo ad ſummā implebat, itē muſtum eſt multū exhalās euaporāſq; cuius rei inditio eſt ſpuma eius quæ mouetur ab halitu, ac multum aeris intercluſum habet, ceu indicant bulle ampulleq;. Cum igitur motus prohibeatur a cōſtrictione cōpreſſioneq; vtris aer īterclūſo eſt, vt diximus, euaneſcit exhauritur & difflat quo pacto uini partes capiuntur recipiunturq; in loco illius. Præterea ſemper aliquod corpus tenuius cedit craſſiori, quocirca aqua dēſatur aere profligato extruſoq;, & aer igne depulſo, ac terra expreſſis aere & aqua. Idcirco ignis comprimi cohercerique non poteſt (ut inquit Themiſtius) quoniam aliquod corpus tenuius ipſo non eſt quod intus ipſum complectatur & contineat. Tertium argumentum erat. Si auctio eſt vacuum eſt, corpus enim non meat recipiturq; per corpus, nam id quod augetur alimento recepto in ipſum & diſtributo ei quod augetur plane accreſcere uidetur, neceſſe eſt igitur ſi corpus non meat per corpus, in vacuis illius quod augendum eſt, recipi id quod auget Ariſtote. igitur accipiens prius auctionem abuſiue improprieq; . ſ. eam omnem mutationem qua ſimpliciter ex minori mole in amplum aliquid tendit, ſic confutat rationem. Deinde oſtendit neq; hoc verum eſſe, neq; dubitationem eſſe neceſſariam. ſ. quippiam neceſſarii concludentem de auctione proprie dicta, prius itaq; inquit, non neceſſe eſt omne ſimpliciter ex minori mole in maiorem incrementum aliquo ingredeunte in ipſo quod acreſcit fieri. Nam cum tranſmutatur aqua in aerem, maior quidem fit ex minori, quæ tamen nullo ingredeunte & augente ipſam eget, quare neq; per vacuum fit auctio. Nam ob id videbatur vacuum ſequi ex auctione, quoniam aliquo corpore ingredeunte auctionem fieri dicebant. At ſiquis diceret eoꝝ, maiorem molem aquæ conuerſe in aerem factam eſſe quoniam quaſdam ſedes vacuas extrinſecus accepit & occupat quo fit vt ratio Ariſt. ſane nihil neceſſarii oſtendiſſe videatur. Nam vt aqua mutata in aere ex minori mole in maiorem mutata eſt, ita & quidam alius aer in aquam mutatus in minorem molem contraheretur ac coerceretur quo pacto eque fit viciſſitudo & reditus mutuus ad ſuas ſedes, quo fit, vt merito non ſolum de auctione proprie dicta refutet rationem quemadmodum deinceps facit, ſed etiam de mutatione ex minori in maiorem molem, quæ fit per generationem & corruptionem.

Nam illi querentes modum auctionis, quomodo ipsa fieret hunc omiserunt, quippe nullus de hoc sermoné vsq; ad hodiernũ diem fecerit. Sed cum ipsi voluissent ostendere vacuum esse vtebanť dubitatione de auctione, qm̃ si fit corpus ex minori maius, & necesse est incremẽtum fieri aliquo corpore ingredeunte & distribuẽte se p totum corpus, necesse erit vacuũ esse. Ad demõstrãdum igiť vacuum esse varius augẽdi modus nihil conducit, sed qm̃ simpliciter est aliquod incremẽtum in eo qđ maius fit, ob id necesse est hoc fieri p vacuum. Iuxta igiť hãc intelligẽtiam & sentẽtiã eoꝝ, & hac vtiť respõsione & obiectione. Vnde si quidẽ dicẽt auctionẽ esse oẽm simpliciter in maiorẽ molẽ accretionẽ, ita cõfutabunť & redarguenť, si autẽ proprie dixerint auctionẽ contra hãc hæc inquit. Dubitatio autẽ de auctione cõprehẽdit cõplectiturq; eam ẽt dubitationẽ, quæ de aqua in cinerẽ infusa ab illis adducta est. Vnde cõmuniter vtrãq; redarguens inquit tã rõnẽ de auctione, q̃ eam de aqua infusa iniectaq; in cinerẽ seipsam impedire. i. seipsam vincere & destruere, ac seipsam redarguere. Cõmunis. n. inqt cum sit dubitatio naturalis circa disputationẽ de auctione, & cum videanť q̃tuor absurda esse quoꝝ vnũ euitare nõ poterãt. s. vel non esse auctionẽ, vel illã nõ corporis esse, vel corpori incremẽtum nõ aduenire, vel corpus recipi ac meare p corpus, nitebanť illi soluere has dubitationes statuẽtes vacuum esse. Veꝝ ob id nõ persoluerunt has dubitationes quinimo illas indicarunt & ampliarunt. q̃re neq; vacuum esse ostẽdunt, neq; dubitationes soluunt. Rursus autẽ querunt naturales vtrum auctio sit vel nõ sit. Verum auctionẽ esse ꝑ cõperto haberi necesse est. Deinde querunt si corporis sit auctio vel incorporei atqui corpora augeri euidẽtia ipsa testať quo rursus queriť ne id qđ auget velut materia sit corpus vel aliquid incorporeum. Sed hoc ẽt ꝑspicuum est. Nam alimẽtum corpus est. Si ergo auctio est & corpus ẽst id qđ augeť, & auget, & id qđ auget p totum illud qđ augeť, distribuiť, cum ergo totum id qđ augetur p totum adolescat accrescatq; necesse erit corpus p corpus meare penetrari ac recipi, qđ quidẽ fieri nequit. Vndiq; igitur sermo de auctione ambiguus est. Has igitur (inquit) volẽtes dubitationes soluere suppositionẽ indemostrabilẽ petere ac posuere. s. vacuum esse. Nã (inquit) cum sint inania vacuaq; nõnulla in corpore, alimẽtum in illis recipitur & ita videtur auctionẽ defendere, & ea quæ auctioni cõpetunt, dico. s. auctionẽ eẽ, & corporum esse aliud qđ auget, & aliud qđ augetur, ac euitare hoc absurdum corpus per corpus meare ac recipi. Sed hæc ratio (inquit) seipsam destruit ac tollit. Nã illi putãt, qđ si supposuerint auctionẽ fieri per uacuum seruare tueriq; poterũt rationem de auctione, quasi nequeat aliter fieri auctio quam per vacuum. At ipse contrarium potius euenire inquit, quoniam si vacuum esset, & per illud fieret auctio, certe non prorsus auctio fieret. Nam si totum id quod augetur p totum adolesceret atq; accresceret, quemadmodum constat, & necesse est alimentum per totum distribui ac partiri, atq; distribui alimentum corpori non aliter (vt aiunt) quam recipi per ea vacua quæ in ipso sunt, igitur oportet totum corpus per totum vacuum esse. Nam vbi non erit vacuum, ꝑfecto ibi non poterit cibus distribui ac recipi, quare neq; illud augebitur. Atqui totum id quod augetur per totum accrescit. Igitur oportet totum esse vacuum, quod quidem absurdum est. At si totum per totum & vndiq; fuerit vacuum, alimentum ingrediens erit duntaxat repletio earum partium quæ vacue sunt, & non auctio, itaq; incremẽtum fieri per vacuum nequit, quare neq; vacuum demonstrant esse, sed illud sine demonstratione petunt ac ponunt, neq; dubitationes de auctione tollunt, sed eas pandunt ac ampliant. Ratio autem ipsa de cinere nihil facit ad asseuerandum vacuum. Nam cum videatur cinis tota per totam humectari, pariter & tota aqua per totam nigra fieri, necesse prorsus est totam aquam vacuam esse, ac pariter totam cinerem, si quidem in vacua vicissim mutuoq; sese recipiant. Hoc autem per ridiculum est, & si aqua reciperet se per vacua cineris & econtra cinis per vacua ipsius aque, cur non multo prius in suamet vacua vnaqueq; earum a principio non se recepit, quippe consentaneum magis foret aquam cum humida sit in sua recipi vacua, quam cinerem in ipsa vacua aquæ ingredi.

ATQVAE omnino quidem uacuum omnis motus causa non est. Quapropter & Mellissum idipsum latuit. Nam potest alterari plenum. Deinde neq; motus ad locum uacuo accommodatur. Possunt enim corpora mutuo sibi cedere, etiam si nullum sit spacium separabile præter corpora, quæ mouentur. Et hoc in continuorum sicut in humidorum conuersionibus manifestum est.

Tandẽ vniuersalem & indeterminatam enunciationẽ refellit. Nã dicebãt hoc mõ simpliciter, si est motus vacuum est; inquit igitur putare, vel dicere vacuum esse omnis motus causam,

ridiculũ est. Nã alteratio cũ sit motus certæ non egebit loco vel vacuo. Quapropter & Mellissum idipsum latuit, quippe qui statuens omne vniuersumq; infinitũ esse, illud prorsus immobile eē asseruit q̃m infinitũ nõ habet quo moueri proficisciq; possit. Latuit igitur & illũ hoc qa posset saltem alterari nullo egens locus, & ita non esset immobile. Non solũ aũt (inquit) alterari põt alio loco non egens ab eo in quo est, sed et secũdũ locũ moueri põt, quũ aũt ille de motu sm locũ in qat. Et hoc patet in his q̃ in orbē mouenť. Nã hæc in eodē loco vertunť. Itē põt aliquid moueri motu recto nõ existēte vacuo mutuo vicissimq; ipsismet cedētibus mobile & eo ĩ quo fit motus.

POSSVNT etiam corpora non ob ingressionem in uacuum, sed ob extrusionem eorũ quæ in ipsis sunt dẽsari. Veluti cũ premiť aqua, sic ut aer qui in ipsa est extrudať.

Quod neq; secunda dubitatio habeat aliquid necessarii, vel ea etiam quæ de vino & dolio afferri solet, his ostendiť. Nã põt densari vinũ & nõ in ea vacua quæ præexistant, sed in locis eorũ, quæ extrudunť & sunt ipsius vini tenuiora corpora, dixit aũt ob extrusionē eorũ ex metaphora accinorum, qui compressis digitis iaciuntur ac extruduntur. Accini autem proprie dicuntur acini oliuarum, ex his autem & multa alia argumenta soluuntur.

PRAETEREA augentur non solum aliquo ingredeunte corpore, sed etiam alteratione, ceu si ex aqua fieret aer. Omnino autem ea ratio quæ de accretione sit, & ea quæ de aqua adducitur, quæ in cinerem funditur, seipsam impedit.

Tertiam rationem ab auctione reprehendit, & tandem (vt dicebam) communius latiusq; vtitur auctione, nuncupamus omnem mutationē simpliciter in maiorē molē ipsam auctionē.

AVT enim non augetur quicquam, aut non corpori, aut fieri potest, ut duo corpora in eodem sint. Dubitationem igitur communem soluere putant, sed non uacuum esse ostendunt, aut totum corpus uacuum esse necesse est, si omni ex parte augetur & per uacuum accrescunt. Eadem ratio de cinere est. Quod quidem igitur eas rationes facile diluere sit, quibus non nulli uacuum esse ostendunt, patet.

Dubitatio naturalium est, quam soluere nitentes vacuũ esse statuerũt. Hanc igiť (inquit) dubitationem soluere putant vacuũ statuentes, attamen non demonstrant vacuũ esse. Nõ.n. quia auctio est, vacuũ esse oportet, sed causa modi augendi inquirenda est. Neq; enim statuentes vacuũ esse, dubitationem de auctione soluũt, quoniam opus esset, vt totũ corpus vacuũ esset, aut omnino & vndiq; augeať per vacuũ, vbi augereť, quare non soluũt dubitationē supposito statutoq; vacuo. Nam per vacuũ quodam fieret auctio, totũ vacuũ erit, siquidem nutrimentũ toti corpori singulisq; eius partibus distribuatur. Eadem etiam dicimus de cinere.

RVRSVS autem dicamus uacuum hoc pacto separatum non esse, ut quidam inquiunt.

Cũ ostendisset rationes quæ concludebãt vacuũ esse, nihil necessarii habere. Cæterũ hic vult ipsam vacui naturam tollere. Et q̃m uacuũ nonnulli qui illud esse asserebãt, separatũ esse autumarũt, nonnulli vero ipsum inseparabile. Et inseparabile vel potestate & suapte ratione vacuũ, licet semper sit corpora plenũ, ceu ii sentiũt q locũ esse spaciũ dicũt, vel interspersum inhibitũq; corporibus, vt sectatores Democriti aiunt, demonstrant iccirco Arist. prius non esse vacuũ separatũ nullũ habens corpus. Et q̃m ii qui vacuũ esse asserebãt, ipsum motus causam esse dicebãt, quippe qui non existente vacuo motũ tollere videreť, proinde prius ostendit nullo pacto vacuũ causam motus esse posse, neq; velut efficientem, neq; velut finalem, neq; velut in quo, vel per quod dico. s. quemadmodũ dicimus nũc motũ fieri in magnitudine non ita fieri posse p vacuũ demonstrabit. & prius ostendit vacuũ causam motus esse non posse. Nam cũ vacuũ omnino & vndiq; sibi simile sit, & nullũ discrimen a seipso habeat, & videamus ea quæ natura cienť, differentibus variisq; motibus mota esse. Nã ignis ipsa natura sursum ferť. Terra aũt deorsum, constat igiť vt differentiũ motũ, immo contrariorũ eadem foret causa. Atqui contrariorũ causæ efficientes sunt contrariæ. Nam impresentia nos qui naturales inclinationes motuũ causas efficientes esse asserimus, contrariorũ contrarias causas assignamus ac asserimus. Nam leue causa est motus sursum, graue aũt motus deorsum. Si ergo vacuũ esset causa efficiens motus procul

dubio

dubio motus non different, immo tolletur funditus motus, qm̄ quo moueretur corpus in eo posito? Certæ consentaneum est vt quocūq; moueatur & pergat, quandoqdem sit vacuū vndiq; sibi simile ac compar, quare simul sursum & deorsum mouebitur ignis, & reliqua similiter, quod qd̄ fieri nequit, quare vacuū erit potius causa stationis & quietis q̄ motus ergo vacuū non pōt esse causa efficiens motus. Item neq; esset vacuū causa motus dico.s. vt appetibile, qppe q eadē rursus sic dicenti absurda obiiciemus. Nam motus naturales sunt differētes, ergo & fines discrepāt, & sunt distincti. Vacuū aūt est prorsus ac vndiq; sibi indifferens.s. vbiq; constat sibimet ac compar est, cur ergo magis ignis sursum, q̄ deorsum mouebitur? qm̄ vndiq; finis & appetibile est, vel ergo penitus non mouebitur, qm̄ sibimet vndiq; simile est quare vbi aliquid poneretur iam suū finem, & id qd̄ appetit consecutū esset, vel si mouebitur in eo quocunq; proficiscetur. Nam cur magis sursum q̄ deorsum vel ad reliquas loci differentias? nam (vt dicebam) vacuū vndiq; appetibile est, quare illud vndiq; dispergeretur membratimq; distraheretur dilaceraretur q;. Item de partibus eadem ratio est, & hoc in infinitū. Eadem aūt (inquit) quæ sane de vacuo diximus, & de loco dicere licet contra eos q putant locū esse spaciū. nā si spaciū locale idē est cū loco, quæ de vno dicuntur, de altero quoq; dici pñt, qm̄ si locus est spaciū qualitatis expers, & incorporeū, quō vnū quodq; mouebitur in suū ac peculiarem locū. At nos q dicimus locū esse cōtinentis terminū, qm̄ ipm esse terminū naturalis corporis dicimus, in ipso naturales vires insedere ac immissas esse proprietates asserimus, & ob id vnūquodq; ad suū mouetur locū tāq̄ ad cognatū & sibi affine, si aūt locus esset spaciū expers q̄litatis p se cur magis huc, q̄ illuc mearet mobile. neq; enim est aliqua differentia per q̄ huc magis moueatur q̄ illuc, itaq; loci discrimina pcipua essent alterū qd̄ sursum appellatur, alterū vero qd̄ deorsum dicitur, q̄doqdem spaciū sit sibi vndiq; simile. At nūc apud nos, qm̄ corpora differūt, quorū fines loci sunt, etiam ipsorū fines & termini differūt qbus cognata continentur. non enim per se termini loci sunt, velut superficies mathematice, sed superficies quæ in corpore naturali sunt inseparate sunt loci. At ii q locū spaciū esse volūt, mox ipm separabile abiūctūq; a corporibus naturalibus, & simplicibus esse volūt, nihil igitur discriminis erit inter spaciū susceptiuū aque, & spaciū susceptiuū aeris. Sed ad hæc dicerē, qd̄ esse spaciū diuersum a corporibus naturalibus, & separabile ab eisdem secūdū substantiam eorūdem susceptiuū & capax, satis in superioribus demonstrauimus. Ad hæc aūt impresentia nuncq; dicta respondeo vacuū non esse causam efficientem nec finalē motus, neq; necesse est, vt vnūquisq; locus receptiuus & capax corporū aliq̄ vim habeat & q̄litatem. Non. n. qm̄ bonū est vnicuiq; hic esse vel hic esse oportet ingerere aliq̄ vim illi in quo suapte natura esse aliqd pōt. Neq;. n. qm̄ corpus cœleste in orbem cōstitutū & in circulo collocatū est, ac hoc ipsi bonū est, ipse Aristotel. profecto dixit circulū & orbem habere aliq̄ vim, q̄ cœleste corpus appetendo sit in circulo, q̄nqdem neq; circulū locū esse assentiar, dico igitur non ea de causa, qa hæc vacui, vel spacii pars aliq̄ vim & potentiam habet, sic eadem pars complectitur & cōtinet corpus cœleste, ceu extremū orbē & vltimū, sed qa cœli natura est, vt omnia circulo contineat, ac omnia intra suos limites habeat. Cū igitur hoc ipsi cœlo natura tribuat, merito & hoc modo locū habens occupat. Accidit ergo non propter vim propriam spacii, sed quia hoc mō cœlū suapte natura est, dico.s. quia omnia capit & continet, vltimam sphæram spacii partē occupare. Quemadmodū igitur in generatione animaliū alia pars aliā quandam loci partē tangit, siue locus sit terminus cōtinentis apud Arist. siue sit spaciū, vt mihi videtur, & ratio demōstrauit. Ceu caput hāc superficiei aeris partē tangit, q̄q̄ actu nō sit diuisa, & manus aliam, & pedes similiter, & reliquæ aliæ id genus partes, & tamen nemo diceret ob id terminū aeris tangentem caput habere aliq̄ vim diuersam ab ea quæ est in alia parte aeris, quæ tāgit manus vel pedes cuius appetitu & desiderio caput hanc aeris partem occupet, & alia pars aliquem aliū terminū aeris obtineat, sed quia caput suapte natura esse ac poni supra reliquū corporis aptū est, similiter alia atq; alia pars aliter & aliter constitui & ordinari natura ipsa duce apta est, ob id hoc est bonū animali, quocirca etiam accidit caput tangere hanc aeris partem, & alia aliā ipso aere sibimet vndiq; simili existēte. Ita hoc de vniuerso dico. Etenim mūdus est quodam animal magnū, cū igitur bonū erat ante totius mūdi constitutionē, corpora cōponentia ipsum inter se talem positionē habere, merito vnūquodq; corpus talē inclinationē ac talē impetū habent, vt desiderent appetentq; talē positionē & ordinē ad reliqua corpora. Cū igitur hoc eidē occupanti aliquā partē spatii accidat, merito appetit eandē non ea de causa, quia illa q̄dā vim & potētiā habeat, sed qm̄ vniuerso, & vnicuiq; esse ac vltra bene esse tūc bonū est, q̄do alia huic subdita subactaq; fuerint, & alia superna & supra hoc cōstituta extiterint, appetūt igitur locale spaciū non propter ipm, sed ob positionē & ordinē ad reliqua. Quēadmodū igitur (vt Arist. inquit) si domus esset quædā

Se defendit cōtra Arist.

Plato in Timeo sic definit mundū mundus est aial magnū re-

uera diuina prouidentia constitutum. Tu aût vide pelum Timeo ex ponenté hoc & quid sit mūdus vide in libro de mūdo.

res naturalis,nō aliter profecto fieret,q̄ mō ab ipsa arte fit extruitur q̄. Equidē si tegulæ tectū fastigiū q̄ superius collocarent,& fundamēta imo loco cōstituerent,& parietes mediū ordinē acciperet,pfecto si domus naturalis res esset,tectū suapte natura ad hanc partē aeris & reliqua ad suas sese reciperent,sicut mō se habēt. Vt igit̄ nūc alia pars domus aliā q̄dā aeris partē occupat nō ea de causa,q̄a habeat aliquā lationē & appetitū ad ipsum aerē,sed q̄a domus hoc bono potit̄ quū partes ipsius talē positionē interse acceperint.Ita ēt de particularibus aīalibus,& de maximo aīali qd̄ est mūdus dicēdū est.Equidē spaciū interuallū q̄ mūdi,qd̄ ēt est vniuersi receptaculū & locus,nullā ad seipsum dicit̄ tam nullū q̄ discrimē habet,sed eo fit discrimē inter locū supernū & imū,qd̄ corpora ipsius mūdi interse talē positionē petūt & suscipiūt,quocirca ēt dicimus deorsum id esse,qd̄ in medio positionē hēt & recipit,ac id sursum qd̄ extremū est & cōtinet,ex q̄ bus ēt loca appellamus,eam náq; spacii partē quæ mediū occupauit, deorsum & imū locū appellauere,eam aūt quæ gyrū cœli accepit,sursum & supernū locū vocauerūt. Igit̄ vnūquodq; appetit cognatū sibi (vt ipse ēt dixit) quū ab eo separatū fuerit,fert̄ igit̄ ad hoc principaliter,& cū ad hoc fert̄ ēt ducit̄ ad spaciū qd̄ occupat. Vniuersitas aūt cognata accepit hoc interuallū (vt diximus) propter po sitionem situm ac ordinem quem habet ad ipsum vniuersum.

NAM si natura cuiq; simplicium corporum aliqua latio competat,ceu igni sursum, terræ uero deorsum,atq; ad medium,patet uacuum causam lationis non esse. Cuius igitur motus uacu um causa erit. Nā uidetur esse causa motus ad locū. At huius cā nō est.

Quod vacuū nō sit causa efficiēs motus ostendit. Et inquit si vnūquodq; corpus qd̄ simplex appellat̄,aliq̄ ppriā lationē secūdū naturā differentē a reliquis habuerit,sane vacuū nō erit causa efficiens motus. Nā differentiū motuū oportet ēt differētes esse causas. At vacuū sibi vndiq; simile est,igit̄ causa naturaliū motuū nō est vacuū. Cuius igit̄ motus (inquit) causa esset. Nam si cuius causa maxime uidetur esse,dico,.i.motus ad locum,& huius demonstratū est nō esse causam,in cassum sane alterius motus esset causa,quare nullius motus vacuum erit causa.

PRAETerea si est aliquid,ut locus corpore carens,quum fuerit uacuum, quonam feretur corpus quod in illo positum fuerit. Non enim ad uniuersum mouebitur.

Oportet hoc argumentum separari ab eo quod prius dicebat̄. Neq; aliter separaret̄,nisi quia prius adducit̄ cōtra suppositionē,quæ dicit vacuum esse causam efficiētē motus,& hoc adducitur cōtra illā,quæ supponit vacuum esse causam finalē motus. Et cōsentanea est hæc distinctio & separatio, q̄m superius dixit,cū vnicuiq; sit latio ppria s̄m naturā,& vacuū vndiq; sibi simile sit,vacuum nō esse causam differētium motuum. Nunc autē inquit cum vacuum sit qualitatis expers (q̄m feret̄ corpus qd̄ in illo positū fuerit.) Quod autē fert̄ ad aliquod determinate & definite velut ad finē & appetibile fert̄. (Equidem consentaneū est) cū sit ppositū ostendere vacuū nō esse causam motus,demōstrare iuxta nullum modum causarum ipsum causam esse.

EADEM etiam ratio adducitur contra eos,qui locum aliquod separatum esse ponunt,in quod fertur id quod motu cietur. Quo nam modo feretur id quod ibi positum fuerit,aut manebit. Et de hisce differentiis,supra inquam & infra.

Quemadmodum rōnes de loco adaptauit vacuo,ita & rōnes de vacuo loco nō ab re accōmodat. Dixit.n.iam locum & vacuum idē esse subiecto. Nā vacuum est locus corpore carens & priuatus secundum eos qui putāt locum esse spacium. De loco igit̄ inq̄t,si locus est spacium queremus cum vnu mquodq; videamus proprium locum appetere,leuia quidē sursum,grauia vero deorsum,quonā mō spacio existēte sibi vndiq; simile velut ad differentia loca alia aliquo mouerent̄. Nā pp̄ter qd̄ ignis sursum magis pgere cupit,q̄ deorsum dextrū & sinistrū. Oportet.n. videre,si qdē locus est spaciū & id sit sibi vndiq; simile , quonā pacto spacio oino habebit imū & supnū cū sit vndiq; simile. Nā imū seu deorsū & supnū sursumue sunt differētia imo cōtraria.

ET de uacuo eadem accommodabitur ratio non immerito. Nam qui uacuum esse dicunt,locum ipsum inquiunt esse. At quonam pacto corpus erit in loco,uel in uacuo. Nō enim accidit , cum totum quippiam corpus aut in separato permanenteue loco positum fuerit. Pars enim si non seorsum ponatur,non erit in loco,sed in toto. Præterea si neq; locus

locus est, neq; uacuum erit.

Cũ dixerit eandẽ rõnẽ, quæ de vacuo dicta est, & loco accõmodari posse, si locus spaciũ esse diceref, rursus cõuertit dicẽs ea quæ de loco dicta sunt ac disputata, vacuo ẽt pñt adaptari, vt oñdat cognationẽ & propinquitatem loci & vacui. Et huius rei causam inducit, qm̃ locus & vacuum sunt idẽ, quare simul introducunf constituũturq;, ac simul pereũt & tollunf. Et inquit. At quonam pacto corpus erit in loco, vel in vacuo. Non.n.accidit, quũ totũ quippiã corpus velut in separato loco & permanente positũ fuerit. Pars.n.si non seorsum ponaf, non erit in loco, sed in toto, idem profecto & in rationibus de loco dixit, sed ibi obscurissime & occultissime dixit, hic autẽ longe clarius ac lucidius explicat, quo fit, vt hinc locus ille intelligaf. Hoc mõ ibi dixit. Quod si esset quippiam interuallũ, qđ suapte natura esset, ac in eodem maneret, infinita loca profecto essent. Si.n.transferef aqua & aer, idem facient omnes partes in toto, qđ vniuersa aqua in uase. Vt igif dicebã expositionem ac interpretationẽ huius loci, ex his quæ nũc dicunf, intelligamus. Quod vero dicit, hoc est, fieri non potest (inquit) vt aliquid ponaf in loco, aut in vacuo, si locus erit spaciũ. Nam communis nunc cõceptio ac sententia est, vt partes continuorum non sint per se in loco, cũ totũ fuerit in loco non.n.pars fit per se in loco, nisi diuidaf seceturq; a toto, sed est velut in toto, per accidens nanq; cũ per totũ in loco sunt, dicunf esse in loco. Cũ igif hæc sit communis de illo, qđ est in loco, in separato & locali spacio positum fuerit, dico.s.nõ esse partes eius per se in loco. Nam interualla & spacia per seipsa mutuo mearent ac penetrarent, quemadmodũ nãq; totũ spaciũ obtinet, ita & continef per se ab illo. Et prius dixit.s. in sermone de loco, qđ cũ magnitudines sint diuisibiles in infinitum, accideret locũ. & id quod in loco est actu diuidi in infinitu, hoc aũt inquit esse hoc mõ impossibile, qm̃ non potest pars per se fieri in loco, nisi abiũgatur a toto, & ita seorsum per se ponaf, quare si hoc est impossibile, igif fieri non potest, vt aliquod corpus ponatur in loco, vel in vacuo. Nam vtrunq; idem subiecto sunt, vt diximus.

ACCIDIT autem hisce qui dicunt uacuum esse, ut necessarium si motus erit, contrarium potius, si quis diligenter consideret, non posse in quam moueri quicquam, si uacuum fuerit. Nam ut quidam terram ob similitudinem quiescere putarunt, ita & in uacuo quoduis corpus quiescere necesse est. Non enim est quonam magis aut minus mouebitur. Nam qua uacuum est non habet discrimen. Primum quidem igitur, quoniam omnis motus uel ui uel secundum naturam fit.

Cum demonstrauerit vacuũ nõ esse causam motus neq; efficientem, neq; finalem, cæterum vult ostendere neq; vacuũ causam velut per quam vt instrumẽtalis est, motus esse posse, prius aũt repetit dicta, & ostendit id qđ ex suppositionibus eoꝝ sequif, Nam accidit his (inquit) q vacuũ esse causam motus dicũt, contrariũ potius, ac aliter dicere q̃ dicũt. Nam illi aiũt, si motus est, necesse est, vt vacuũ sit. Ex dictis aũt ostendif ipsum contrariũ, qm̃ si vacuũ esset, non foret motus. Nam vt quidam aiũt terram quiescere (inquit) qm̃ vndiq; a simili continetur. Non enim aliquo moueri posset, cũ circũcirca vniuersum simile foret. Nã cur magis huc, q̃ illuc cieref & pergeret, quandoquidem ab æqualitate & similitudine quolibet aliquid eodem modo impellaf & summoueaf, hoc etiam magis consentaneũ est, vt accidat his qui vacuũ esse ponũt. Non enim est quonam magis, vel minus mouebif, quũ vacuũ sit vndiq; sibi simile. Cũ igif ostẽdat vacuo existente motũ naturalem esse non posse, ostendit etiam non posse motũ præter naturam esse. (Et primũ hoc probat tanq̃ id q; ex dictis sequitur) deinde ostendit seorsum & per se nihil præter naturam in vacuo moueri posse. Nam omnis motus præter naturã posterior eo est, q est naturalis. Et econuerso ipsius naturalis idest qui ex altera parte naturali opponif. Neq;.n.esset motus præter naturam, & violentus, nisi oppositus esset motui secũdũ naturam in uacuo fieri nequeat, perspicuũ sane est, vt neq; motus præter naturam fieri possit. Nam in qbus est præter naturam, in his multo prius existit id qđ est secũdũ naturam. Qđ aũt fieri nequeat in vacuo motus secũdũ naturam iam demonstrauit, & denuo repetit rationem. Nam si non est aliqua differentia in vacuo infinito (inquit) neq; diuersi motus ac differentes in eodem erũt. Nã qua dicũt vacuũ infinitũ, tollũt locũ supernũ, & imũ & prsus medium ac coeligirũ & extremũ ad quæ motus corpoꝝ naturaliũ vergit & tendit, qua vero ipsum aiũt esse vacuũ omne eius differentiã adimũt. Nam inquit vt nõ entis nulla est differentia, ita neq; vacui vlla esse potest, vacuũ aũt est aliquod non ens & priuatio. Si ergo in ipso nulla differentia est, neq; profecto erũt motus in ipso

differentes, sed motus naturales sunt differentes. Necesse ergo est duorum alterum sequi, vel vacuum
non esse vel si est, motū ſm naturā tolli aboleriq;, quod si vacuo existente nō est motus natura-
lis, neq; motus, ꝑter naturā erit. Si ergo neq; motus nālis neq; motus ꝑter naturā pōt in vacuo
fieri vr ergo vacuo existēte penitus motū tolli ac demi. Hoc igiť mō cū ostendat sequi ex dictis,
vt neq; motus præter naturam in vacuo fiat, hoc ipsum per se, s. qđ nequeat in vacuo esse motū
Arist. hoc mō demonstrant. Omnis motus præter naturam vel fit ab ipso mouente quod adest
& cogit impulsum, ceu liquet in his quæ pellūt aliqd, vel ab eo qđ abest distatq; & nō tangit id
quod principium emittēdi dedit, ceu patet in his quæ iaciūt & arcu emittūt iacula & sagittas, sed
quæ iaciunť vi mouenť videlicet, inquit cū aer ob impetū illius qđ iaciť, circūfluat & circūfluē-
do coerceať & coercitus impellat. Nam aer a iaculo pulsus, & diffundens sed ad alias partes ae-
ris, quarum vna aliam impellit eidem iaculo a tergo circūfluit, & ita semper impellit ipsum, ac eate
nus fit ea resistentia compresio & circūfluxus aeris dū vis impetusq; illius qđ iaciť definit & de-
ficit. Vnus igiť modus motus præter naturam (inquit) talis esse videtur. Alter aūt est, quo aer
impulsus vna cū eo qđ iaciť celeriore motu moueť, q̄ sit latio pulsi naturalis, qua ad proprium
locū moueť, & ita impelit ipsum. Nā aer cū sit mobilissimus mōdo principiū susceperit, longius
procedit motū sibi datū cōseruans, & ocius moueť (vt dixi) q̄ id qđ in propriū locū fertur, hac ra
tione igiť impellens mouet præter naturā. Cū igiť duo sint modi motus præter naturā, ſm nul
lū modū potest quicq̄ moueri in vacuo præter naturam. Nam vacuū neq; potest cohiberi circu
fluere & cedere, neq; potest impelli, quippe vacuū nō sit corpus, nō potest igiť quicq̄ moueri in-
vacuo, nisi vt eā quæ vehunť inquit, talia vero sunt ea quæ habent suū primū mouens vna co-
mitans & sequēs. Verum hoc dixit per ironiam & dissimulādo, vt ea que vehunť, ceu sunt ea quæ
ab aqua vehunť, vt cū stipula aliqua vehereť vna cū aqua. Nā hæc præter naturā moueť neq;
pulsa, neq; circūfluxu & resistentia aquæ, deducta sed vecta & ducta vna cū aqua. Verū non ꝓ-
priæ stipulæ motus dicereť præter naturam, sed magis per accidēs. At neq; aliqd hoc motu po-
test in vacuo moueri. Nam quæ vehunť per corpus vehunť & non p vacuū, & id qđ vehit opor
tet esse magis inceptū ad diuisionem & difficile, q̄ id qđ vehiť, igiť nō pōt aliquod in vacuo vehi.
præterea inquit vsq; quo id q; moueť stabit. Nā mō dicere causam quietis possumus, qm̄ firmi-
tas roburq; aeris impellentis frangiť. Sed id qđ moueť in vacuo præter naturam vbi quiescet,
vel a quo firmabiť? necesse est igiť vel penitus nihil moueri in vacuo, vel quolibet ferri, nisi qp-
piam præpotentius impedierit. Hæc igiť sunt Arist. qui ostendit neq; motū violentū & præ-
ter naturam posse fieri, si vacuū fuerit. Mihi aūt videť neq; hoc argumentū habere quicq̄ neces
sarii. Primū quidem, qm̄ nihil abūde satisq; hactenus ostēsum est, vt animo nostro satisfaciat,

Videtur cosbure istare cō tra Ari. verū fa. cit filsm diuisiuū ex dstru ctiōe vtri usq; par tis.

quū inter numeratos modos motus præter naturam & violenti vnus sit causa. Et ipse ad hoc
theorema in cōmentariis octaui huius operis libri opportuna & necessaria dicam, cū ibi Aristo.
præsertim & principaliter de his sermonem faciat, ac declaret qūo ea quæ moueņť præter natu
ram moueanť, tn̄ nihil detrimenti & mali erit nūc cōmmemorare interpretariq; ea absurda bre
uibus, quæ contra hanc rationem incidunt. Nam in ipso aeris circūfluxu ac cohibitione circūfu
sa, vel ante pulsus ab ipso proiecto vel lapide vel sagitta a tergo currit, & circunfluit ipsi sagittæ
vel lapidi ac vndiq; coerceť, & ita post iaculū ac telū aer factus impellit ipm, & ita deinceps, quo
usq; impetus ac vis proiecti senescat & debiliteť, vel nō ante circūfluentes aer impulsus est, sed

Secūda pars di- sionis.

aeris partes quæ ex latere circūstant proiecto ipsum impellūt. Nam pulsa sagita ex ipso aere qui
vna expellitur ab ipsa corda arcus a principio circūfluit ac succedit semper aer q circūstat, in lo-
cū sagittæ, qui ēt pulsus ab alia parte aeris a principio impulsi sagittā pellit, & denuo id faciet in
aerem coercitū & circūfussum succedētem sagittæ, ac ita cōtinuo & deinceps facier, quousq; fa-
cessat & debilitetur ille motus impetus qui a principio immissus ac datus ei erat. Si ergo ſm pri-
mū modū dixerimus fieri antiperistasim, dico. s. aerem pulsum ante ab ipso iaculo & sagitta a
tergo & retro eidē circūfluere & cohercerі vndiq;, & ita pellere telū & sagitam, dubitaret aliquis
quid cogat aerem semel pulsum ante nullo repercutiente ipsum, a tergo retroq; currere, videli-
cet post tergū sagitæ, ac venientem rursus retro repercuti & impellere sagitam. Nam necesse fo-
ret, aerē tribus motibus moueri. Primo. n. oportet ab ipsa sagita impelli ante, deinde a tergo rur-
sus currere, tertio a tergo repercuti. Atqui cū aer sit mobilissimus & tale principiū motus accepe
rit longius progreditur, qūo igitur aer a telo sagitaq; pulsus nō mouetur ſm illud principium
sibi datū, sed rursus currens retro, vt fieri solet in bellis cū cohors a tergo subsider, eandem partē
aeris reflectit & repercutit, & retro currens non dissipatur ac dispergitur in immensum vastūq;
aeris circuitū, sed diligenter concauitatem sagitæ ad signū ictūq; designans rursus a tergo currit

ad ipsam

ad ipſam & eidem continuus vel immediate heret. Hec igitur omnino abſurda ſunt, & magis ſimilia commentis figmentiſue eſſe videntur. Item aer impulſus ante a ſagita, cõſtat ſane ipſum aliquo motu moueri, ſagita nãq; cõtinuo mouetur, quo igitur modo aer pulſus a ſagita poterit circunfluere ſagite, & fieri in locum quẽ ſagita occupauerat. Nam anteq̃ hic pulſus a tergo curreret, aer qui ad litera ſagite, & retro iacet, mox ſubſidebit, & implebit repẽte locum quem occupauerat ſagita propter vacui vim, & is maxime aer qui retro mouetur vna cum ſagita. At ſi quis dixerit aerem a ſagita pulſum a tergo curentem expellere aerẽ circunfluentem circunfuſumq; ſagite, & ita a tergo ſagitæ factus in locum pulſi ſagitam pellit, maxime quidem igitur neceſſe erit ſagitam non continuo moueri. Nam anteq̃ aer circumfluens qui iacet ad latera ſegite pelleretur conſtat ſane q; ſagitta nõ mouebatur. Non eni mouebat hic aer, alioquin ſi hic aer mouebat, quid opus eſt aeri pulſo ante a tergo ſagitte currere. Quomodo autem hoc fieri omnino poteſt, niſi ab aliquo aer pulſus ante principium accepit motus currendi retrorſum. Nam ſi omnino poteſt incidentem aerem pellere, quemadmodum nunc eũ qui lateribus circũſtat, pepulit, cur nõ ante principium motus quem a ſagitta accepit longius hoc efficit, & nõ impellit ſemper aerem vltro incidentem, ſed bis ter reciprocat curſus ſine cauſa mouente. Multa igitur hic dicere ac multis refellere figmentum huius ſuppoſitionis poſſumus, ſed hec tanq̃ ad propoſitum ſufficiant. Ceterum quo ad alterã ſuppoſitionem, que aſſerit aerem ex tranuerſo & ex lateribus circũfluere, & hunc pulſum ab aere qui a principio pellebatur, & a ſagitta pellente ita ſagittam ipſam pellere, dico quod ſi aer ex lateribus nõ pulſus circunfluit ſagittæ, & fit in eius locum, multo magis conſentaneum eſt, vt aer qui retro impellit ſagittam, circũfluat & ſuccedat in locũ ſagittæ & ita ocius moueatur, quare & alius aer qui ex lateribus circũfluit hũc proximũ ſagitte mouebit excitabitq;, vt ſemper ſagittæ circunfluat & eandem impellat donec vis motus a principio eidem data diſſoluatur & deficiat. Hec quidem igitur contra rationem que dicit circũfluxu & compreſſione aeris ea que mouentur vi moueri.

Contra ſecundã rationẽ Ariſt.

Quo ad alteram rationẽ, magis perſuadentẽ que dicit aerẽ a principio pulſum, ac ſuſcipientẽ motus initiũ, & celerius motũ, q̃ ſit naturalis latio pulſi, ita pellere proiectum comitans idipſum quouſque deficiat uis mouendi eidẽ data, hec dicenda ſunt. Verum ratio, quam dicturi ſumus & contra rationem ſuperiorem de circunfluxu cõpreſſioneq; aeris accõmodari poteſt. Quocirca perſcrutabimur ab iis primũ qui hec dicunt, num quãdo aliquis ui proiicit lapidẽ & impellendo aerẽ qui poſt lapidem iacet, ita cogat lapidem moueri preter naturã, uel potius impellens quandã uim mouendi etiã lapidi ingerit ac largitur. Si ergo nullam uim lapidi confert ac ingerit, ſed ſolum expellendo aerem ita lapis mouetur, quid ergo opus eſſet uel lapidẽ tangere manũ, uel arcus cordam tãgere concauitatẽ ſagitte, quãdo quidẽ non tangendo hec, ſed firmãdo ſagittam in extremo ligno, ceu in quadã linea, hoc fieri poſſet. Similiter etiam multũ quippiam aeris poſt lapidẽ infinitis modis ipſum mouere poſſet. Et conſtat quod quanto plus & maiore ui aer moueretur tanto magis pellere deberetur, ac longius iacere telum. At nunc neq; ſi in ipſa linea nõ lata, uel puncto firmaueris ſagittam uel lapidem, uniuerſus aer qui a tergo iacet cũ ſuo toto motus impetu pellet ſagittam neq; lapidẽ, immo neq; interuallũ unius brachii ſagitta moueretur. Si ergo aer multo impetu agitatus propulſuſq; non mouit telum, recte etiam conſtare poteſt, ut neq; in his que proiiciunt & arcu emittunt, aer a manu uel a corda arcus impulſus, id ſit quod mouet, alioquin cur hoc accidere debet magis quum proiiciens tãgit proiectum, quã quum ipſum non tangit. Item ſi continua eſt ſagitta que tangit cordam arcus, & manus que tangit lapidem, & nihil inter manum & lapidẽ intercipitur, qualis qui ſue aer a tergo & retro eſſet qui moueretur. Quod ſi aer qui ad latera iacet mouetur, quid confert proiecto cum ab eodem eiiciatur. Ex iis autem & multis aliis contueri ac cognoſcere licet ea que ui mouentur hoc modo moueri non poſſe, ſed neceſſe eſt, ut ab illo qui iacit quedã uis mouendi incorporea ingeratur & detur illi quod pellitur & iacitur. Item vel pulſus aer non penitus confert ad hunc motum, uel ſi confert, quippiam exiguum preſtat. Si ergo hac ratione ea que mouentur ui moueri uidentur, profecto conſtat, quod & ſi in uacuo aliquis iaceret ſagittam uel lapidem, ui & preter naturam hec moueri multo magis accideret, & non egerent aliquo extrinſecus impellente, atq; hec ratio non in dubiũ reuocaretur cũ pro ſua confirmatione teſtem ipſam euidentiam accerſiret, & adduceret, dico. ſ. ſi concederetur quãdam actionem & vim mouendi incorpoream ab ipſo proiiciente immitti ingeriq; ipſi proiecto. Vnde oportet proiicientem tangere proiectum. Conſtat nãq; ex hoc quaſdam actio-

Vide quo Io. Gra. defendit motũ in vacuo p actioné datá pro iecto & non pp. carẽtẽ motũ.

nes, quasdam ac uires incorporeas proficisci, & prepofita solidaq; corpora colorare quũ radius solis per colores mea uerit accesseritq;, quemadmodũ plane uidere licet, quũ solaris radius p coloratũ uitrum transit. Nam illud corpus cui aduenit radius solaris incidens per uitrum similiter colorat, sicut illud est coloratũ per quod transit, constat igitur aduenire quasdam actiones incorporeas ex aliis alia. item si id q́ proiicitur lapis vel sagitta est, & id quod mouet cogit & impellit homo est, quid vetat aliquid proiici vacuo existẽte intermedio. Nam si modo quum corpus intermedium impediat motũ corporũ, quod diuidere debẽt ea quæ mouẽtur, ipsa tamẽ mouẽtur, quid prohibet cũ vacuũ interceptũ fuerit, sagittá vel lapidem vel id genus proiici, cum adsint proiiciens, proiectum, & receptaculum.

ET si sit uiolentus, & eum necessario qui est naturalis competit esse. Quippe uiolentus sit preter naturam, qui uero est preter naturam posterior eo est, qui est secundum naturam. Quare si his motus non est, qui corporum naturalium cuiq; suapte natura competit, neq; ceterorum motuum profecto quisquam erit. At quonam pacto motus his erit naturalis, quum nulla sit differentia in uacuo & in infinito. Nam quo infinitum est, eo nihil infra. nihil supra, nihil deniq; medium est, quo uero uacuum est, eo nihil interest inter supernum & imum. Nam ut nullius seu simpliciter nõ entis nulla est differentia, sic etiam illius q́ non est.

Quoniam diuisit motũ in violẽtũ & secũdũ naturã, & motus preter naturã cõfert ad dẽmõstrãdũ hoc. Iccirco inquit, quoniã si sit motus violẽtus, erit etiam motus secũdũ naturã. Nã motus violẽtus nihil aliud est, q̃ motus præter naturã. Si ergo est motus præter naturã vacuo existente, oportet precessisse motũ secundum naturam. Atqui motus secundũ naturam nõ est, igitur neq; motus præter naturam, demonstrat autem deinceps, quomodo nõ sit motus secũdum naturam in vacuo. Sed quoniam nulla ratio necessaria demõstrauit motum secundum naturam non esse in vacuo, neq; hac ratione tolleretur motus præter naturam in vacuo esse. Et ipse profecto nõ assero vacuũ actu esse per quod mobilia moueãtur, sed aio quod si vacuum fuerit, nihil vetat in illo esse motum.

Quid dicit Ioannes vnde plerią; falsa Ioanni impingũt.

V A cuum autem non ens quippiam: & priuatio esse uidetur.

Nõ quia nullo pacto ens sit, sed nõ est ens, veluti materia, & priuatio. Nam dicitur nõ ens etiam id, cui nulla inest forma earum, quæ eidẽ in esse aduenireq; suapte natura possunt, similiter & vacuum non ens dicitur, quia in eo non est aliquod corporum, quod aptũ est ibi esse. Item priuatio etiam non ens dicitur.

A T latio quæ natura est differentiam subit. Quare erunt ea, quæ natura differũt. Aut igitur nusquã est natura latio, aut si est, uacuum profecto non est.

Eorum quæ natura mouentur, alia sursum, alia vero deorsum, quare cum differentes sint motus naturales, etiam naturalia, id est quæ natura mouentur distabunt. Si autem quæ mouentur differunt, & in vacuo nullum discrimen est in quo mouentur, alterum duorum necesse est, vel motum in vacuo non fieri, vel nihil moueri posse secundum naturam.

PRE terea nunc quidem mouentur ea quæ iaciuntur, eo qui pellit non tangente, uel ob antiperistasim scilicet per compressionem circunfusam resistentem, ut quidam inquiũt, aut quia pulsus aer motu pellit celeriore, quã sit ea latio pulsi quã ad proprium locum fertur. At in uacuo nihil horum esse potest, neq; profecto quicq; feretur, nisi uelut id quod uehitur.

Probat intẽtionẽ suam d vacuo Ioan. si

Hic pbat p se seorsumq; motũ præter naturam nõ fieri in vacuo, dixit autẽ eo qui pellit nõ tãgẽte, pro hoc quãdiu mouerẽtur aliquo nõ tangẽte, alioqui si eũ expellit, ãgeret sagittã, vel lapidẽ, cũ aũt manus expellens inter se & lapidẽ aliquid aeris nõ includat, vt expellendo aerẽ expellat lapidẽ, similiter neq; arcus corda inter se & sagittã, sed coherẽt superficies proiiciẽtis & pieẽti mutuo inter se, num anteq̃ aer retro tãgeret proiectũ & ita expelleret ipsum sit aliquis motus in lapide ab ipsa manu immediate, queadmodũ in sagitta ab arcus corda,

vel

vel nullus motus fit. Si ergo nullus impulsus fit ab ipsa manu vel corda, igitur non oporteat, cũ expellitur lapis in locũ præter naturá, ipsum impelli aliqñ a manu atq; ab ipsa distare. Neq; enim ab impetu indito ei fertur in locũ præter naturá, neq; manus immediate ipsum mouere põt. At modo impellit nullo aere intercluso inter manũ & lapidẽ, quare si nõ intercipit aeris quippiã, primũ igit qđ ipellit est manus vel corda, & aer deĩde (aiũt) ĩpulsum recipit. Si ergo penitus põt ipulsus fieri imediate a manu. Quid vetat in vacuo & hoc ipsum fieri. Nihil enĩ apud me interest si qppiã plus vel minus per vacuũ vel p corpus moueatur,

cur su- peri⁊ fecit & se dfendit ab argõ Aristo.

PRETEREA nemo dicere potest cum motum alicubi stabit, cur enim hic potius, quã ibi manebit. Quare aut quiescit, aut in infinitum ferri necesse est, nisi aliquid potentius impedierit.

Hoc est alterũ argumentũ, quoniã nihil mouetur in vacuo præter naturá. Ego autem dico, quod quẽadmodũ tu impulsum aeris causam motus pter naturá esse asseris, ac tádiu aliquid moueri, quãdiu vis mouendi aeri data & immissa ab impellẽte a principio debilitet & deficiat, ita dicẽdũ profecto esse, qm̃ si quippiã in vacuo pter naturá moueretur, tádiu moueretur, quousq; senesceret debilitareturq; vis mouẽdi a pricipio tradita eidẽ ab impellente.

Ioan. defendit se etiã ab hac ratione.

INSVPER nunc quidem in uacuo eo corpora moueri uidentur, quia cedit. At in uacuo talis conditio similiter sese habet ex omni parte, quare ad omnem partem mouebitur.

Hoc est alterũ argumentũ ex his quæ dicunt ii, qui vacuũ interspersum imbibitũq; corporibus statuunt, ceu sunt democriti sectatores. Nam nunc inquit, causam ii tradunt, cur quippiam ocius moueatur in aere, segnius in aqua, & nullo pacto in terra, quia omnia quidem constant vacui & athomorum coniunctione, & cum non sit in omnibus similis complexio ac coniũctio, sed vacua maiora vel minora sunt in corporibus, ob id ergo in aere celerius aliquid mouetur quia vacue ipsius aeris partes magne sunt, impulsi ergo athomi aeris ab eo quod mouetur, facile ipsum recipitur in vacuas sedes & partes, quæ transitum moto prebent accedunt. In aqua autem segnior est motus, quippe in ea sint vacua longe pauciora, & constrictio eius diuturnior est. s. diu resistit antequá cædit mobili. In terra demũ, quia paucissimæ sunt partes vacuæ motus non fit, quippe nequeant athomi. s. insectilia densari coerceri comprimiq; in vacua. Si ergo (inquit) in his hoc modo motus fit, si totum esset vacuum quo moueretur aliquid? Non enim vna pars vacui magis quã alia cederet, cum vndique nihil impediat nec resistat, quare quolibet similiter moueretur & pergeret. Nũc enim alicubi pellenti, cedunt athomi, cũ ea quæ petunt sursum, vel deorsum, vel alio moueant. At in vacuo omni ex parte cedente similiter, si fas est dicere ipsum vacuum cedere, & nullo nusquã impediente resistenteq;, consentaneum est id quod mouetur quolibet moueri, & non magis huc, quã illuc, quod sane absurdum est, ac fieri nequit. Item si quanto maiores sunt partes vacue, tanto celerior motus habetur. Si ergo totum esset vacuũ, aliquid repente & momento in ipso moueretur. Verũ hoc argumentum potest etiam accipi velut continuũ supioribus dictis: qm̃ nũc forte possent reddere hác causam. s. mobilia pter naturá nõ similiter ferri p to ũ. At si totũ eẽt vacuũ qđ dicerẽt, vel enĩ momẽto mouebit aliqd in vacuo, vel magis quocũq; ferret, p hoc argumẽtũ diceret, qđ neq; p vacuũ velut per qđ põt fieri motum, qñquidẽ nec velocitas, nec tarditas essent in ipso, neq; huc magis quã illuc moueret. Nã siĩr vndiq; se hẽt, quare ipsum potius sequẽtibus copulãdũ cõiũgẽdũ est, q̃ supioribus.

PRETEREA perspicuum id erit ex his quæ dicturi sumus. Videmus enim idẽ pondus corpusue duas ob causas celerius ferri. Aut q a id differt per qđ mouetur.

Cum demonstrasset vacuum non esse causam motus neq; vt efficiens, neq; vt finis, reliquum vult ostendere, vt neq; sit causa motus velut per quod. s. non ita vacuũ sit causa per quod corpora moueantur, vt nunc per aerem vel per aquã fit motus corporum. Nam si hoc modo demonstratũ fuerit neq; vacuũ esse causam, neq; vacuo existente fieri posse per illud motum secũdũ naturam, & iam ostensum est neq; fieri posse per illud motum pter naturã, igitur videtur vacuo existente nõ posse vllo pacto fieri motum, sed motus est, igitur vacuũ

nõ erit, quod quidem a principio demõstrare propositũ erat. Demonstrat autẽ motum fieri non posse per vacuum ex inequalitate motus. Nam motus alter ocior est, alter vero segnior & tardior. Videmus igitur (inquit) in eisdem rebus motus inequales esse, qui duas ob causas fiunt inequales, vel eo quod differunt spatia, quibus fit absoluiturq; motus. Nam idem pondus per aquã motum segnius mouebitur, & per aerem celerius. Item si idem esset id per quod mouetur pondus, licet non eodem modo se habens, adhuc motus fieret inequalis. Nam quemadmodũ per aquã mouebatur segnius, quia ipsa aqua difficilis est sectione & diuisione, quã per ipsum aerem qui facile diuiditur ac scinditur, ac quia multum temporis euolat & eosumitur dũ aqua diuiditur, ita & si idem esset ceu aer per quod mouetur ipsum pondus, & interdũ prospero secundoq; successu aeris moueretur, & interdum aduerso & opposito, ocius celeriusq; moueretur prospero & secũdo successu aeris, quã aduerso, quippe ab eo inhibente renitenteq; vltro ire ac progredi impediatur. Nam tunc sectio fit difficilior eo quod aer motus labitur ex aduerso, ac opponitur & refluit. Hoc igitur modo fit motus inequalis cum fuerit idẽ mobile, & id per quod mouetur nõ idem. Et si idẽ fuerit id per quod motus fit & quod mouetur nõ idem adhuc motus nõ equaliter fit. Nam põdus vnius libræ per idem ocius defertur, quã pondus quod est dimidiũ eius, qm̃ maius momentũ maiusq; pondus ocius celeriusq; diuidit. Et si idem pondus esset, ceu pondera duo, quorum vnumquodq; esset vnius libræ, quæ tamẽ figuris differrent, vt vnum orbiculare esset, alterũ vero planũ, profecto celerius deferetur orbiculare per aerem, quã planũ per eundẽ delatũ. Nam quãto paucioribus aliquid clauditur angulis, tan o cælerius diuidit scindit q; interuallum & spatium. Quod nãq; paucioribus cõtinetur angulis meabit in angulũ quod quidem est ipsum orbiculare, inter oẽs alias igitur celerius deferetur figura orbicularis, quippe quæ in pũcto diuisionem & sectionẽ efficiat. At planũ, quia multũ aeris cõprehendit segnius efficit diuisionem, ceu videre licet in obtusis gladiis dempta eorũ acutie, idcirco quanto magis aliquid orbiculare est, tanto etiam magis in girum orbẽq; volui potest, ceu cylindra, & ee figure quæ pauciores angulos habent, quapropter sphera omniũ volubilissima est, quippe quæ planum tangat in puncto. Cubum autẽ omniũ in orbem duci ineptissimus dificilimũq; est qm̃ magnã plani partem continet & cõprehendit. Hoc igitur modo & in his quæ deferunt orbicularia celerius motum absoluunt propterea quod minus impeditur & cõprehenditur ab aere, quod autem exiguũ est facilius scinditur & diuiditur, quã multum. Hæ igitur sunt causæ inequalium motuum. Quocirca (inquit) non potest assignari causa per quã motus inequales fiunt, si motus fieret per vacuum, qm̃ necesse est in vacuo omnia equaliter moueri, immo penitus non potest fieri motus in vacuo, quod quidem hoc modo demonstrat. Accipit enim duo interualla equalia in longitudine, ceu aer & aqua quæ ambo stadii vnius fini. Item accipit vnum & idem quod per vtrũq; moueatur, vel duo equi ponderis, & eiusdẽ figuræ, nihil enim interest, ceu si due sphæræ pondere aurì trium librarum acciperentur. Si ergo vna moueretur per aerem, & altera per aquam, qm̃ aer tenuior est aqua celerius plane altera conficiet absoluetq; stadiũ aeris, quã altera stadium aquæ, vnde habebũt etiã (inquit) tẽpora motuũ eandẽ rationẽ & proportionẽ inter se quã habent aer ad aquã in densitate & tenuitate. Nã si dupla ꝓportione aer tenuior aqua esset, necesse est etiã tẽpora motuũ econuerso inter se eandẽ ꝓportionẽ habere. Nã tẽpus in quo mouetur sphera per aquã duplum erit tẽporis in quo mouetur per aerem, & quãto tenuius est illud per quod fit motus tanto breuius est tẽpus ipsius motus. His igitur ita se habẽtibus, ostẽdit motũ fieri nõ posse per vacuum hoc modo, demõstrat aũt in descriptione & lineamento quodã & vocat quod mouetur, a. Aerem aũt, d. Aquã, b. Tẽpus vero motus qui fit per aquã, g. Tẽpus alterius motus facti per aere, e. Deinde accipit vacuũ equale aeri & aquæ, quod vocat, z. Si ergo potest a moueri per vacuũ, qm̃ omnis motus in tẽpore, fit moueatur ergo a quodã temporis interuallo per vacuũ, z. Et sit tẽpus in quo mouetur per vacuũ, h. Cum igitur tẽporis finiti ad tẽpus finitũ sit aliqua proportio, necesse est tẽpus in quo a moueretur per vacuũ habere aliquam proportionẽ ad tẽpus, in quo mouetur per corpus, si autẽ tẽpus ad tẽpus habet proportionem, vt inter se tẽpora se habẽt, ita necesse est, vt se habeãt interualla quibus absoluitur motus, & econtra quã rationẽ haberent ea interualla quibus absoluitur motus, eandem etiam necesse est, vt tempora habeant. Si ergo necesse est eandem proportionem habere interualla per quæ motus fit, & tẽpora, perspicuũ est quã rõnẽ habet tẽpus motus qui per vacuũ fit ad tẽpus motus qui fit per plenũ, ceu per aquã, eandem rationẽ etiã habet vacuũ ad plenũ, ceu

si tempus

si tēpus decuplū fuerit in quo moueret,a,per aquā ad tēpus quo moue p vacuū, decupla quoq; proportione aqua crassior densiorq; vacuo erit, & vacuum decies tenuius erit ipsa aqua, sed nō potest vacuū habere aliquā proportionē ad corpus, quod quidē hunc in modum probat. Nam id q excedit aliquod (inquit) habet totū illud quod excedit, & id quo excedit illud, ceu quatuor vnitate excedit tria, habet igit quatuor tria ipsa quæ excedit, & id quo excedit dico t. vnitatem. Quemadmodū igitur numerus nō excedit nihil, neq; habet aliquā proportionē ad nihil, alioqui si numerus quatuor excederet nihil, profecto cōponeretur ex eo quod excedit, & ex eo quod exceditur, quare quaternarius numerus ex quatuor consta ret, quippe his excedat, & ex nihilo qm̄ hoc est quod excedit. Quæ igitur differentia esse numeri quaternarii cōponentis ad cōpositū. Quemadmodū igitur stultū est asserere numerū ad nihil rationē proportionemq; habere, & ipsum excedere, ita ridiculū profecto esset dicere corpus aliquod habere proportionē ad vacuū & ipso excederet secūdū crassitiem & densitatem, alioqui, cōponeretur ex vacuo, & eo quod excedit, quare aqua ex aqua & vacuo cōstaret, quod sane ridiculū est, igitur nō potest vacuū ad plenum aliquā proportionē habere. Si aūt spatia quibus mouetur mobile inter se proportionē nō habēt, ergo neq; motus neq; tēpora proportionē inter se habebunt. Nā demōstrauimus quod sicut se habēt interualla per quæ motus fiunt, ita etiā se habere tēpora, & econtra, vt se habēt tēpora, ita se habere spatia quibus motus absoluitur. Si ergo nullā proportionē habet vacuū ad corpus, neq; tēpus in quo mouetur per vacuū ad tēpus in quo mouetur per corpus aliquā proportionē habebit, in nullo igitur tēpore mouebitur per vacuū. Nā cuiusuis tēporis finiti ad vniuersum tēpus finitū aliqua proportio est, igitur in tēpore nihil mouebitur per vacuū, igitur nihil prorsus mouebitur per vacuū, quippe omnis motus fiat in tēpore, nō enim habetur motus momētaneus ac sine tēpore. Hoc igitur est primū argumētū. Secūdū argumētū est tale. Si mouet, a, in tēpore per vacuū, profecto in minori tēpore mouebitur, quā per plenū moueretur, ceu per aerē eisdē existētibus interuallis quæ diximus. Enimuero si duarū horarū spatio moueretur in aere, certe in minori tempore per vacuū mouebitur, verbi grā in media hora, sed in hac medietate hore, in qua mouetur per totū vacuū, aliqua etiā aeris pars secundū proportionē absoluetur, vocat autē partē aeris. T h, accidet igitur in eodē tēpore idē moueri per vacuū & plenū, quod quidē absurdū est cū quo manet etiā primū absurdū, dico. s. vacuū habere aliquā proportionē ad plenū, quā enim proportionē habet pars aeris ad totū aerem, hanc etiā habet totū vacuū ad totū aerem, qm̄ & tēpus partis aeris, & totius vacui eandē rationē habēt ad tēpus totius aeris, & rursus quā rationē habet plenū ad plenū. s. pars aeris ad totū aerē, hanc etiā rationē habebit vacuū ad plenū. s. totū vacuū ad totū aerem, propterea quod tēpora vacui & partis aeris eandē rationē habēt ad totū aerem. Sed ipse hoc quidē absurdū omittit tāquā manifestū, dico. s. illud prius eandē magnitudinē percurri per vacuum & plenū in eodē tēpore. Vt autē ne quis dicat, licet in eodē tēpore moueretur per vacuum & plenū, attamen nō essent eadē interualla. Nam supposuimus quartā aeris partē absolui in eodē tēpore, in quo vniuersum vacuū moueretur. At toto aeri equale vacuū est, quadruplum igitur spatium absoluebatur in eodē tēpore per vacuū, quod quidē absurdū non est, cū fuerit maius tenuius in equali tēpore cum minore & crassiore percurri. Quocirca deinceps ostēdit, si necessario per vacuū fieret motus, idem, equale spatium per plenū & vacuū inequali tēpore moueri posse, quod quidē fieri nequit. Nam (inquit) si cogitauero intellexeroq; aliquod corpus aere tenuius hanc rationē habere ad ipsum aerem, quā sane habet tēpus quo quippiā mouetur per aerē qd statu esse, E, ad tēpus quo aliquid moue in vacuo, quod per. h. designatur, verbi grā si tēpus, e, foret quadruplū tēporis. h. corpus aliquod aere tenuius etiā foret quadruplū tenuius ipso, idē aūt corpus ponamus in vacuo eisdē manētibus. s. interuallis, in tāto tēpore (inquit) mouebit, a, per tenuissimū corpus quod collocauimus, repostuimusq; in vacuo, in quāto pars intercapedinis aeris que erat, th, ac quarta pars eius mouebatur. Atqui in eodem tempore & prius mouebatur per vacuū, & nunc per tenuissimū corpus quod cum vacuo eandem intercapedinem & distantiam habet, igitur in eodem tempore eadem magnitudo, a, mouebitur per plenum & per vacuum equalibus existentibus spatiis, quod quidem absurdum est, quare inquit suppositionem tollendam esse ex qua concludebatur absurdum, que talis erat, per vacuum fieri motum. Causa autē (inquit) deductionis ad absurdum manifesta est. Nam cum omnis motus fiat in tempore, & cuiusuis temporis ad quoduis tempus cum extiterint finita sit proportio, profecto constat, quod si motus in

Aduerte Arist. dicere ridiculū eē vt aqua cōponatur ex aqua & vacuo q̄d quē ridiculū eē negaret democritꝰ q ex vacuo & athomis cōstare putauit, quo fit vt ratio Aristo. pauci momenti sit. Itē aduerte neminē dixisse totū vacuū esse intra mūdū sed cōstare vacuo & corpe licet vacuū extra mūdū totū vacuū esse aliq dicerent proinde rōnes de motibus factis in vacuo intra mūdū pauci momenti sunt.

poris, e, atq; semper quanto magis incorporeum minusq; impedit, sed facilius scinditur id per quod fertur, tanto magis pondus, a, celerius feretur.

Scientia contextus hoc modo, & hec constructio est moueatur (inquit). a. pōdus quod quidem est id qd mouetur, & ferat p. d. qd sit subtilius corpus, moueat aut p equalem longitudinem. f. quāta est longitudo. b. sit tanta etiā longitudo. d. certe mouebitur iuxta proportionem impedientis. Nam in medio crassiore motum plus temporis consumet in tenuiore autem minus. Vocat autem. b. aquam & . d. aerem, quanto igitur subtilior aer ac magis incorporeus est, quam ipsa aqua, tanto celerius. a. mobile per ipsum. d. medium feretur quam per. b. quod est alterum medium. Nam diuidi impedit illud per quod motus fit, quanto aliquid facilius diuidi scindique poterit, tanto celerius id quod fertur per ipsum mouebitur. Id autem quod facile scindi potest tenuimus subtiliusq; est, & aer subtilior est ipsa aqua tanquam corporibus magis incorporeus, quare quāto subtilior rariorq; aer aqua fuerit, tanto facilius etiam diuidetur, quare tanto celerius a mouebitur per ipsum, quam per aquam. Qam igitur rationem habent magnitudines interuallaque interie, eandem etiam habent motus qui per ipsas fiunt, ac tempora motuum, exempli causa si in duplo aer subtilior aqua fuerit, dupla proportione etiam motus qui absoluitur per aerem celerior erit altero qui fit per aquam, & tempus igitur motuum vice uersa ac similiter eandem habebit proportionem. Nam duplum erit tempus motus qui fit per aquam ad tempus motus qui fit per aerem. Duplo in tempore medium, b, pertransibit, vel pertransibit in tempore, e, medium, b, vel pertransit in tempore, c, idest distantiam quam habet, b, sed in tempore. e. Et semper quanto erit magis incorporeum minusque impedit, sed facilius scinditur potest autem hanc coniunctionem (sed) pro hac (atque) quoniam hec sunt eque virtutis, ac equiualent, si per subtilius (inquit) mouebitur celerius feretur, & quanto magis incorporeus est, & facile scinditur, & propter hoc minus impedit tanto celerius per illud feretur.

Margin: e tēpus. | A b a c | e tēpus. | A D a e r | Textus | Textus

AT uacuum nullam rationem habet ad id corpus a quo exceditur, quemadmodum neq; ipsum nihil ad numerum.

Cum ostēdisset proportionem in motibus corporum, reliquum proficiscitur ad ipsum propositum. s. ad ostendendum per vacuū non posse fieri motum. Nam si omnis motus in tēpore, igitur & motus in vacuo fieri in tempore, & cuiusuis temporis ad omne tempus finitū est aliqua proportio. Nam tempus vel eqnale tempori est, vel dimidium, vel duplum, vel expitriton. s. sexquitertium, vel aliquo alio modo. Vt autem se habet tēpora motuum interie ita necesse est, ea se habere per que motus fiunt, igit vacuum ad plenum habebit proportionem, hoc nanq; fieri non potest. Si ergo vacuum non potest habere aliquam proportionem ad aliquod corpus plenum, certe neq; tempus motus qui fit per ipsum ad tempus motus qui fit per aliquod corpus habebit proportionem, sed hoc est impossibile, qu ppe cuiusuis temporis finiti ad omne tempus finitum sit proportio aliqua, in nullo igitur tempore quippiam mouebitur in vacuo, quod etiam impossibile est. Nam omnis motus fit in tempore ut demonstrat. Et nos iam diximus pore, igitur nonpotest fieri motus in uacuo.

NAM si quatuor uno quidem tria, & plurimus duo, & pluribus etiam quā duo unum excedunt, nullam profecto rationem ulterius habēt, quia nihilum ipsum excedunt. Id enim quod excedit in excessum ipsum, & in id quod exceditur necesse est diuidi: Quare ipsa quatuor erunt quecunque excedunt, & nihil.

Cum dixerit ita non esse proportionem vacui ad corpus quemadmodum nulla est proportio inter nihil & numerum, ip um ostendit per hec quomodo. s. nihil ad numerum non habet aliquam proportionem, & ponit exempla eorum que habent proportionem interie. Nam quatuor (inquit) tria excedit vnitate, duo autem plus quam vnitate, quoniam duo dualitate excedit. Rursus vnitatem excedit maiore excessu quam dualitate. Nā vnitatem excedit trinitate nihil autem nullo excessu excedit, cur au ē non excedat nihil per ea que deinceps exacte & adamussim.

I Circo neq; linea pūctū excedit: si nō cōponat ex pūctis, Similiter & uacuū nullā

ad plenum rationem habere potest. Quare neq; etiam motus.

Vt ne quis dicat, male accipiebas o Arist. in exemplis vacui nō ens, quoniā vacuum non numerat' iter nō entia ob id hoc adiecit, qm̄ nō solum nō ens nullam ratione habet ad ens, sed neq; ea quæ sunt diuersorum gener ac dissimilaris habent aliquā proportione ad seipsa. Nō enim linea ad punctum habet proportione, quoniā linea punctis nō cōstat, neq; linea ad superficie proportione habet, neq; superficies ad corpus. Nam si addantur infinita puncta, atq; cōiungātur simul nō efficient lineā maiorē, neq; infinite lineæ cōiunctæ efficient superficiē, neq; superficies corpus, quippe ex his nō componanť, sed eiusdē speciei & similia sunt mutuo interse comparāda, & habent proportionem interse. Nam linea ad lineam proportionem habet, & superficies ad superficiē, & corpus ad corpus, quare & si vacuum esset de numero eorum quæ sunt, qm̄ prorsus diuersum est a corporibus, imo se habent cōtrario atq; opposito modo, ceu habitus & priuatio. Nā vacuū alterum est, alterum vero plenum, attamen nullā rationem haberet ad corpus qua vacuum est. Nam modo querimus rationes & proportiones constitutionum & crassitudinum corpor, quoniā aer tantā crassitudinem respectu eius in duplo crassitudinem & densitatem aqua habet, cū igitur vacuū nullam talem crassitudinem habeat, quonā pacto poterit aliquam proportionem, & comparatione ad corpora, quare neq; tempus motus qui fit per vacuum habebit proportionem ad tempus motus qui fit p aliquod corpus, quare neq; mouebiť quippiam per vacuum vt sepe diximus.

SED si per subtilissimum tanto motu in tanto tempore per uacuum fertur, omnem profecto rationem exuperabit.

Inquit si per subtilissimum corpus in tanto tempore percurret talē distantiā ac intercapedinem, & semper cū magis tenue fiet corpus, minuetur tempus motus, cunctis aliis videlicet manētibus eisdē ac similibus, si in nullo corpore fieret motus, sed in vacuo cōstat sane tempus motus qui fit in vacuo nullam proportionem habiturum ad tempus motus qui fit per plenum, quod idem dictu est, momento & subito mouebitur in vacuo id quod ibi poneť, quod dictu idem est perinde ac diceremus nullo pacto potest fieri motus in vacuo. Nā quēadmodum in sphera tornatili Arati videre licet, immo in sphera vniuersi. Nā in maximo circulo astra quibus nōnulle imagines animalium ab astronomis designantur celerius mouētur, quā reliqua, & ea quæ sunt in minoribus spheris in fixa segnius circūaguntur, & tanta fit tarditatis proportio quanta est minor moles ac arctior ambitus circulorum cum quibus mouentur. Quam enim proportionem habent circuli ad circulos, minores scilicet ad maiores, tanto segnius mouentur ea quæ vna cum circulis minoribus cietur his quæ maioribus spheris simul circūaguntur, atq; in tantum procedit diminutio circulorum, & motus eorūdem, quousq; circulis qui accipiuntur in sphera & continentur, in arctum & minorem ambitum redactis, occurremus in cardines & mundi polos, qui prorsus immobiles sunt, quocirca & Aratus de ariete qui est in maximo circulo, dico scilicet in circulo equinoctiali hæc inquit. Eiusdem & arietis vie celerime vt facillime & longissime circa circulum circumactus nihil segnius ipsa vrsa minore rotetur, quæ in paruo circulo voluitur. Verūtamen cum moueatur aries vna cum maximo circulo simul in mobile, minimo ab eodem in idem reuertiť & remeat vna cum paruitate circuli diminuendo motus. Ita igitur in proposito quantū corporis tenuitas processerit & fuerit tantum diminuetur tempus motus qui celerior semper procedit & fit, si ergo nullum esset corpus, sed vacuū oē tēpus cōsumereť, & nullus eēt motus.

SIT enim scilicet uacuum longitudine equale. b. &. d. pondus igitur. a. si transierit, & mouebitur quidem in aliquo tempore quod sit. h. minore uero quā sit. e. hāc profecto rationem habebit uacuum ad plenum.

Cum posuisset eam proportionem quæ fit in corporibus quando per ipsa aliquid mouereť, & dixisset ac ostendisset vacuum ad plenū nullam proportionē habere, ex quo sequitur nullum motum fieri posse in vacuo, id volens lucidus exploratiusue explicare, rursus exponit per descriptiones motuum & eorum per quæ fiunt proportionē, & quærit si possumus seruare in vacuo aliquam talem proportionem, prius enim cum ponat aquam, & aerē quærit quid accidat, cum motus fit in his. Nunc autem accipiens hæc veluti concessa quærit qualem

vide quomō Astra zodiaci cuiuscir cūagun tur quā alia astra fixa Sed causa huius non potest reddere secundum Arist. licet apud astrologos qui nonam spherā & decimā ponunt, quorū alii nouē spheras alii decē posuere, tu vide theoricā octauæ sphere.

lem proportionem habeat vacuum ad ipſa ſi moueretur aliquid in ipſo, & petit ſupponitq; motū fieri in ipſo deducit rationem ad abſurdum. Supponit igitur vacuum equale longitudine.b.&.d.ideſt aquæ & aeri, & inquit idem pondus.a.quod quidem mouebatur in aqua & in aere, & ſi in vacuo moueretur (inquit) in quoddam tempore mouebitur ceu in.h. Nā vocat tempus quo mouetur.a.per vacuum, ipſum.h.ſiem hoc tempus breuius erit neceſſario tempore in quo per aerem mouebatur, quod quidem eſt.e.Inquit ſi ergo minori tempore mouetur a pondus per vacuum quā per aerem, habebit profecto, aliquam proportionē tempus in quo a mouetur per vacuum, dico ſcilicet tempus.h.ad tempus in quo mouetur per aerem, quod quidem eſt.e.quam igitur proportionem habent hæc tempora inter ſe, eandem etiam habebunt vacuum & plenum.

SED tanto in tempore: quantum eſt.h.in quo.d. partem aliquam que ſit.th.a pondus tranſierit.

Secundū argumētū, & inquit in tāto tēpore quantū eſt id quo moueretur per uacuū ſtatuatur autē hoc tempus,h, mouebitur pondus,a, per partem aliquam diſtantiæ intercapedinisq; ipſius,d,dico.ſ.aeris Sit autē hec intercapedo & pars in qua mouetur,th, At ſequens ex hoc abſurdum cum omiſerit, proficiſcitur ad alterum argumentū. Erat autē hoc abſurdū, in eodē tēpore,h, uacuū & plenū th, pertranſiri quodquidē erat aeris pars, quod ſane abſurdum eſt. Quā.n.rationē habet,th,ad,d,dico.ſ.partē aeris ad totū aerē, eandē etiam habebit,3, ad,d,d.co.ſ.vacuū ad totū aerem, qm̄ & tēpus,3, & tēpus,th, quod eſt,h, eandē proportionē habet ad tempus,d, aeris quod eſt,e, & qm̄ quā proportionē habēt tēpora inter ſe, hanc et ā habent ea inter ſe quibus abſoluit motus.ſ. ſpatia eandē igitur proportionē habent 3,&,th, ad,d, ſed ea que habent ad idē proportionē & interſe vnā & eandē proportionem habent, igitur,3,quod quidē eſt uacuū, &,th, quod eſt plenū eandē proportionē inter ſe habebunt, hoc autē abſurdū eſt.ſ.plenū ad uacuū habere eandem proportionē, quam habet uacuū ad plenū, alioqui hec quo ad craſſitudinē inter ſe haberēt proportionē. Nā ſecundū hanc modo ſit proportio. Equidē th, dico.ſ.aeris pars rara fiebat queadmodum uacuum tenue rerumque eſſe cogitabatur.

TRANSIERIT autem:a:pondus medium in quo,3, & ſi ea proportione differat ſubtilitate ab aere quam,e, tempus ad,th, tempus habet.

Tertium argumentū, in quo demonſtratur, quod ſi mouetur aliquid per vacuū, accidet, idem ſpatium plenū & uacuū ipſum pertrāſiri in equali tēpore, hanc autē literā,3, que ſuperioribus uacuū deſignabat, & nunc facit Ariſt. ſignificare aliquod plenū corpore ſubtiliſſimo eandē proportionē habens ad aerē, quam quidē habet tempus,h, quod erat uacui ad tēpus,e, quod erat aeris.

NAM ſi corpus,3, in quo tanto ſubtilius quāto tempus,e, excedit tempus,h, econtra profecto pondus a, tranſit illud uelocitate in tanto tempore, quātum eſt tempus, h ipſius,3, ſi feratur per illud.

Inquit ſi corpus poſitum in uacuo tanto ſubtilius aere foret, quanto tempus motus qui fit in pleno excedit tempus motus in uacuo, econtra (inquit) profecto pondus a tranſibit in tanta uelocitate illud, quantum eſt tempus,h, ipſius,3, ſi feratur per illud, ideſt quanto tempus aeris excedit tempus uacui, tanto econuerſo celerius,a, pondus conficiet ſpatium, 3, in tempore,h, quam,d, ſpatium.ſ.aeris. Dixit autem (econtra) qm̄ in temporibus quidem aeris tempus excedit tempus vacui dico.ſ.e, excedit,h. Nam plus temporis,e, labitur, & in motu tanto celerior ſecundū proportionem fit motus in tempore;h.eo motu qui fit in,e, tempore Pulchre autē adiecit, ſi feratur ideſt ſi prorſus aptum eſt ſuapte natura moueri per illud corpus quod in vacuo poſitū eſt, ſi ergo huiuſmodi res ſe habet vt ſuppoſuimus a pondus in eodem tempore mouebitur ſecundū eādem proportionem quam diximus.

SI igitur nullum in,3, fuerit corpus, adhuc celerius mouebitur. At in tēpore,h, motum erat, Quare pondus.a.equali tempore plenum & uacuum pertranſibit: ſed

funibus cõnectunt plumbum. Nos igitur (inquit) hanc causam inequalis motus assignare possumus. Sed ii qui dicunt motũ fieri per vacuũ, quã causam inequalitatis motuũ afferrent ac traderẽt. Quid.n. plus tẽporis vel motuũ plumbũ per vacuũ motæ consumeret quã cortex arboris & suber. Nã similiter vtrisq; vacuũ cedit, immo neq; cedit quoniã cedere corporibus tribuit, sed vtraq; similiter per ipsum meant & recipiunt a nullo impedita, igit equa celeritate mouebunt omnia in uacuo. At hoc fieri nequit igit motus in vacuo non fieret. Ergo (inquit) qui uacuum introducũt ex motu ad locum putabant ostendere vacuum esse. At ratio contrariũ demonstrauit, quoniam si est vacuum motus fieri nõ potest. Sic ergo demõstrauit ex motu ad locum non esse vacuũ. Vnde inquit idem considerãtibus per se vacuum, demonstraret quod vere vacuũ sit, idest vanum ac futile quippiam nihilq; conferens his rebusque sunt. Nam cum ii qui vacuũ introducunt & illud tanq loci vsum & opportunitatem prebent his rebus que sunt. sic statuerint ipsum, ostendit neq; hoc modo vacuum fieri posse tale autẽ postulatum prius accipit, & inquit si ligneus cubus in aqua poneret tamen aquæ cederet cubo, quãtus est ligneus cubus, similiter si poneret in aere, & in quouis corpore qd cederet, quũ igitur in vacuo poneretur cubus, cederet ne cubo vacuũ equale magnitudinis ipsius cubi? Et quomodo cederet vacuũ, si autem non cedit cubo in eo posito, sed manet, tamen profecto vacui spatium continebit occupabitq; cubus quantus & ipse cubus est, quare cubi spatium meabit penetrabitq; ac recipietur per equale spatium vacui, & interuallum inter se coherebunt & penetrabunt se mutuo. Nam quemadmodum (inquit) si non cederet cubo aqua vel aer, positus in ipsis per tamen aquæ uel aeris recipietur, quantus ipse est, ita si nihil vacui cederet equale sibi spatim vacui occuparet, spatium autem (inquit) a spatio secundum hoc idem non distabit. Nam & si ipsium cubi haberet qualitates eidem accidentes, tamen non quãtenus qualitatibus impressus formatusq; est hac ratione in loco est, sed solum quatenus habet dimensionem quare & si ab omnibus affectionibus ceu albedine, caliditate designatione figura & reliquis, separaret & duntaxat maneret spatium & ipsa dimensio, nihil minus in loco essent & sibi equalem vacui partem occuparet. Nam secundum nullam affectionem in loco erat neque vt albus, neq; vt calidus, neq; vt habens grauitatem, sed quatenus habet dimensiones. Cum igit & cubus sit in loco, si separaret ab aliis omnibus que ei nihil conferunt vt in loco sit quomodo distaret a spatio vacui quod est eius locus, si autem non distabit, quoniam tã illud spatium est affectionis expers quam hoc cur igitur oporteret extrinsecus alterum quodam spatium ambire complectiq; corpora. Nam si vnũquodq; corpus primum habet spatium, quid ergo alio extrinseco spatio egeret, igit uanũ est ac superfluum spatium extrinsecus cum vnum quodq; in seipso contineat spatium. Et si duo spatia similia mutuo sese reciperent & inter se coherent, cur non tria, & infinita, item si uacuũ fuerit quod non distet ab eo spatio quod in eo est, vacuũ igitur in vacuo erit. Preterea si cederet cubus secundum nihil aliud q̃ quatenus spatium est, cum & quatenus spatium est locum ex loco mutat, & corpora que mouentur vna simulq; proprium spatium ferunt & spatium secundum hoc idem non differt a spatio, vacuum a vacuo igitur superfluum & vanum est intelligere & considerare aliud spatium extrinsecum corporibus, cũ vnũquodque secum ferat proprium spatium. Nam si locus est interuallum spatiumque, & singula spatia sunt in singulis suis corporibus non differentia secundum hoc a spatio extrinseco, vanũ itaq; est alterum spatium extrinsecus circum ambire preter id quod vnicuique inest. Quid enim prodest & conducit simile in simile fieri. itẽ si corpora qua spatia sunt aliis egẽt, & vacuũ cũ spatiũ si egeret quodam altero interuallo, quare vacuũ esset in vacuo & hoc in infinitum, non igit vacuũ velut locus potest esse, si ergo neq; loci vsum & opportunitatem prebet neq; motus est causa immo contrarium si esset motum tolleret, videtur igitur vacuum nullo pacto esse.

CERNIMVS enim ea corpora que plus aut grauitatis aut leuitatis habent momenti, modo eadem ipsis insit figura, celerius per equale receptaculũ ferri: ac ea ratio: quam habent magnitudines inter se. Quare & per uacuum ita ferẽtur: quod fieri profecto nequit. Nam ob quam causam celerius mouebuntur. In plenis enim id necessario fit maius enim celerius in sua diuidit.

Nam cum idem fuerit interuallum per quod feruntur ea que mouentur ac similis exti-

terint figure, licet pondere inequalia, profecto quā proportionē habet pondus ad pondus, talem quoq; necesse est habere motum ad motum. Nam quanto excedit grauius, tanto celerius deferetur. Si autem figuris distarent, aliquod minus graue pondusq; acutum figura cum maiore pondere orbiculare simul in equali tempore per idem spatium defferri posset. Item multo magis consentaneum est fieri in maiore secūdum proportionem grauis ponderisque excessus, & figure.

NAM aut iactum, aut momentum quod habet id quod fertur, aut figura diuidit. Equalis igitur celeritatis omnia erunt. At fieri nequit. Quod quidem igitur si sit uacuum contrarium accidat illius per quod uacuū probant qui illud esse aiunt, ex his que diximus patet. Hi nanque putant uacuum esse separatum per se, siquidem erit motus ad locum. Hec autem perinde est atque si separatum locum aliquē esse asserunt, quod fieri non posse prius diximus.

Vel enim pondere pulsus aer accedens scinditur, vel figure acuitate cum sit facile diuisibilis diuiditur partiturq;. Equidem sphera in puncto incipit aggrediturque sectionem. Quocirca æs & plumbum cum plana lataq; fuerint in aqua possunt vehi ac supra natare & insidere aque, cum vero fuerint orbicularia, vel ad instar cilindre non amplius insidebunt supereminebuntq; quāquā ipsa minus ponderis haberent quam lata & plana. Si ergo id per quod motus fit, vacuum esset, profecto equaliter omnia mouerentur. Nam quid vetaret omnia non equaliter moueri, quum nihil sit quod prohibeat diuisionem, sed fieri nequit, vt omnia equaliter moueantur, quare & vacuum esse impossibile est.

ITEM si per se considerabimus id quod uacuum appellatur, profecto uidebitur uere uacuum. Nam quemadmodum si in aqua cubum quispiam posuerit, tantum aque cedet: quantus est ipse cubus.

Per se idest sine motu ad locum. Nam superius eo quod motus localis per ipsum fieri non potest, destruxit vacuum esse nunc autem hoc modo ipsum considerat, velut si non esset motus secūdum locum. Vel per se dixit quoniam qui asserebant vacuum propter motum esse, illud per se separatum statuerunt & ii qui hoc aiunt non dissentiunt nec differunt ab iis qui asserunt locum esse spatium quoddam. Quare cum demonstratum fuerit locum non esse quoddam interuallum separatum per se, vna demonstratum erit neq; vacuum esse, propter hoc subiunxit quod & idem per se seorsum & non eo q; simul cum ipso interuallo locali destrui tolliq; potest demonstrandum est ipsum non esse.

SIC & in aere, sed sensu non constat.

Inquit sed etiam si ponatur cubus & corpus ipsum in aere idem accidit. Nam tantum aeris cedet, ipsi corpori imposito quantum est ipsum corpus. Sed quoniam sensus noster non comprehendit aerem cedere, quoniam coloris expers est, hac ratione cedere non videtur, sed si sensu hoc immanifestum est, attamen rationi manifestissimum esse videtur. Nam si aer est corpus, & impossibile est duo corpora in eodem esse, igitur oportet vniuersum aerem cedere corpori quod in eo collocatur & ponitur.

ET, semper in omni corpore habente transmutationem, in quo aptum est ferri nisi densetur necesse est ipsum cedere, siue deorsum sit latio uelut ferre: uel sursum si fuerit ignis, uel in utraque ceu aer.

Dixit habenti transmutationem propter magnitudines mathematicas. Hec enim transmutationem non habent, quoniam neq; grauitatem, neq; leuitatem obtinent: Nam ipsa sunt per ablationem & intellectu & animi cogitatione, versantur. Inquit igitur in omni corpore in quo poneretur cubus, illud sane cubo cederet in quo aptum est ferri, ceu si in aqua poneretur, deorsum aqua cederet cubo. Nam aqua suapte natura deorsum fertur. Si autem in igne poneretur cubus lapideus sursum cederet, ac locum lapidi ignis daret. Nam supra suapte natura tendit nisi impediatur. Si enim ignis supra recipi non posset corpore solido prohibente

prohibente transitum illius sursum, saltim deorsum recipiendo corpus in eo positum illi cederet. Similiter & in aqua quæ ponitur in lebete non trasmutabitur deorsum quoniam prohibetur a corpore quod supra stat & sustinetur quod solidum est, quáquá vi supra stet & sustineatur. illud autem quod dicit, nisi densetur) exemplo constat, velut de ipsa lana. Nam hæc cum cōdensatur in seipsam, cedit quidem illi quod ponitur in ea, quæ tamen nec sursum, nec deorsum mouetur, sed dūtaxat in seipsam constringitur & densatur. Et enim aer ipsam sustinet, potest enim simul cubo in posito aer neq; sursum, neq; deorsum cedere, sed densari in seipsum constrictus, verum non velut lana, sed velut alteratus cum densior fit. Postremo illud verbum (vel in vtraq; dicit) ceu si aliquid poneretur neq; valde graue, neq; valde leue, sed veluti medium aliquomodo quod posset in vtraque facile recipi, quale est aer. Nam si in eo, poneretur cubus, posset aer & supra extrusus ac densatus moueri & infra secundum eum transitum quem facile inueniret.

SIVE qualeuis aliud in ipso ponatur.

Si ita se habet textus & scriptura, sane diceret de figura illius quod in eo ponitur, quoniam idem accideret & si non cubus, sed queuis alia figura in eo poneretur, si autem est ita, vbi esset, idest id quod in eo positum est quo moueretur, dicere forte aliquis quod corpus in quo ponitur cubus reciperetur in ipsum in quod id ꝙ positum est reciperetur ac mearet cum sit fluxus momentumq; illius ꝙ intus ponitur vehementius ac magis fluere queat id ꝙ intus ponitur. Nam si vis illius ꝙ intus ponitur non vehementior esset ac magis ageret, neq; cederet ipsi id in quo ponitur. Nam si id quod intus ponitur suapte natura sursum mobile esset, illud etiam sursum expelleretur. Similiter etiam si suapte natura deorsum mobile esset: deorsum pelleretur. Verum illud superioris textus (vel in vtraq; ceu aer) non valde posset coaptari huic expositioni: vel in vtraq; dicitur tanquá hoc petendo & supponendo ipse dicat: quoniam des tu ꝙ sit tale, ergo supra ac infra cederet. item cum dicit superiore textu (in quo aptum est ferri) equale ac respondet huic necesse est ipsum cedere. Item cum ibidem dicit in omni corpore habente transmutationem, sic intelligitur idest in omni corpore quod aptum est transmutari, alioquin si penitus immobile esset neq; penitus moueretur fieretq; in locum ipsius id quo intus ponitur.

AT hoc fieri in uacuo nequit, quippe cum non sit corpus, per cubum autem equale spatium uacui penetrasse uidebitur, quod quidem erat prius in uacuo, quemadmodum si aqua non cederet ligneo cubo, neq; aer, sed omnino penetraret ipsum.

Hoc quidem impossibile est. s. vacuum cedere corpori ꝙ in eo ponitur, quippe vacuum non sit corpus aliquod, vt & ipsum cedat cubo qui ponitur in ipso, igitur necesse est cubo in eo posito vacuum non transmutari, sed manere. Nam quomodo moueretur vacuum, si autem manet, profecto equale spatium vacui quantum est & spatium cubi reciperetur & mearet atq; penetraret per totum cubum, quare & econtra cubi spatium per equale spatium vacui reciperetur. Nam idem est.

ATQVI cubus etiam tantam magnitudinem habet, quantam occupat uacuum, qui & si calidus est aut frigidus, & grauis aut leuis, non minus tamen ob hoc alter est ab omnibus affectionibus, etiam si non ab illis sit separabilis, dico autem ipsam lignei cubi molem. Quare etiam si ab illis omnibus fuerit separatus, & neq; grauis neq; leuis fuerit equale spatium uacui occupabit, atq; in eadem loci uacuiq; parte sibi equali erit. Quo igitur modo cubi moles ab equali uacuo differret atq; loco. Et si duo tales simul fuerint moles: cur & quotquot uolueris in eodem non erunt. Vnum igitur hoc absurdum & impossibile sequitur.

Quoniam dixit ꝙ quemadmodum si aqua non cederet cubo duo corpora sese mutuo penetrarent, sic etiam quia vacuum non cedit sese mutuo penetrabunt cubi spatium; & spatium vacui. Vt igitur ne quis dicat vtiq; fieri non posse vt duo corpora sese penetrent ac vnū per alterum meet. Atqui vacuum non est corpus quoniam expers affectionis est cum so-

sum assumptum syllogismi probat, perinde ac ipsa deductio pateat. Verum vt clariorem rationem faciamus, rursus repetamus quæ paulo prius diximus. Si est raritas & densitas, vacuum est, quoniam densitas est constrictio coitio compressioq; corporum in seipsa, & constricta ac compressa in seipsa constringuntur & resident in vacua interspersa in seipsis ceu in spongia, & lana, & in his id genus. Nam si in vacua quedam eorum que densantur partes non densarentur & coirent, in seipsa sese reciperent, sed impossibile est corpus per corpus recipi. Item eadem de raritate dicemus. Nam quod rare fit, & ad maiorem molem extenditur, si non quedam vacua interspersa interclusa ac cohibita dilatarentur & hac ratione fieret raritas, accideret priusq; rare fieret corpus in corpore esse. Nam partes, que modo locum occupant, si prius non erant in vacuo, certe sese mutuo recipiebant ac penetrabant, immo & locũ quẽ modo occupant, oportet prius fuisse vacuũ. Deductionẽ igitur ex hac intelligẽtia & cogitatione probabãt. Assumptũ aũt dico. s. Atqui raritas & dẽsitas est, hũc in modũ. Aristo. pbat, si nõ est raritas & dẽsitas neq; est corporũ cõstrictio, si aũt nõ est cõstrictio, vel omnino tollerer motus rectus. Nã ea que recto motu ciẽtur, aerem ante semp expellẽdo vel aquã ita mouentur, corpus igitur quod expellitur per quod fit motus & contrahitur cohibeturq; in vacua apposita atq; imbibita, cedit locum his que per ipsum meant ac transeunt, quemadmodum etiam se habet cum quidam per multitudinẽ septam eunt ac meant. Si ergo corpora non densantur, neq; coercentur in vacua interspersa, vel prorsus tolletur motus rectus. Nam quo moueretur si locus receptaculumq; nõ existeret neq; haberet id q; expellitur vbi cederet q; neq; phibens ei q; mouetur aditum ac transitum preberet, vel si est motus necesse est inquit vniuersum fluctuare idest a pprijs terminis alienari exagitari atq; supra mutari expelli, quippe necesse sit cum quippiam mouetur corpus ante expelli, & illud deinceps aliud expellere, & hoc vsq; ad extremum, & ita deinceps cælum ac externa mundi expelleretur ac diffunderetur & agitaretur, quod quidem & in piscinis ac natatoriis accidere solet, quando aliquid moueretur corpus in ipsis, hoc autem dicebant, quia nondum sciebant corporum cohibitionem, scilicet quomodo corpora cederent. Et non solum sublato de medio vacuo hec absurda sequentur dico scilicet demi raritatem & densitatem, sed etiam propter destructionem eius tolli vel penitus motum rectum, vel vniuersum fluctuare. Rursus sublato vacuo, vel penitus nõ erit mutatio mutua inter corpa, vel si hæc plane fuerit, aut mutatio fieret in his que sunt mole equalia, dico verbigratia cum ciathus aeris transmutaretur in aquam, fieri aque ciathum similiter & aquam tantum aeris facere, alioquin vbi reciperetur maius corpus si non foret vacuum, vel si hoc est preter euidentiam, quippe uideatur quippiam in maius corpus mutari. Nam vnde franguntur dolia & vtres a musto, nisi quia mustum euaporans mutatur in aerem ac in ventum qui quidem quoniam maior est eo quod transmutatur dolia non potentia illum capere franguntur, quod sane etiam accidit in his que sunt atigua. Sed si mutatio fit in corpus maius rursus duorum absurdorum alterum non euadere fugereq; poterimus, vel enim necesse est quantũ hic aquæ transmutatur in aerem, alibi tantum aeris transmutari in aquam quod quidem etiam factitium est dictu, quoniam videtur mihi nunc tantum aquæ euaporare exhalareq;, necesse est alibi tãtum aeris transmutari. Et si plus mihi videretur, plus etiam aeris transmutari, vel rursus si hoc fieri non potest, necesse est vniuersum cælũ fluctuare, qd quidẽ per se ridiculũ est, qm cũ qppiã imo minutulum quoddam, ac tantillum moueretur cælũ, suis limitibus ac locis dimoueri alienariq; oporteret, qd fugere volentes saltem vacuũ fatebuntur, imo ex necessitate dabunt. Nam quo cælũ fluctuaret, equidẽ in corpus non potest, ergo in vacuũ cõgregatũ cælo, circũfusum. Si ergo hec omnia absurda sunt, certe necesse erit in corporibus vacuũ iterspersum esse. Rationes igitur quibus probabant vacuum tales sunt. Deinde ostendit non posse vacuum interspersum corporibus esse, Et inquit quoniã necesse est, uel ipsum magnis amplissimisq; partibus esse in corporibus vt queat alterum corpus recipere in seipso, vel difusum interspersumq; esse in corporbus secũdum paruissimas partes vt non possit corpus ingredi in ipsis ceu etiam sentiunt ii qui poros ac meatus dicunt & ponunt. Si ergo vacuum foret magnis partibus constitutum, hoc sane non distabit a vacuo separato. Eisdem igitur rationibus hoc destruemus & tollemus, quibus quidem & illud tollebamus. Neque distabit aut interest si ipsi vacuum in minutas partes diuiserint vt fugiant eas dubitationes in quibus incidebant ii qui vacuũ insertum imbibitum corporibus ponunt. Nam & ii faciũt assentiuntq; spatium separatũ, si autem ita dicerent vacuum tenuibus subtilibusq; partibus

dathi vnius fieret aer, cur non adiecit quod tantus fieret aer quanta erat & aqua. A qui oportebat hæc addere si volebat hoc dicere, deinde & induxit ac subiunxit, tanta simul aqua ex equali aere generetur, ut necesse est vacuum esse. Atqui quáquá transmutantur in equales moles, & si aqua solum mutaretur, nihil aliorum sequetur, neq; necessario esset vacuum quemadmodum dicebam, quoniam eundem occupabit locum aer, quem antea occupabat aqua priusquá mutaretur. Quod quidem igitur hoc dicat planum perspicuúq; esse existimo ex verbis ipsius Aristo. Hoc autem non velut consequens tolli raritatem adduxit. Nam ex destructione raritatis sequebatur motum non esse, vel fluctuare vniuersum, sed vel simpliciter destructione vacui consequens fit, vel quia ratio deduceretur ex diuisione, verbigratia, vel est raritas & densitas, vel non est, siquidem igitur non est, sequentur dicta absurda, si autem est, vel vacuum erit in quod contrahuntur coherenturque ea quæ densantur, & ex quo rara corpora expanduntur ac dilatantur, immo & in quod recipitur id q extrinsecus est, vel simul necesse est aquam mutari in aerem, & econtra tantum aeris transmutari in aquam, quod factitium esse videtur.

T hemistio sed prio dicere a aquámu tari in aeré & ecótra & ita deinceps mo lem in molem. T u vero conside ra.

SI ERGO rarum dicunt esse quod multa uacua separata habet, patet si uacuum separatum esse non poterit, sicut neque locus spatium habens sui ipsius: neque rarum sic esse.

Alio mó format argumentú.

Hic ostendit non posse vacuum inbibitum interspersumq; esse. Et inquit si hoc pacto ponunt vacuum interspersum corporibus, vt sint in aliquo corpore raro quædam spatia talia separata a corpore, vt queant in seipsis aliquid alterum recipere ceu sunt spógiæ meatus quáquá aere pleni sint eedem igitur rationes (inquit) adaptari possunt in his, quæ contra eos qui vacuum insertum imbibitumq; ponunt quæ adductæ fuerunt contra eos qui putant vacuum esse locum & spatium separatum.

SI VERO non separabile, sed tamen inesse quid uacuum dicunt, minus quidem hoc est impossibile. Accidit autem primo quidem non omnis motus causam esse uacuum, sed eius duntaxat quo leuia sursum petunt. Nam rarum leue est. Quapropter & ignem rarum esse aiunt. Deinde causam motus sic uacuum non esse, ceu illud in quo motus absoluitur.

Idest si non fuerit seiunctum sed velut adeo intenues partes dispersum atq; distractum, vt nequeat ingressus alterius corporis in eo fieri, ceu si cóceperis animo quasdam athomos orbiculares sese tangentes. Nam constat has sese non tangere secúdum totam peripheriam & circúferentiam, sed in puncto, sane inter has erunt quædam interstitia vacua tenuissima, in quibus aliæ athomi ingredi non possunt, quæ sane ab illis recipi non possunt propter tenuitatem. Hæc autem (inquit) est eorum positio quæ quáquá minus impossibilis esse videatur, attamen & ipsa tanquam impossibilis refelletur.

SED utres mouent id sursum q ipsis adiunctum est, quoniam & ipsi sursum feruntur, sic etiam uacuum sursum rara corpora fert.

Inquit nó ita tale vacuum esse causam motus quemadmodum dicitur esse spatium causa in quo mouetur, sed vt vtres habentes aliquod graue submersum in aqua pendens, vel adiunctum, quoniam & ipsi cum in superficiem aquæ feruntur & illius simul ferunt, hoc modo dútaxat esset & vacuum tale motus causa in corporibus raris. Nam eo quod ipsum ferretur sursum, tane duceret & illa, quo pacto profecto esset velut causa efficiens.

AT QVONAM pacto latio uacui esse potest, uel locus uacui. Nam uacui id erit uacuum ad quod fertur. Item quam causam assignabunt qua graue deorsum fertur.

Nam si vacuum moueretur, necessario locus ex loco mutaretur, quare in alio vacuo fieret, & quid dii boni hoc magis ridiculum est. Volens autem rationem facere quæ magis re-

Optia pōdera. tio tex. tus.

fellat & taxet sic opinantes non dixit. Nam vacui erit locus ad quem fertur, sed vacui erit id vacuum, quoniam qui ita dicebant locum & vacuit idem esse opinantur. Item quā causam assignabunt, qua graue deorsum fertur. Nam si aiunt causam lationis leuium sursum esse vacuum, quæ igitur erit causa motus grauium deorsum. Nam si dicerent naturam grauiū sufficere ad ferendum illa ac mouendum deorsum, cur & in leuibus natura non sufficit ad mouendum illa sursum, ne vacuo egeant. Verum Aristo. & in aliis hanc ratione sufficienter fecerat.

an tertio cæli libro.

ITEM patet si quanto rarius quippiam magisque uacuum fuerit, tanto celerius sursum feretur. Et si penitus uacuum fuerit id celerime sursum ferri. An forsitam & hoc moueri non potest.

Alterum argumentum, si id quod plura vacua habet, sursum celerius mouentur, eo um sane vacuum celerime mouebitur, at uacuum moueri non posse patet.

RATIO autem eadem est, quoniam ut ea quæ sunt in uacuo immobilia sunt sic etiam uacuum immobile esse demonstrabitur, celeritates enim cōparari non possunt. At cum uacuum non esse dicamus.

Ratione (inquit) demonstrauimus nihil posse moueri in vacuo, quoniam non habet proportionem ad plenum. Nam necesse est eadem esse proportionem temporum motuum qualis erat & magnitudinum, igitur accidit aliquid motum fuisse momento ac non tempore, quod dictu erat nullo pacto moueri. Eadem etiam ratione demonstrabitur neq; vacuum moueri posse. Nam penitus vacuum non habebit proportionem ad id quod habet vacua quædam interspersa imbibitaq;, quare cum illud moueretur in tempore, vacuum omnino momento & in instanti mouebitur, at nullus motus est non temporaneus. s. qui non fit in tempore, ergo vacuum non poterit moueri, & nihil interest siue separatum sit vacuum siue insertum corporibus vt suapte natura prorsus moueri nequeat.

CETERA alia sunt uere dubitata scilicet hæc, uel motus non erit si non erit densitas raritasue, aut cœlum agitabitur fluctuabitque.

Inquit & si vacuum esse destruximus (inquit) attamen quia dubitationes aliquomodo quippiam verisimile ac consentaneum, iccirco non erit equum ac iustum has despicere & negligere, quo circa & ipsas repetit vt mox solutionem adducat.

AVT semper equalis aqua ex aere, & aer ex aqua fiet. Patet enim plus aeris ex aqua fieri. Necesse est igitur si corpora non premantur atq; densentur: aut faciat id q̧ heret ex pulsum, ut ultimum fluctuet inundet, aut alio in loco equalis aqua ex aere fiat, ut tota moles equalis sit uniuersi, aut nihil penitus moueatur. Semper enim cum aliquid mouetur id accidet nisi circulo circum agatur. At non semper latio in orbem fit, sed etiam in rectum. Illi ergo ob hæc ipsa uacuum quippiam esse dicerent.

Vide cōmētum vbi incipit cum dicit.

Et hinc constare potest id quod a me paulo prius dictum est, q̧ nolit Aristo. corpora mutari in equales moles, sed vicissitudinem fieri. Nam causam adducens inquit. Patet enim plus aeris ex aqua fieri, igitur necesse est simul fieri aere mutato in aquam vicissitudinem ac restitutionem. Siquidem non est vacuum. Item procedens vltro hoc ipsum apertius significauit dicens, aut alio in loco equalis aqua ex aere fiat mutaturq;, vt tota moles vniuersi equalis sit, aut nihil penitus moueatur. Semper enim cum aliquid mouetur id accidet, nisi circulo circum agatur. At non semper latio in orbem fit, sed etiam in rectum. Quoniam si omnia in orbem mouerentur, nonne cesse foret aliquod horum accidere, quippe id quod in orbem versatur non mutet locum, quoniam ergo est etiam motus in rectum, igitur necesse omnino est vel vacuum esse, vel aliquod absurdum accidere eorum quæ numerauimus.

Digressio.

DIGRESSIO.

HACTENVS igitur rationes Aristo. de vacuo terminum & finem habent, oportet autem nos repetentes superiorem disputationem vnumquodque argumentum considerare, faciemus igitur exordium non ex eo loco vbi cæperat Aristo. facere sermonem de vacuo, quoniam iam diximus ad quædam argumenta vbi suis in locis occurrebant respondentes, sed ibi initium capiemus, vnde cœpit arguere vacuo existente non posse fieri motum per ipsum, ceu nunc fit per aerem vel aquam, quæ præsertim argumenta sunt ingeniosa & omnes fere persuasione & probatione vincunt dico scilicet ea quæ fiunt ex inequalitate motuum. Verum antequam disputationem sermonem & incipiam, illud dicam quod quidem etiam in rationibus de loco iam dixi, quoniam hæc nostra disputatio sermoque noster non hoc vult probare quod sit vacuum aliquod per se separatum, & nullum in se habeat corpus per quod motus fiat. Nequaquam, quoniam & ipse fateor nullum esse vacuum prorsus separatum a corpore persuasus ex vi ipsius vacui appellata atque ex multis aliis. Quocirca obiectio instantia atque contentio mea est contra argumenta Aristo. qui pro viribus nititur ostendere quod si vacuum foret, non moueretur aliquid per ipsum, at mea lis est ostendere q si non est vacuum prorsus separatum a corporibus, attamen est veluti vacuum impletum corporibus vicissim quemadmodum locus est corporum, vt etiam superioribus demonstrabimus, & nunc rationes hoc tollentes demonstrabimus nihil necessarii concludere. Primum itaq; argumenta breuiter & summatim commemorare oportet. Inequalitatis igitur motus corporum duæ sunt causæ vna est, quoniam ea per quæ mouentur mobilia differunt, & si æqualia similiaq; sint ea quæ mouentur. Altera est differentia eorum quæ mouentur, & si vnum ac idem foret interuallum per quod mouentur. Accipit ergo primum ipsum q mouetur, quod quidem feratur interdum per aquam, interdum per aerem, ipsis interuallis existentibus æqualibus. Vnde inuenit quod ipsum longiore tempore mouetur per aquam, q̃ per aerem, & accipit quod quam proportionem habet tempus ad tempus eandem etiam habebit & aqua ad aerem secundũ crassitudinem & consistentiam. Nam quanto tempus motus facti per aquam tempus motus facti per aerem excedit, tanto etiam aqua densior crassior ac diuisione difficilior est ipso aere. Cum igitur inquit eadem sit proportio motum temporum & interstitiorum per quæ mouentur mota, ergo si in vacuo (inquit) sit motus prorsus ille fiet in tempore, igitur habebit tempus motus facti per vacuum ad tempus motus facti per plenum aliquam proportionem habebit, igitur & vacuum ad corpus habebit aliquam proportionẽ hoc autem impossibile est, quoniam non ens non habebit proportionem ad ens, igitur neq; motuũ tempora habebunt proportionem interse. Atqui omne tempus finitum ad omne tempus finitum habet aliquam proportionem, igitur in nullo tempore per vacuum mouebitur, quod dictu est nullo pacto mouebitur quippe nullus sit motus in instanti ac sine tempore. Item alterum argumentum patet, quoniam si per vacuum motus esset, accideret per vacuum & plenum idem spatium percurri ac motu absolui quod sane absurdum est. Nam si accepero corpus subtilius aere cuius motus tempus ad tempus motus aeris, & hoc ingessero atque imposuero in spatium vacui, sane in tanto tempore mouebitur per tenuissimum subtilissimumque corpus in quanto mouebatur per vacuum, quare in eodem tempore equale spatium plenum, & vacuum motu absolueretur, quod sane fieri non potest. Hæc igitur argumenta posuit ex differentia interstitiorum per quæ motus fit. Atqui & si idem acciperemus per quod motus fit, & ea quæ mouentur differrent, inquit rursus inueniemus non posse fieri motum in vacuo. Nos enim inquit quando in eodem spatio duo inequalia pondere, vel dissimilia non mouerentur in eodem tempore habemus & possumus assignare causam, quoniam quod est magis graue celerius diuidens intercapedinem in minori defertur tempore. Similiter etiam in his quæ sunt æquali mole & dissimilibus figuris constituta accidit, quoniam id q multum aeris diuidit & capit, huiusmodi est planum ac expansum, segnius defertur, & illud q minus aeris diuidit & capit celerius mouetur, quippe minus ocius secetur quam multum, si ergo per vacuum esset motus vbi nihil foret quod diuideretur, cuncta erunt equalis celeritatis. Nam cur hoc celerius moueretur, illud vero segnius, sed fieri non potest vt cuncta equa celeritate moueantur, igitur non potest motus fieri in vacuo. Hæc igitur sunt argumenta quibus

Vide qd is dicat qm imaginatur vacuũ se habere ad corpora vti materia ad formas & qm materia nũquã est sine aliqua forma licet sit in potẽtia omnes ita vacuũ nõ est sine aliquo corpore licet sit capax omnium.

potissimum ex motu tollitur vacuum esse, sed primum & vltimum consideremus, dico. s. si posito vacuo cuncta quæ per ipsum mouentur æqualis celeritatis forent, qm̃ hinc tollitur per vacuũ motum fieri. Illud porro etiam scire oportet, quod per easdẽ rationes, quibus hoc probat ipse etiam suas positiones tollunt. Nam si differentia motuum fit non solum per diuersa corpora per quæ motus absoluuntur, sed etiam propter mobilia ipsa, siquidẽ vnũ esset grauius, alterũ vero leuius, sane erit quædã causa inequalitatis motus etiã in ipsis quæ mouentur, & propter id aduenit hæc differentia motus quia differunt corpora per quæ motus fit, si autẽ hoc cõceditur, & si per vacuũ profecto mouerentur & vis causaq; mouendi foret diuersa in illis, necesse etiã esset vt motus differrent, sint igitur ergo duo inequali mole, quorum vnũ sit ingens, alterũ vero sit vnius libræ, & motus ipsorũ fiat in vacuo, eorũ itaq; nulla fit differẽtia quoad maiorem celeritatẽ, ac maiorẽ tarditatẽ, sed inequaliũ erit equaliter motus celer factus in vna & eadem natura vacui. Si ergo vacuũ hoc per quod ea quæ sunt inequaliter fluentia equali celeritate mouẽtur, impleamus ergo ipsum aereo corpore, consentaneum est inquã, vt ipsa etiã per aerem equa celeritate moueantur, quippe natura aeris ingressa vacuũ nihil transiderit substãtiæ ipsorũ neq; fecerit aliquod magis deorsum mobile, & alterũ minus. Nihil enim fecit in substãtiam ipsorũ, neq; maiorẽ fluxum & inclinatione mouendi in aliquo ipsorũ ingessit ac immisit, sed fieri non potest, vt ea quæ sunt pondere inequalia in eodẽ equa celeritate moueri.

primũ argũ.

Quid dicũt cõtẽdentes.

Si aũt contendẽtes dicerent immo inequalia per vacuũ mota equali velocitate mouebũtur, & per corpus mota inequali celeritate mouebuntur, q; profecto cõsentaneũ est qm̃ statutũ positumq; est corpus per quod fit motus, solum esse causam motus inequalitatis, cum nulla sit differẽtia propter ipsa quæ mouentur. Nam quo destructo sublatoq; tolleretur differẽtia celeritatis ac tarditatis, hoc sane eiusdẽ differẽtiæ causa solum erit, igitur solũ causa inequalitatis motus erit interstitiũ intercapedoq; per quã fit motus. Sed hoc tollit destruitq; positiones ipsius Aristo. & plane falsum cũ sit confutatur.

Cõfutat cõtẽdentes.

Nam si interuallũ per quod motus absoluitur, foret solum causa inequalitatis motus, accideret profecto inequalia corpora secũdũ fluxũ & momentũ ac inclinationẽ mouendi per vnũ & idem corpus mota equali velocitate moueri, cũ nulla sit differẽtia propter ipsa momẽta & inclinationes mouẽdi corporũ, & solum fiat motus inequalis ob differentiam interstitiorũ per que fiũt motus. At hoc plane præter euidentiã sit, quippe inequalia mota per idem interuallũ inequali celeritate moueantur tanquã in eis sint differẽtes causæ mouẽdi, quæ cum sint necessario differẽtes, ipsæ per seipsas differẽtes actiones efficient, & si non per corpus, sed per vacuũ mouerentur corpora ipsis subiecta.

Secũdũ argũ Ioãnis.

Item cum ipse dixerit inequalis motus duas esse causas ipsum interuallũ per quod motus fit ac q; differũt ea quæ feruntur quo pacto, id per quod motus absoluitur causa esset differentium motuũ adiecit. Igitur per quod fit motus id est causa inquit, qm̃ impedit & contra fertur, ac manet, quia eget dispositione. Si ergo duæ sunt causæ cur omnia quæ mouentur nõ equali velocitate moueantur, differentia. s. interstitiorũ per quæ fit motus & differẽtia eorũ quæ mouentur, altera autẽ erit causa efficiens, quippe aliam esse nemo intelligeret, si ergo impediẽs cederet, & nihil minus maneat causa efficiens in his quæ mouentur motu inequali.

Trifariã mediũ ẽ ci motus inequalitatis.

Nam grauitas nõ est de numero quæ habẽt respectũ ad aliud, sed est qualitas ipsa per seipsa corporibus inexistens. Cum igitur grauitas sit causa efficiens motus deorsum, vt etiam ipsi videt̃, si spatium fuerit per vacuum per quod duceretur ipsum q; mouetur, atq; fuerint causæ motus differẽtes & nullũ aderit impedimentũ, prorsus necesse est motus inequales fieri per vacuũ, quare & si vacuũ fuerit, non tollentur inequales motus.

Tertiũ argũ.

Præterea, si ipsa corpora per seipsa inequalia, quãq; nõ mouerẽtur per corpus, sed per vacuum, nõ habent causam inequaliũ motuũ, cur graue aliquod ingens per aerem motum, ac graue vnius libræ per eundẽ, celerius graue ingens vt talentũ aliquod magnũ mouebitur deorsum. Nam cum sit similis sibi aer, & corpora ipsa per se inequalia sunt, quid est causa inequalitatis motuũ. Nam vnus ac idem cum sit aer, ipsorum causa debuit esse, constat igitur q; fluxus & momenta corporũ quorũ vnum aptum est celerius deorsum ferri, alterũ vero segnius hanc differentiã inequalitatis motuum obtinent & faciunt. Nam id quod magis deorsum mobile est, id etiam magis diuidit, alioquin quã causam aliam assignabimus cur aer facilius ab ipso grauiore diuidatur, quã quod habens maiorem grauitatẽ inclinantẽ deorsum magis mobile sit deorsum suapte natura, & si per corpus nõ moueretur, equidẽ quod magis est mobile deorsum magis etiam aerem impellit vi sui impetus. Aer aũt magis impulsus celerius cedit, quare si eo quod magis est mobile

bile deorſum magis diuidit, & ſi nihil eſſet quod diuideretur, nihil minus eſſet magis deorſum mobile. Neq; enim maius momentũ maiuſq; pondus habẽs cum magis diuidat magis eſt deorſum mobile, ſed econtra quia magis deorſum mobile eſt magis diuidit. Nã latio deorſum nõ ſequitur diuiſionẽ interſtitii, ſed econtra diuiſio interſtitii ſequitur ipſam lationem quãdo per corpus latio fieret, ſi ergo corpora ex ſeipſis habent hoc, vt ſint magis, vel minus mobilia, quãuis in vacuo mouerẽtur in ſeipſis habebũt talem differentiã, & pertranſibit grauius ipſum ſpatiũ vacuũ exiſtẽs in minore tẽpore, & minus graue in maiore tẽpore non ea de cauſa quia magis impedit, vel minus impedit mediũ, ſed quia eſt magis mobile deorſum, vel minus ſecundũ proportionẽ grauitatẽ innatam. Non enim qualitates ſunt ad aliquid, neq; habẽt eſſe in reſpectu quo nõnulla ad ſeſe mutuo referuntur, ceu ſe habẽt viſibile & aſpectus viſuſq;. Porro color vt viſibile eſt de numero eorum quæ ſunt ad aliquid, verũtamen color albus, vel niger aliud quippiã eſt, & minime de numero eorũ quæ ad aliquid referũtur. Non enim eſſentia coloris per aliud eidem ineſt, ſed per ſeipſum. Nam color eſt quædã qualitas, ſic etiã grauitas & leuitas nõ per aliud quippiã ineſt habẽtibus grauitatem, vel leuitatẽ, quã per ſeipſa. Eſt nãq; grauitas cauſa efficiẽs lationis deorſum leuitas autem lationis ſurſum, quãdo igitur ea quæ habẽt grauitatẽ, vel leuitatẽ in loco pter naturam fuerint, cũ ibi tunc nullũ aderit impediẽs. Nam bolus terræ ſurſum detenta, vel in aere pendens tãquã in loco pter naturã exiſtens, nõ feretur certe deorſum propter impediẽs. item lignum in aqua nõ eſt aptum moueri ac deorſum ferri, ſed ſupra ſtat ac ſupernatat aquæ, qm̃ rarum eſt ſecũdũ poſitionẽ partiũ: & multũ aeris habet actu interſperſum ſingulis partibus eius Cum igitur aer nõ ſit ſuaptæ natura idoneus aquæ ſubſidere, ſed ſupereminere ſuperficiei eius propter hoc lignũ nõ fertur deorſum per aquã, ſed ſurſum detinetur ab ipſo aere qui multus eſt in eo, quod ſane etiã fit in ipſis vtribus qui frangur tur, quare & in his cum aer fit violentius impediẽs vetat ligni in aqua lationẽ naturalẽ fieri deorſum, verũtamen lignum in aere fertur, qm̃ vnũquodq; in ſua vniuerſitate cũ fuerit ſuaptæ natura non poteſt agere ſecũdũ momentũ innatũ, cum ergo aer ligno incluſus qui eſt in aere nequeat ibi agere ſecundũ innatũ momentũ, igitur naturalis ligni grauitas quoniã eſt in loco pter naturã mouebitur lignum deorſum. Et quoniã aer interſperſus lignis agit, qui nõ eſt aptus aquæ ſubſidere, fertur ad propriã vniuerſitatẽ, & hac ratione lignum facit aquæ ſupereminere ac ſtare, quod quidẽ (vt dicebã) accidit etiã in ipſis vtribus doliiſq;. Hoc idem indicant ea ligna quæ denſiora ſunt, ceu buxus & ebanus. Nam denſitate ſubſtantiæ nõ habẽtia aerẽ imbibitum interiam q; ipſa ſurſum pellentẽ ac trahentẽ, feruntur per aquã deorſum ab ipſa grauitate innata nullo impediẽte: ſic ergo vndiq; innatũ pondus ac momentũ fertur ad propriũ locũ per nihil aliud quã per ſeipſum niſi impediatur. Si ergo deorſum lationem, vel ſurſum lationem habent ipſa momenta & pondera inſita non per alium reſpectũ ac aliã poſitionem ad aliud quã per ſeipſa, igitur cum fuerit diuerſa grauitas in corporibus, neceſſe erit vt etiã deorſum latio fiat non per aliud quippiã quã per eandẽ. Nullũ enim momentũ eſt de his quæ ac aliquid ſunt. Eadẽ etiã dicemus de leuitate. Quod quidẽ igitur & per vacuũ fiat motus & tamẽ nõ neceſſe ſit omnia equa celeritate moueri: atq; argumentũ nõ habeat aliquod neceſſariũ per quod videtur Ariſto. probare hoc ſatis demõſtrauimus, quo demonſtrato & prius problema ſimul demonſtratũ erit, dico. ſ. q; poſſit motus fieri per vacuũ in tẽpore. Nã ſi penitus velocitas ac tarditas motuũ nihil minus ſeruantur exiſtente vacuo, & celeritas ac tarditas tẽpore diſcernunt. Nam ſpatiũ ipſum quod ſegnius percurritur in multo tẽpore ac maiore abſolutũ erit, ab ipſo mobile quẽadmodũ & illud q; celerius abſoluitur in minore tẽpore abſoluitur, ſic patet etiã de ipſis quæ mouent in vacuo, ſiquidẽ vacuũ eſſet per quod motus fiebat, ipſa prorſus per illud mouerent in tẽpore. Quod vero neq; ea abſurda quæ videtur Ariſto. deducere tanquã ſequẽtia ex ea ratione quæ aſſerit per vacuũ fieri motum, non ſequãtur ex eadẽ ratione deinceps demonſtrabimus. Nam ſi corpora nõ ſunt deorſum mobilia per aliquid aliud, q̃ per innata momẽta & pondera, & ob id maius graue in minore tẽpore defertur, & ſi motus per vacuũ fieret. itẽ & ſi corpus per quod mouent ea quæ tenẽt per corpus, impediens eſt eorum quæ feruntur, profecto & tẽpus quod cõſumitur in vnoquoq; motu ſecundũ proportionẽ momentorũ quæ in ſunt corporibus, & ſi nihil foret impediens, dico. ſ. aliquod corpus per quod motus fit, ceu aer, vel aqua. Nam ſi id per quod fit motus velut impedimentũ eſt cauſa inequalium motuum, igitur vbi eſſet naturalis cauſæ vt efficientes, quare & ſi tolleretur impediens, aliquod tempus in vnoquoq; motu ſecundũ

causæ

proportionem maioris, vel minoris momenti, vel plus, vel minus consumeretur. Si autem aliquod tẽpus consumitur propter vnum quodq; momẽtũ per se in motu, nunquã accidet in eodẽ tẽpore equale spatium plenũ existens & vacuũ aliquod vnum & idem pertransire. Nam si aliquod spatiũ vnius stadii plenũ aere absolueretur motu, & id q mouetur non est secundũ & idem nunc in principio stadii & in fine, quippe quoddã tẽpus consumatur, eadem etiam ipsa corpora quæ per se feruntur & si spatium vacuũ foret, a principio perueniret vsq; in finem. Non enim (vt dicebam) in eodem momento & nunc ipsa sunt in vtrisq; ipsius stadii extremis. Verum consumitur & aliquod aliud tẽpus propter impediens. Nã iam dda profecto diuisio facit vt id q mouetur difficilius feratur, quare quãto subtilior aer intelligeretur per quẽ mouentur, tanto etiam tẽpus quod consumpsit in diuisionẽ aeris diminuetur, & si in infinitũ corpus subtilius fieret, quoniã in infinitũ tẽpus diuisibile est nunquã tamen consumetur quãquã corpus in infinitũ fieret subtile extenuareq; in hoc tẽpore, quod etiam id quod mouetur per vacuũ spatiũ vnius stadii cõsumpsit. Sed rationẽ ipse clariorem exẽplis faciam. Si lapis esset id quod mouetur, & ipse in vacuo spatio vnius stadii moueretur. Equidem est aliquod tẽpus necessario quod cõsumet lapis qui pertransit spatiũ vnius stadii, ceu hora. Si autẽ hoc spatiũ vnius stadii plenũ aqua cõceperimus ac intellexerimus profecto nõ amplius in vna hora stadiũ absoluetur motu sed addetur huic & aliud tẽpus propter impediens, consumatur itaq; in diuisione aquæ & vna alia hora, quare idem graue per vacuũ in hora moueretur, per aquã vero in duabus horis, si ergo aquã extenueris ac feceris adeo subtilem, vt ex ea aerem efficias, si aer in duplũ subtilior fuerit aquã tanto etiã tẽpus diminuetur quod cõsumauit in diuisione aquæ, erant autẽ duæ horæ igitur in vna & semi hora idem spatiũ per aerem absoluetur. Et si rursus aerem in duplo subtiliẽ feceris in vna hora & quarta eius parte percurretur. Et si in infinitũ corpus subtile in diuisionẽ corporis, dico .i. horã vnã, verũ nunquã cõsumabis totũ vt exhaustũ exactumq; sit qm̃ tẽpus est diuisibile in infinitũ, si autẽ nunquã cõsumabis tẽpus faciendo corpus subtile, sed semp cũ motui qui fit per corpus additur aliqua pars etiã alteri hore secũdũ pportionẽ subtilitatis corporis, additur consentaneũ, profecto est, q nunquã inequali tẽpore stadiũ per vacuũ & per plenũ percurretur absoluetur q;, quippe per vacuũ in vna hora mouebatur per corpus autẽ in vna & aliqua eius parte. Nam quantocũq; intelligeretur corpus subtilius, nunquã corpus penitus consumabitur, quare nunquã in equali tẽpore idem spatium plenũ pertransiri poterit & vacuum. Hoc autẽ Aristo. deduxit qa tollebat proprias positiones & petitiones dico .i. quia tollebat fieri motus inequales ac differẽtes, & propter ipsam differentiã eorũ quæ mouentur. Nam si fit aliquod tẽpus propter differẽtia momẽta ac inclinationes mouẽdi differens, & fit etiam aliquod aliud tẽpus per diuisionẽ corporis per quod motus fit profecto idem spatiũ inequali tẽpore nũquã pertransibit aliquod plenũ, & vacuũ. Nam dicere in duabus horis stadiũ per corpus percurri, & idem spatium per vacuũ in vna hora motu absolui, ceu si accepero tantũ corpus subtilius vt in duplo subtilius, idem spatium imediate tẽporis dico. s. in vna hora per tenuissimũ subtilissimũq; corpus mouebitur. At mouebatur & per vacuũ ipsum spatiũ mobilis, hoc autẽ falsum prorsus est, & pter euidẽtiam ipsam. Nõ enim vere accipit Arist. quod quã proportionẽ habẽt interstitia inter se per quæ fit motus eandẽ rationẽ etiã habent tẽpora motuũ inter se, illud nãq; quo dicit ea per quæ motus fit, habere proportionẽ inter se probabile esse videtur, & rationẽ pbationemq; ex se quæ difficultatẽ efficiat nõ habet, qm̃ non possumus accipere qualẽ proportionẽ habeat aer ad aquã secũdũ crassitudinẽ & consistentiam, ceu quania mensura aere sit aqua densior crassiorq;, vel hic aer altero aere. Hoc idem etiã potest cõfutari ex ipsis quæ mouentur. Nam si quã proportionẽ habent tẽpora motuũ inter se, eandẽ etiã necesse est habere interualla per quæ fit motus, si vnum & idem fuerit id q mouetur per vtrũq;, qm̃ differẽtia motuũ nõ solum fit circa per quæ motus fit, sed etiã circa ea quæ mouentur ferrũturue, certe cõsentaneũ est si vnũ idemq; fuerit interuallũ per quod fit motus modo ea quæ mouentur secundũ momẽta differant, quã rationẽ habent momenta inter se, sane habebũt etiã tẽpora motuũ inter se, ceu si momentũ duplũ fuerit immediate tẽporis motus fiet, & si pondus duarũ librarũ per spatium aliquod pedale deferretur in semi hora, & pondus vnius libræ per idẽ spatiũ deferetur in vna hora, & econtra quã pportionẽ tẽpora habẽt inter se, eandẽ etiã necesse est habere ea quæ mouentur. Hoc aũt prorsus falsum est, & hoc fide dignũ quippe id sit melius omni demõstratione p rationẽ, quod fit habeturq; ex ipsa euidentia. Nã si dimiseris duo grauia maxima mẽsura inter se discrepantia simul ex

vide tu 72. commẽtum Auerois q de opiniõe magri dicit tarditates accidentale. Quarta pars horæ sunt quindecim minuta, qm̃ hora diuiditur in sexaginta minuta, & minutũ in 60 secũda & ita deinceps vide ab Astronomis hæc & a calculatoribus.

eadem

eadem profunditate, intueri nempe poteri proportionem tẽporis motuum non sequi pro-
portionem grauium, sed minima quædã differentia fit secundũ tẽpora, quod si non multa
mensura grauia differrent inter se, sed vnũ veluti duplũ esset, alterum vero dimidiũ aliquã
obtinebunt tẽpora motuũ inter se, aut si habeant nõ sensibilem profecto habebunt, quãquã
grauia talem nõ haberẽt differentiã, sed in dupla ꝓportione vnũ se haberet ad alterũ, si ergo
differẽtibus mobilibus, & vno ac eodẽ existente illo per quod fit motus nõ quã proportio-
nem habent ad se inuicem corpora, eandẽ habent tẽpora motuũ inter se, & econtra non quã
proportionẽ habent tẽpora, eandem habent ea quæ mouẽtur, & differũt ea per quæ motus
fit, ceu aer & aqua, igitur non quã proportionẽ habent inter se aer & aqua, eandẽ rationem
habere tẽpora motuũ qui fiunt per aerem & aquã, necesse est neq; quã proportionẽ habent
tẽpora inter se, eandẽ habebũt aqua & aer per fit motus, si autẽ proportionẽ differentiæ cor-
porũ non sequitur differẽtia tẽporũ, si ergo in duplũ aliquod subtile acciperetur nõ moue-
bitur immediate tẽporis sed in maiore, & quod quidẽ paulo prius dicebã, quanto fieret sub-
tile corpus tanto diminuitur tempus quod additur ex diuisione corpus. At nunquã consu-
mitur & diminuitur secũdũ proportionẽ subtilitatis vt diximus. Neq; enim in duplo subti-
le immediate tẽporis mouebitur. Vnde si non quãta mensura fit subtile corpus, tantã dimi-
nuitur tẽpus, & cum diminutũ corpus subtile fit, nũquã consumitur tẽpus ex diuisione cor-
poris appositi per quod fit motus, igitur nũquã in equali tẽpore idem spatium plenũ & va-
cuum aliquid pertrãsibit. Hoc igitur demõstrato, & illud simul ostensum erit vacuũ nun-
quã habere proportionẽ aliquã ad plenũ, neq; sequitur hoc ex eo quid potest motus per
vacuũ fieri. Quod quidẽ igitur nũquã eandẽ habebit rationem vacuũ ad plenũ patet, cum
neq; tẽpora ipsa. s. tempus motus facti per plenũ, & tempus motus facti per vacuũ habeant
proportionẽ inter se, equalibus existẽtibus interuallis. Item diximus non esse necessarium
quã proportionẽ haberent tẽpora inter se, eandẽ habere & interualla inter se per quæ mo-
tus fit. Quod aũt prorsus nullam quãuis proportionẽ habebit vacuũ ad plenum. Et si tem-
pora motuũ aliquã proportionẽ inter se habeant hinc constabit. Nam si discrimen motuũ
nõ modo fit propter interuallũ per quod motus fit, sed etiam propter ipsa quæ mouentur,
& interuallũ per quod fit motus est causa tẽporis motus impediens. Impedit nãq; crassitu-
dinem alicuius corporeitatis quæ eget tẽpore vt diuidatur, quãdo ergo motus fieret per va-
cuum, tẽpus quidem cõsumitur, quoniam omnis motus simpliciter fit in tẽpore propterea
quod id quod mouetur nõ simul esse potest in ambobus extremis, immo tantũdem ac tan-
tudem tempus fit per propriũ vniuscuiusq; momentũ. At per ipsum vacuũ quo vacuũ est
ea quæ mouentur nullũ tẽpus consumunt ergo ceu per corpora mota consumunt. Neq;
enim penitus aliqua crassitudo talis vel consistentia vacui est ceu corporeitas quædam vt
etiam egeat diuisione, sed solum subiicitur ei quod fertur velut spatium incorporeũ & rece-
ptaculũ, eidem nullũ prorsus impedimentũ exhibens, quomodo igitur dicere potest, quod
si per vacuũ fieret motus, vacuũ haberet proportionẽ ad plenũ secũdũ crassitudinem. Nam
si propter corporalẽ crassitudinẽ & partiũ crassitiem aliquod tẽpus consumitur in motu, &
propter vacuũ vt vacuũ nullũ tẽpus labitur consumiturue, ergo si tẽpora illud. s. motus fa-
cti per vacuũ, & illud motus facti per corpus non cõparantur inter se, sed vnum solũ tẽpus
est, neq; sane vacuũ cõparabitur neq; proportionẽ habebit aliquã ad plenum. Nam si ea de
causa, quia tẽpora inter se proportionẽ habẽt Aristo. conclusit & vacuũ habere aliquã pro-
portionẽ ad plenũ, quoniã demõstrauimus quod in motu facto per corpus vt corpus ap-
ponitur aliquod tẽpus his quæ mouentur per corpus, & in motu facto per vacuum vt va-
cuum nullum tẽpus additur apponiturq; his quæ mouentur, necesse igitur est cũ tẽpora
pleni & vacui nullam proportionẽ habent inter se quoniã neq; sunt omnino duo tẽpora,
sed vnum & idem quo fit motus per corpus, neq; vacuũ & corpus habere aliquã propor-
tionem inter se. Nam plenum & vacuũ vt sunt simplic ter spatia, ceu stadia aut cubiti, ha-
bent proportionem inter se quatenus sunt per se sola incorporeæ magnitudines & quan-
titates ipsæ, quippe & tẽpora eorũ quæ mouentur per ipsas tãquã per tantas simpliciter spa-
tia proportionem habent inter se, attamẽ spatium si fuerit corpore plenũ & vacuũ, amplius
non necesse erit plenũ habere aliquam proportionẽ ad vacuũ secũdũ ipsam substantiam,
crassitudinem partiũ, & corporeitatem, quoniã neq; tempora eorũdem motuũ qui fiũt per
ipsa quatenus talia sunt, inter se cõparantur quẽadmodũ diximus, sed apponitur tẽpus cũ
quippiam mouet per corpus quatenus tale est quare cũ nulla fuerit proportio tẽporis ap-

positi per corpus ad aliquod aliud tempus appositum per quandam crassitiem vacui, neq; vacuum ad corpus qua talia sunt proportionem habebit. Accidit, autem paralogismus quoniam volebat acceptam proportionem quomodocunq; tēporis accepti prorsus inferre tribuereq; his de quibus tempus prædicatur. Nam quia diximus si acciderit duplum esse tempus motus facti per aerem ad tempus motus per vacuū, inquit necesse est eandē proportionem & aerem habere ad vacuū secūdū ipsam corporalē crassitudinē, & esse ceu in duplo ipsum crassius, hoc autē non recte assumptū est, quoniā dixerim & ego, quoniā dum cogito consideroq; hoc theorema aliquod tēpus elabitur atq; elapsum est ceu hora vna. Et sit tēpus huiusce considerationis vna hora. Et dum lapis quidā aliquā distātiamq; aquā transit percurritq; duæ horæ euolent ac elapse sint, igitur necesse erit cum tēpora habeant proportionem inter se vt etiā ea de quibus tēpus prædicantur eandē habeant proportionē inter se, habebit igitur duplam proportionē secundū crassitiem aqua ad considerationē, & motus ad considerationē, atq; lapis ad Theorema, hoc autē per ridiculū est. Et si tēpora ipsorū haberent proportionē inter se, tamen aliquis nō ita insaniret, vt asserat hæc etiam habere obtinereq; proportionem inter se vel idem vel aliud quoduis. Sed quid ipse dico de motibus diuersorum generū. Neq; enim si aliquid in vna hora calefieret, & aliud fieret nigrum in duabus horis, vel si ambo nigrefierent, aliud quidem in vna hora aliud vero in duabus horis, necesse est vt quā proportionem habent tēpora inter se, ita etiam ea quæ mouentur secūdum consistentiā & crassitiem neq; rursus quoniā tēpus motus lunæ habet proportionē ad tempus motus Mercurii, profecto necesse est spheras etiā inter se secūdū crassitiem habere, eandem proportionē, vel loca in quibus mouentur. Rursus neq; quoniā tēpus omnis motus recti facti per corpus ipsum tēpus habet aliquā proportionē ad tempus motus spheræ lunaris, profecto necesse est & ea in quibus mouentur ceu aer & superficies continens spheram lunæ sunt, eandē proportionē habere inter se, vel omnino cōparabilia esse, quippe quæ sunt diuersi generis, vt etiam ipse dicit nequeant cōparari. Per hæc omnia igitur patet nō necesse esse si tēpora quædā habēt proportionē inter se iam & ea quorū sunt tēpora habere aliquā proportionē inter se. Nam cum sit vna & eadē natura tēporis quæ omnē motū mensurat, & nō omnis motus omni motui cōparabilis sit, quippe neq; alteratio auctioni cōparabilis est, neq; id quod alteratur secūdū scientiā cōparari potest illi quod fit albū aut nigrum, quēadmodum igitur tēpora in his proportionē habēt inter se & tamē ea de quibus tēpus prædicatur, quoniā sunt diuersi generis nō sunt cōparabilia, sic etiam sentio in proposito, quia fateor tēpus motus per vacuū ad tempus quo fit motus per corpus habere proportionē aliquā quoniam & aliquomodo omne tēpus ad omne tēpus finitū aliquā proportionē habet, attamen vacuū ad plenū nullā proportionē habet. Nam hæc sunt diuersi generis inter se. Argumenta igitur ex motu ad locum sufficiēter sermo & disputatio tractauit atq; dissoluit. Vltimū argumentū autē quo probauit Aristo. neq; ob loci opportunitatem corporibus vacuū impleri tanquā ex hoc accidat temere ipsum esse, immo neq; esse, quippe nihil frustra fiat in his quæ sunt. Nam (inquit) si esset vacuū, necesse foret corpus positum in eo per tantū spatium vacui recipi, quantū ipsum est, quare inquit quoniā secūdū nihil aliud est corpus in loco, quā quatenus quodā spatium est, si separabimus ab ipso omnia secūdū quæ nō est in loco, ceu colorem & alia omnia nihil cōtinebitur præter spatium, quare vacuū a spatio non distaret neq; differret, si autē spatium corporis & spatium vacui non differunt inter se, quid opus est extrinsecus aliud spatium corporibus tribuere accōmodareq;, cū vnū quodq; corpus per se propriū spatium habeat, igitur vacuum nō est corporibus necessariū. Item si duo similia spatia sese mutuo reciperent, etiā duo corpora sese recipient. Nam corpora secundū nihil aliud, q̄ quatenus spatia sunt, & nō qualia sese recipient mutuo, quoniā nō quatenus qualitate cōstant & formantur sese recipiūt mutuo, quippe nihil vetet plures multasq; qualitates in eodē esse, sed quatenus spatia sunt, etsi penitus duo esse queunt, cur etiā non plura, etsi spatium qua spatium est altero eget interuallo, & vacuum altero vacuo egebit, quoniā vacuū est spatium, quare vacuū in vacuo erit. Ego autem ad hæc primū illud quidē dico, quoniā si demonstrauimus in rationibus de loco, quod necessario est in his quæ sunt tale spatium esse suaptæ ratione omni corpore vacuū, quod quidē etiā locus est corporū, stultum est dicere si in vnoquoq; corpore spatium sit, aliud spatium corporibus extrinsecus tribuere vanum esse, quippe esse, quippe nos rerum naturas nō formemus effingamusq;, sed quomodo se habent res studemus nauamusq; operam cognoscere, neq; cum causas eorū

Aduerte bonā obiectionē a sili. Recte dicit imo cogitatio ītellectio sūt motus metaphorice, vide themistiū & hunc, atq; simpli. i lib. de aīa.

Etiā motus ad terrā specie vere est.

Tēpus motus lunæ ad tps motus mercurii duplex vel totū ad totū & ita tēpus Mercurii vnius anni & lūæ fere in mēse.

Septio phisicorū & p gen9 materiā ītellexit. s. subiectum vt mos eius est.

Rñdet. Præceptū quoque platonis est vt cū ha

quæ fiunt non poſſumus aſſignare, eſſentiam ipſorum de medio tollere ac ipſa eſſe negare debemus, quare & modo aduerſarii vel confutent rationes ac redarguant quibus demonſtrauimus tale ſpatium eſſe, vel ſi rationes vere ſunt, ſtolidum reuera eſt deſtruere tollereq; id quod eſt, quoniã nequeunt cauſas aſſignare quomodo illud ſit, vel quia ea quæ videtur difficilima cognitu in ſermonẽ diſputationemq; de ipſo non poſſunt ſoluere, perinde atq; ſi aliquis non poſſet alicuius partis earũ quæ ſunt in animali cauſam aſſignare, ipſam neq; eſſe diceret, cum igitur res ſit, enitendum eſt ſoluere difficilima quæ accidunt in diſputationem ſermonemq; de illo, & non propter hæc tollere naturam eius. Deinde male in idem redigit vacuum & corpus. Nam & ſi a corpore omnem qualitatem ſeiunxeris, neq; hoc modo erit ſpatium corporeum idem cum vacuo, quoniã quãquã omnem qualitatẽ a corpore auferamus tamẽ relinquetur materia mole extenſa & corpus qualitatis expers, quodquidẽ cõponitur ex materia & forma ſecundũ quantitatem, vacuum autẽ non cõponitur ex materia & forma, quippe neq; ſit corpus, ſed incorporeũ, & ſine materia, ac ſolum receptaculũ corporis. Si ergo ſublatis omnibus qualitatibus a corpore nihil minus relictum eſt corpus, & vacuũ non eſt corpus, igitur nunquã accidet corpus in corpore eſſe, ſi eſſet corpus in vacuo velut in loco. Sed fortaſſis inquit. Si ſpatium qua ſpatium eſt in loco eſt, auferatur etiã ab ipſo materia quæ propria ratione incorporea cum ſit neq; in loco eſt, quare ſaltim hac ratione ſpatium corporis nihil diſtabit differetq; a vacuo, Sed ſcias hunc impoſſibilia petere, quoniã nullũ eſt corpus quod quidem in loco eſſe dicatur, & nequeat per aliud corpus recipi, quin illud materia & forma conſtet. Sublata igitur materia ab ipſo mox etiam forma corporis diſcedit & perit, quippe quæ in materia eſſentiã habeat & ſit. Quemadmodũ igitur dicentes album eſſe viſus diſgregatiuum non aliter hoc eidem ineſſe dicimus, q̃ in ſubiecto corpore quod eſt, atq; quando dicimus contraria non poſſe in eodem eſſe, tunc contraria in corporibus ſubiectis ineſſe dicimus, ceu in corpore frigidũ & calidum, quæ ſiquidem extra corpus eſſe intelligemus, mox & hoc modo eorũ eſſentiam vna ſimulq; auſeremus. quoniã ſi non velut in ſubiecto corpore cõtraria intellexerimus, neq; interſe mutuaq; pugnabunt, & ipſa eſſe ſecundũ idem eſſe nihil vetabit. Nam in genere demõſtrauimus nihil vetare contraria actu eſſe, & vnam & eandẽ animã ſecundũ idem eorũ definitiones habere, quandoquidẽ vna ſit contrariorũ ſcientia. Et neq; album erit viſus diſgregatiuum nõ exiſtens in corpore, ſimiliter neq; nigrũ congregatiuũ. Hoc igitur modo & ſi ſpatium corporeum extra materiã intellexeris non amplius in loco erit, Neq; enim naturale corpus eſſet, neq; tale negaretur recipi per corpus, immo neq; eſſet diuiſibile dimenſumq; niſi ratione, immo penitus non eſſet aliquod tale corpus in ſubſiſtentia, niſi quis illud exemplar eſſe dixerit, vel rationem definitiuam ideam. ſ. de quibus nũc minime ſit ſermo, quoniã hoc opus inſtitutumq; eſt de naturalibus rebus. Neceſſe omnino igitur eſt corpus quod dicitur locũ occupare eſſe nihil aliud eſſe, q̃ naturale, hoc autẽ eſt cõpoſitum ex materia & forma, quod igitur cum fuerit in vacuo vt in loco, non ſequeretur corpus in corpore eſſe. Neq; enim corpus eſt vacuum, nec in caſſum eſt vacuum, ſiquidem ſit locus corporum. Item neq; erit corpus velut ſpatium in alio ſpatio, ſed velut corporeum ſpatium in loco, quare nõ neceſſe eſt & vacuum in alio eſſe ſpatio, ſiquidem non quatenus ſpatium ſit corpus, ſed quatenus corpus eſt in ſpatio locali eſt. Demonſtrauimus autem & ſufficienter in rationibus de loco quod non ſequitur corpus recipi per corpus ſi corpus eſſet in vacuo velut in loco.

bueri mus rõnes bonas potentesq; de alio quo quibus meliores ſi inuenimus tãdiu illis credere quãdiu inuenie mus meliores.

Oppõ. Rñſio.

Si autem dixeris in vnoquoq; ſpatium vna moueri cum corporibus, quæ igitur eſt iſta opportunitas tribuendi accomodandiq; externum ſpatium corporibus. Dico ea de cauſa opportunum eſſe externum vacuum, quia corpora naturalia prorſus oportet in loco eſſe & moueri ac quieſcere in eo. Nam fateor impoſſibile eſſe, vt fiat motus ſecundũ locum non exiſtente quodam ſpatio. Si ergo cuncti fatentur cõmuni conſenſu corpora in loco eſſe, & demonſtrauimus locum naturalium corporum non eſſe aliquid aliud q̃ tale ſpatiũ, quoniam corpus eſt id quod eſt in loco, & corpus eſt ſecundũ tres dimenſiones, igitur in loco eſt ſecundũ tres dimenſiones, ſi autẽ hoc admittitur, & locum trifariã dimenſum eſſe. ſ. trina dimenſione conſtare neceſſe eſt, vt recipiat trinam dimenſionem, trifariamq; diuiſibile & dimenſum ſecundũ tres ſuas dimenſiones, quare ſi neceſſe eſt locum tribui corporibus naturalibus, & hoc cõmunis conceptio ſententiaq; fatetur, & demonſtratũ eſt locum eſſe ſpatium, igitur neceſſariũ eſt tale ſpatium eſſe Præterea demonſtrabimus vltro procedentes, neq; motum ſecundũ locum eſſe hoc non exiſtente, & ſane ipſe non dico exiſtente vacuo

Oppõ. Rñſio.

prorsus separato ac eodẽ per se. Hoc enim sæpe significasse volui, sed ratione propria separato, & semper corpore pleno. Deinde dicere quod si duo spatia mutuo sese reciperent cur non tria, reuera stultũ est, quoniã neq; corporeũ spatium potest per corporeũ spatiũ recipi, neq; vacuũ in vacuo esse, quippe vacuũ immobile sit, quoniã penitus corpus non est, quare si vacuũ nõ potest esse in vacuũ, neq; corpus in corpore, solum aũt corpus potest fieri in vacuo tãquã id quod implet in eo q́ replendũ est, igitur solũ hæc spatia simul esse possunt corporeũ. s. in loco, nequaquã aũt tria, quoniã neq; locus potest esse in loco, neq; corpus in corpore, neq; in vno & eodẽ loco duo corpora põt esse. Quod quidẽ igitur nullũ argumentorũ quæ vacuũ tollunt de medio habeat concludatue aliquod necessarium, satis sufficienterq; diximus. Cæterum demonstrabimus nos primũ quod & si vacuũ esset separatũ, & omni corpore priuatũ nihil prohibet per ipsum fieri motũ secundũ locũ. Deinde quod quidem iam dicebã, q́ neq; possit penitus localis motus esse, nisi fuerit quodã tale spatium, & si nũquã sine corpore esset. Quod igitur & si vacuũ esset spatiũ separatũ a corpore non solũ impediret corpora per ipsum moueri in tẽpore, sed etiã in motu esse celeritatem, & tarditatẽ, iam ex destructione argumentorũ quibus hoc videbatur probari ostensum est, sed idẽ per se ostendere ac seorsum emittẽdũ est. Primũ igitur si est motus orbicularis, & ipse nõ vnus & idem est, sed differens, quippe alia atq; alia sphera aliter atq; aliter moueatur equidẽ alia celerius, alia vero segnius circũducitur. Et ea quæ mouentur in orbẽ & circũaguntur non per aliquod corpus mouentur, neq; enim diuidendo aliud & aliud corpus sic mouentur, sed conuertuntur in seipsa nullũ diuidentia corpus. Sphera nãq; innerrabilis quã firmamentum libuit appellari extrinsecus non tangit aliquid, si ergo spheræ nullũ corpus diuidunt, & tamen in tẽpore mouentur, & alia celerius, aliaq; segnius, igitur fieri motum per corpus non est causa vel consumãdi tẽpus in motu, vel vt sint celeritas & tarditas in motu, sed quia differens est vis in his quæ mouentur, idcirco aliquid celerius, & aliquid segnius voluitur. Vnde rectæ putant tempus omnino consumi in motu si celerimus fuerit motus in tempore qualis est motus spheræ stellarum fixarum, & huius causa est ipsa forma motus dico. s. ea quæ efficit omnẽ motũ esse. Nam impossibile est idem secundũ vnum & idem nunc in alio & alio loco esse. Si ergo est aliquod corpus motu celerimum inter ea quæ sunt, & nihil, in suo motu diuidens tamẽ in tempore mouetur per ipsam motus naturam, cur & in his quæ recto motu mouentur, etsi per vacuum haberent motum, non sequetur ea in tempore moueri, & habere velocitatem & tarditatem. Præterea cum ipsi demonstrauimus in rationibus de loco omne corpus implere quodam receptaculum vacuũ in quo etiam mouetur, si autem corpora cælestia cum per vacuum motum habent, quippe alia pars cæli aliquã aliam vacui partem occupet, in tẽpore mouentur, & habent celeritatem & tarditatem igitur multo magis quæ recto motu cientur, quãquã per vacuũ mouerentur, in tẽpore mouebuntur, & habebunt velocitatem & tarditatem, Nam si penitus causa erat vt aliquid esset in tẽpore ipsum corpus quod in motu diuidebatur, & ob id quæ mouebantur per vacuũ ipsa momento & repente necesse erat moueri quia nihil erat, quod diuiderent, multomagis hoc oportet accidere motui omnium velocissimo, dico. s. orbiculationi. Nam ea quæ in orbem voluuntur diuidunt aliquod corpus. Sed hoc non accidit, & omnis orbiculatio est in tempore, ac nullum est quod diuiditur in motu, igitur multo magis neq; in his quæ mouentur motu recto hoc accidet, sed quãquã mouerentur in vacuo, prorsus in tempore mouerẽtur & nihil esset quod prohiberet velocitatem & tarditatem in motu. Item potest ratio Aristo. cõfutari ex motibus voluntariis qui velut animalibus nobis insuut. Nonne si vacuũ foret interstitium hoc inter cælum & tellus, & ipse petens velem ex Athenis ad Thebas proficisci, repente ac instanti vlla sine mora ex Athenis Thebas profectus essem, at hoc ridiculum est, quippe idem simul secundum idem momentum & nunc foret Athenis & Thebis, immo simul vbiq;. Nam si forte ex Athenis proficiscẽs in Italiam peruenire, & mihi opus esset in instanti & sine vllo tempore motu facto per vacuum peruenisse, igitur necesse foret secundũ idem momentum & nunc me Athenis simul atq; italiæ esse, si autem hoc, etiam simul esse in omnibus regiõibus & locis intermediis esse me oportebit, quod si hoc dabitur, etiam vbique esse opus erit, si me cogitaueris aliquam terræ continentiam ac ambitum peragrasse, cur atq; quomodo cõtinuo facta ambulatione, alter celerius ambulat, alter autem segnius, modo sine tempore ac momẽto ipsam similiter per ambulauerint ac confecerint. Item quid plus obtinent vis pollentior ipsa imbeciliore, atq; cursor ipsa imbecilli muliercula & senio confecta.

Aduerte tu ga iste uir uidebatur alludere assentireque syllogysmo Theophrasti in prologo cũ probabat minorẽ propositionẽ. si q́ pẽs res naturales essent cõposite sine cẽnt. accidentia præter principia quo ergo ponit hoc uacuũ.

Aduerte spheras cętra primã duplici motu potiri cõi & proprio, cõi in quã celerior ẽ pria sphera quæ 24. horis absoluit cursũ. Deinde sphera Saturni q̃ maior est sphera illa Iouis et ita deinceps usque ad lunã quoniã celerior motus hic ẽ qui plus spatii pirã sit inequali tpe uel in minore, sed proprio motu uidetur luna celerior quia in. 27. diebus & 8. fere horis cursum pficit, Mercurius et Venus Sol in

confecta. Si autẽ nihil prohibet ambulationẽ fieri per vacuũ in tẽpore, & ambulatio motus est secũdũ locũ, igitur nihil prohibet existente vacuo fieri motũ per ipsum. Et si penitus motus qui fiunt ab anima & vacuo existente fierent, quid vetat & motus naturales per vacuũ in tẽpore fieri. Verũ si quis vtens sententia quæ dicitur in vltimis libris scientiæ naturalis insteterit obiecerit q̧ rõni, & dixerit in ambulatione nõ solũ quẽdã motũ videri, sed etiã quãdã priuationẽ. Nã oportet alterũ pedẽ inniti alteri & firmari. Quocirca diceret talis consumi tẽpus in ambulatione nõ ꝓpter motũ sed ꝓpter stationẽ interpollatã motu. Ego autẽ dicerẽ ad hunc stationẽ nõ esse totius corporis sed partis, motus autẽ totius corporis est cõtinuo & sine interpolatione factus, statio autẽ sm partẽ fit. Nam altero pedi statio semper vicissim & successiue inest. Quod aũt nõ totũ corpus stet sed cõtinuo moueatur hinc quoq̧ patet qm̃ natura fecit stationẽ alterius pedis propter motũ totius. Nam innixu firmationeq̧ alterius pedis totum corpus mouetur, cũ igitur figitur & firmatur pes totum corpus mouetur. Nã si totum dum pes gradũ sistit & ipsum staret quomodo mouebitur. Nam cõtinuo alter pes firmatur & sistit gradũ, qm̃ totum corpus stare in sublimi & subleuatũ esse nõ potest, quare vel neq̧ totũ penitus moueť, vel simul stante parte mouebitur, igitur nõ erit totius statio sed partis videlicet alterius pedis, igiť totũ mouetur cõtinuo in ambulatiõe, & nõ prius totũ firmať & stat q̃ ambo pedes steterint, si ergo cõtinua est nõ interpollata ambulatio, igiť ꝓficiscẽs ex Athenis ad Thebas per vacuũ si quidẽ momẽto & repẽte ex Athenis ad Thebas peruenit, simul erit ille Athenis & Thebis, hoc aũt fieri nõ potest, qm̃ aliquis sm idẽ vbiq̧ esset, vel ergo, nõ poterit quispiã ex Athenis ad Thebas per vacuũ moueri, vel prorsus in tẽpore erit ambulatio. Atqui nõ posse per vacuum ambulare absurdũ est, quoniã quid prohiberet vacuo existẽte aliquẽ ambulare. Nam si modo cũ sit corpus intermediũ, & hoc nos diuidẽtes in ambulatione nõ prohibemur ire, quãto magis cũ nullũ fuerit impediens nõ prohiberemur ambulare. Quid porro esset prohibẽs per vacuũ hoc segnius moueri, illud vero celerius. Nam cũ fit motus per corpus nihil prohibetur celerime moueri, qm̃ aer facile diuidiť, quãto magis si vacuũ fuerit intermedio nõ prohiberetur neq̧ is qui passim ac segnius ambulare incedereq̧ vellet. Nã celerem motũ forsitan impediret intermediũ corpus p diuisionẽ sed ad ambulandũ segnius aliquod vacuũ impediret? Quare si quispiã potest ire per vacuũ segnius, & segnior ambulatio cõtingit fieri in multo tpe, certe cõstat quod in tpe per vacuũ fiebat ambulatio, quid ergo si motus volũtarius fit in vacuo in tẽpore, prohibet & naturalẽ motũ p vacuũ fieri. Itẽ hoc ex motibus ꝓternaturã & vi factis de hoc fidẽ facere posset. Nã si vacuo existẽte duo quidã essent qui iacula telaq̧ arcu iacerẽt, & alter esset puer ipotẽs, & alter fortissimus, deinde iaciat telũ ad scopũ ad quẽ puer telum iacere põt, si ergo simul peruenerint iacula & sagittæ, simul ꝓfecto ambe sagittæ attingerẽt scopũ, & iaculũ fortioris nõ perueniret ac prius attingeret scopũ, quod sane ridiculũ est. Nam sic vis robustior nihil conferret ad proiiciendũ celerius, hoc autẽ absurdũ est, si ergo quippiã plus habebit a id quod iacitur a robustiore vi, illud plus profecto in tpe habebit, igitur in multo tẽpore id iaculũ q̧ a puero iacitur perueniet in scopũ & signũ, si ergo pollentiore vi adhuc pollentiorẽ accepero, etiã aliquid plus vigoris habebit iaculũ, igiť & illud plus in tpe fiet, igiť & illa mouit iecitq̧ sagittã in tpe. Itẽ si vacuũ erit, proiiciať lapis ꝓter naturã sursum, igr̃ aliquẽ locũ ceu stadium occupabit & permeabit repente ac momẽto. Et si hoc admittiť, igr̃ si proiicereť a fortiore vi, celerius ipsum locũ occupabit ac ptransibit spatiũ. At quid est momẽto celerius ac breuius, etsi stadiũ momento repenteq̧ occupatur, pp quid nõ duo, et sic vsq̧ ad spherã innerrabilẽ. Sed quid hoc magis per ridiculũ est, quare si hec absurda sunt, cõstat sane quod & si vacuũ erat in tẽpore prorsus motus præternaturã per vacuũ fiebat. Si ergo motus voluntarii ꝓter naturã vacuo existente fiebant in tẽpore, sane patet q̧ etiã motus naturales fieri in tempore queãt. Statuanť ponaturq̧ interstitiũ inter cælũ & tellus esse vacuũ, si ergo a sphera innerrabili dimittereť lapis momẽto ad terrã ꝑueniret, sed qd hoc magis ridiculũ, qm̃ lapis foret in motu vlla sine cõparatiõe celerior ipsa sphera stellarũ fixarũ, sed si momẽto & sine tẽpore ꝓiectũ ab imo ad supnũ locũ ꝑueniebat, vel a supno ad imũ, dico aũt supnũ spherã innerrabilẽ, & imũ terrã, accideret in eodẽ momẽto & nũc lapidẽ eẽ sursum & deorsum, qd sane fieri nõ põt, quare prorsus necesse est lapidẽ dimissum ex supno loco p vacuũ itermediũ, vel penitus nõ moueri, sed qescere p totũ in locũ ꝓter naturã in vacuo proiectũ, vel si hoc rursus fieri non põt, relinquiť ergo in aliquo tẽpore ipsum locũ secundũ naturã occupare, dico. s. ipsam terrã. Cũ igiť vnũ ex tribus quæ accidunt dari oporteat, vel idem simul esse sursum &

365. diebus et qnq̧ horis & 49. minutis mars i duobus annis Iuppiter in 12. Saturnus in 30. & hoc ij q folii. 8.

Spheras dãt si plures vnde ab astronomis et considerata magnitudines celorũ et forte oppositũ videbis etiã de motu proprio

Aduerte sententiam Ari. esse in lib. d incessu aialium ubi dicunt oẽ q mouetur idiget duplici qe sẽte itrinseco extrinseco.

Aduerte q̧ [illegible] uolare nequeunt nisi pedibus aeri imitãtur multo magis neq̧ corpora et animalia terrena.

Idẽ probat ex motibus uiolentis.

deorſum,vel lapidem proiectũ in vacuo quieſcere in loco præter naturã,vel in tẽpore moueri,ſi autẽ duo priora demonſtrauimus impoſſibilia eſſe,relinquitur ergo tertium verum eſſe,quod quidẽ igitur etſi vacuũ eſſet,nihil prohibeat motum eſſe,& ipſum in tẽpore fieri, quippe nullus ſit motus ſine tẽpore ſufficienter puto demonſtratum eſſe. Quod vero impoſſibile ſit vacuo non exiſtente motũ fieri diſcas hunc in modũ,ſi nãq; in motu qui fit per corpus ceu per aerem,oportet omnino partes aeris cedere ei quod mouetur,ac tantã cedere molem aeris,quanta eſt id quod mouetur,& non eſt aliquod vacuũ ſpatium ꝙ cõplexum ſit corpus mobilis tranſlatum,quod cedendo ei ꝙ mouetur dederit ipſi locũ dum moueretur,ſed aer tranſmutatus ac tranſlatus nullũ relinqueret ſpatium, quid opus eſſet tranſlatione ac ſucceſſiua tranſmutatione,vt aliquid cedat ei ꝙ mouetur.Nõ enim ſuperficies ſola cedit,quoniã ipſa non eſt id ꝙ mouetur vt recipiatur a ſuperficie loci adequata ei ac tangens ipſam,ſuperficies autẽ non continet corpus neq; ei adequatur.Nã ſi id quod mouetur ſemper aliquod ſpatium ſibi equale mutat,& hoc ſpatium vel vacuũ neceſſe eſt,vel corpus eſſe, & corpus per corpus non poteſt recipi ac meare,igitur neceſſe eſt alicubi vacuũ eſſe quod quidem ſemper occupet ſpatium.Nam ſi id quod mouetur eſt trifariam dimenſum ac diuiſibile,& totum vt totum mutatur,profecto tanto loco egebit, quantũ & ipſum eſt,alioquin ſi hoc nõ eſſet tantũ aeris cedere quantũ ipſum eſt non oporteret.Sit autẽ verbi gratia vnius cubiti id quod mouetur ſecundũ tres dimenſiones,igitur tanta loci regione tantoq; ambitu egebit,hoc autẽ vacuũ eſt,igitur ſi vacuũ non fuerit,impoſſibile eſt motum eſſe.Item ſi intellexeris aerem qui cedit ipſi mobili ex proprio loco tranſmutatũ,in quo neq; id quod mouetur ſeſe recepiſſe,neq; aerem circũſtantẽ in eodem ſuccedere ac incidere,quid ergo iſtud interſtitium aeris circũſtantis aliud eſſet,quã ſpatium vacuũ in quod recipitur id quod mouetur.Sed de hoc latius diximus in rationibus de loco. Igitur ex his etiam conſtat id quod mouetur ſecundũ locum mutare ex alio aliud quoddã receptaculũ vacuum.Sepe autẽ ſignificaui ac notari volui hoc vacuũ etſi idipſum aſſero habere propria ratione ſubſiſtentiã, & circa ipſum immobile manens aliud atq; aliud corpus eſſet conſtrictio in vacua,certe nõ foret mutatio ſimilaris.Deinde ad exemplũ clarius deſcendit & progreditur.Nam quemadmodum(inquit)maioris circuli circũferentia fieri poteſt minoris circuli,quippe ſemicirculus maioris poſſit fieri ambitus duabus partibus circuli minoris conſtans,quemadmodum igitur in his fieri accidit quãquã ſectiones circuli ſimilares ſint quãdo maioris circuli circũferentia cõſtringeretur conducerenturq; in minus & fieret circũferentia minoris circuli ſimiliter circũferentia vndiq; coeunte ac cõdenſata cohibitaq; partes quidẽ fiunt magis curue quã prius,& certe nõ erant aliquæ in maiore circulo quæ nõ eſſent curue ſed rectæ quæ cũ cõſtringerẽtur in circũferẽtiã minoris circuli curue fierẽt,ſed ſimiliter cũ tota eſſet curua circũferẽtia maioris circuli,ipſa rurſus per totã ſimiliter fit magis curua,& rurſus circũferentia minoris circuli cũ fieret maioris circuli circũferẽtia eadẽ rõne extẽderet͛.Quẽadmodũ igitur in his remittit͛ vel extẽdit͛ curuitas nulla re in circulo deficiẽte aut intermiſſa,ita hoc ſe hẽt in raritate,& denſitate,paruitate & magnitudine,quippe materiã nõ aſſumẽs aliqd cõtrahatur coerceaturq;.Immo neq; p cõtractionẽ cohibitionẽq; partiũ & iplemẽtũ vacui,ceu fit in dilatatione expãſioneq; lanæ,ſic fit maius ex paruo,vel coeũtibus cõſtrictiſq; partibus in vacua rurſus,ex maiore minus,ſed potius qa vna & eadẽ materia cũ ſit potẽtia vtrũq; ſic actu fit,vt etiã dicebã accidere in ſuperficie circuli cũ magis vel minus curua fit.Quemadmodũ aũt aliæ alias qualitates ſæpe ſequũtur ceu dẽſitas frigus ſequitur,vel humiditatẽ albedo,vel caliditatẽ vel ſiccitatẽ.Ita ingt raritatẽ ſequit͛ leuitas,& denſitatẽ grauitas.Ipſe igr.ſ.grauitas & leuitas prorſus ſequũtur altera raritatẽ & altera denſitatẽ,quas etiã aliæ duæ qualitates plerũq; ſequũtur.ſ.denſitatẽ ſequit͛ durities,& raritatẽ mollities.verũ nõ in omnibus idẽ accidit vt inquit,qm̃ in ferro & plũbo hæc diſcrepãt atq; diſſentiũt.Nã plũbũ cũ ſit dẽſum molle eſt ferrũ vero cũ ſit rarius plũbo durius eſt,quare raritatẽ & dẽſitatẽ vtrãq; duæ aliæ qualitates ſequũtur.Verũ raritatẽ ſemp ſequitur leuitas & mollities plerũq;,denſitatẽ autẽ ſemp grauitas,& durities plerũq;.Hoc aũt Ariſto.de induſtria dixit,quoniã propter hoc dicebãt illi rarum leue eſſe quoniã rarũ habet plura vacua inſerta interſperſaq;,quippe que eſſent cauſæ lationis furſum.Quocirca ipſe inquit raritatem ſequi leuitatẽ,& denſitatẽ grauitatẽ, quarũ quidẽ leuitas eſt cauſa lationis ſurſum,& grauitas delationis deorſum,quare inquit ꝙ vacuũ non ſit neq; ſeparatũ,neq; corporibus interſperſum ſufficiẽter demonſtratũ eſt.Si autem aliquis maluerit motus ſimpliciter cauſam vacuum hoc appellare, is apellet grauitatem

tatem

tatem & leuitatem vacuum, vel potius materiam ipsam horum capacem. Inquit leuitas igitur, & grauitas sunt motus corporum causæ, durities autem & mollities affectionis passionisue ac nõ affectionis potius sunt causæ, quippe quæ mollia sunt facilius patiũtur, & quæ dura sunt, difficilius. Hec igitur dicit Aristo. ex quibus solute sint dubitationes. Et q̃ motus sit sine vacuo perspicuum est, quippe ei q̃ mouetur aer & aqua cedat, illi autem nondum scientes cohibitionem (ac vt ita dixerim) cessionem corporum scilicet quomodo corpora cederent dubitabant quonam pacto fieret motus sine vacuo. Nam dicebant cum aer semper vltro ante expulsus sit ab eo q̃ mouetur, necessario cælum fluctuare. Relinquitur autem soluendum esse illud argumentum de corporibus quæ mutantur ex minore in maius ceu ex aqua in aerem. Dicit igitur quoniam raritas & densitas fit secundum mutationẽ corporum, & non quia recipitur in vacua, quando ergo ex aqua fieret aer, extrinsecus aer densaretur impulsus ab eo q̃ fit & impulsu densatur, cum autem densatus est minorem occupat locũ, & ita neq̃ duo corpora in eodem erunt, neq̃ vniuersum fluctuabit, sed corpus quod augeretur in loco diminuti corporis recipietur. Sed hoc mihi videtur magnam dubitationẽ habere. Nam qua ratione impulsus densare & constringere possit perspicere contueriq̃ ne queo. Nam impulsus mouet id quod impellitur, & motus aptus est potius calefacere, & id q̃ calefit potius rarefit, quomodo fieri ac mutari, attamen non manere dico aliquando extra corpus, quemadmodum neq̃ materiam extra formam neq̃ corpus extra qualitatem, & si propriam subsistẽtiam suapte ac peculiari ratione habeat. Sic igitur vacuum quãquã propriam habeat subsistẽtiam, attamen nunquã est extra corpus. Nam aer cum sit humidus ac facile mobilis non permittit aliquando receptaculum ac locum esse ac recipi sed potius cedit corporibus priusquã occupatur vacuum. Hec igitur in tantum sint sufficienter dicta. Si quis autem quæreret & causas differentie motuum qui sunt diuersi per dissimiles figuras, qua ratione cum fieret motus vacuo celerius sphericum defereretur quã planum. Dicemus eum motus fit per corpora verum esse quod graue equalis ponderis ac momenti cum planum fuerit segnius defertur quoniam detinetur a multo aere quẽ capit, ac quia idem graue segnius diuidit multum aerem. Attamen si motus fieret per vacuum differentia cæleritatis & tarditatis secundum solam inequalitatem momentorum fiet, & diuersitas figurarum ibi nullam faciet differentiam, sed similiter planum & sphericum orbiculareue cum fuerint equalis momenti in eodem tẽpore deferentur quippe nihil sit magis vel minus impediens, sed solũ naturale momẽtũ quod agit ad motũ. Cũ igitur equale fuerit ac simile momentũ, & nihil fuerit magis vel minus ĩpediens, necesse erit equalẽ ac similẽ esse motũ.

Optie dubitationes.

Aduerte hoc. solutio.

Nos autem dicimus ex his quæ iam posuimus materiam unam esse contrariorũ, caliditatis inquã atq̃ frigiditatis, & ceterarum naturaliũ contrarietatum, & ex ente potentia ens actu fieri. Atq̃ non esse quidẽ ipsam materiã separabilem, ratione uero esse diuersam. Et unam numero coloris si forte fuerit, & caliditatis atq̃ frigiditatis.

Cum ostenderit neq̃ vacuum interspersum esse posse, quoniã dubitationes quibus probabant, sic vacuum esse ex raritate & densitate corporum videntur habere aliquid verisimilis & probabilis, vult & ipsas persoluere, & ostendit raritatem & densitatem non fieri secundum adiectionem & interiectionem vacuorum, ad quod ostendendum vtitur his quæ sunt demonstrata in primo libro. Nam dictum est (inquit) contrariis vnam & eandem subiici materiam, ceu calido & frigido, sicco & humido, molli & duro, & cunctis simpliciter contrariis, atq̃ ipsam esse potentia contraria licet alia sit secundum substantiam ab vnoquoq̃ ipsorũ, & recipiat vtrũq̃ diuisim. Quemadmodum igitur calidi & frigidi vna eadẽ materia est, atq̃ omnium aliorum contrariorum, ita autem inquit & corporis materia eadem est magni & parui, Non solum enim eadem est materia contrariorum sed etiam diuersorum, quemadmodum igitur inquit materia transmutata ex calido in frigidum non abiiciendo aliqua calida partiũ quæ sunt in ea, & assumendo extrinsecus, alia frigida sic mutatur ex calido in frigidum adiectione implementoq̃ a quodã eorum quæ extrinsecus accidunt, sed vna & eadẽ manens tota per totam mutatur ex calido in frigido, & ecõtra ex frigido in calidũ, quippe nõ sit aliqua pars ignis, quæ nõ sit calida, sed totus ignis p totũ calidus est igitur ex mutatione in frigidũ similiter totũ per totũ mutatur, & potẽtia materiæ ducitur ad actum similiter in albo & nigro atq̃ reliquis contrariis, qm albũ cũ fit nigrũ partes quidem albi non abiicit ex

aere facta est, aliquando quidem ex parua magnitudine in magnam, aliquando autem ex magna in paruam.

Quoniã non solum eadẽ materia est capax contrariorũ, sed etiã corpis, etiã qa mutãtur corpora in moles aliquando maiora, aliquando minora facta inquit & vnam esse magni & parui materiam, que mutatur in vtrumq;. Signum autem huius inquit, quoniam in mutatione corporum nihil videmus adiunctum extrinsecus, neq; cum sit maius aliquod vna factum, ecu quãdo aqua fit aer, neq; quãdo fit aliquid minus videmus aliquod diminutũ.

SIMI LITER igitur si & aer ex maiore fieret minor & ex minore rursus maior, materia est illa quæ potentia fit utrumque uicissim. Nam quemadmodum ex frigido calidum, & ex calido frigidum, quia potentia ambo erat, sic ex calido fit magis calidum, nulla parte materiæ calida tunc facta, quæ non fuerit antea calida, cum calida minus erat.

Quod non solum quando vndiq; tota esset mutatio similis hoc accidit, sed etiam quando magis & minus calida fit & mutatur, ceu ex densiore aere fit minor densitas, & ex magis calido minus fit. Etenim materia hic cum sit potentia vtrumq; mutatur in vtrumq;.

QVEMADMODVM neque circũferentia maioris circuli & curuitas, si fieret minoris circuli siue sit eadem siue alia, pars ipsius nulla facta est curua quæ non esset antea curua sed recta.

Adducit manifestissimum exemplum. Nam minus curuum fieret maius curuum neq; extrinsecus aliqua partes curuę in ipso facte sunt, neq; erat aliquid in ipso quod non antea non esset curuum, sed vndiq; rectum & postea factum sit curruum, sed erat totum similiter curuum ante, & postea magis curuum factum est.

NON enim eo quippiam minus aut magis est, quod deficit. Neq; enim est accipere flamme aliquam magnitudinem in qua albedo & caliditas non sit. Sic igitur prior caliditas est respectu posterioris. Quare & ipsa magnitudo & paruitas molis sensibilis non quia accipiat aliquid materia ideo extenditur, sed quia ipsa materies utrumq; subire potest. Quare idem rarum & densum est, & utriusq; materia: Atqui densum quidem est graue, rarum autem leue.

Quod & si eadem circumfererentia ex minus curua magis curua fieret, vel profecto alia circũferentia fieret alia circũferentia magis curua, idem fit atq; accidit. Neq;.n. eo quod deficit aliquid aut intermittitur in ipsis circumferentiis q̃ prius non erat curuum, ita sit magis curuum, sed tota similiter & prius cum esset minus curua, postea rursus transmutabatur in singulis partibus similiter, & fiebat magis curua. Nam minus curuum non eo q̃ habet aliqua intermissa quæ non sunt curua minus curuum dicitur, sed quia remisse totum per totum curuum erat.

ITEM sicut circuli circũferentia redacta in minus, non accepit aliquod aliud concauum, sed quod erat inuexum redigebatur in minus, sic & ignis, quem siquis accipit totus calidus est, ita & omne conductione & dilatatione eiusdem materiæ.

Eadem rursus in his dicit. Vnde ab eodem textu quem apposuimus, vsq; ad hanc partem vbi dicit. ita & omne conductione & dilatatione eiusdem materiæ interpretes decipiuntur, & forte repetitio superiorum est.

DVO enim sunt in utroq; raro & denso. Nam graue & durum densa esse uidentur, & contraria leue & mole rara.

Hoc est continuum paulo superioribus. Nam dicens. Atqui densum quidem est graue, & rarum leue inducit infertq;. Duo enim sunt in vtroq;, idest ex vtroq; raro & denso due qualitates fiunt. Nam rarum comitatur leue & mole, densum vero graue & durum.

VERVM in plumbo ac ferro durum graueque discrepant. Ex his igitur quæ diximus planum est, neque uacuum separatum esse.

Idest non semper grauius est durius. Nam plumbum ferro grauius quidem est licet sit magis molle.

NEQVE simpliciter, neque in raro, neque potentia.

Neq; simpliciter, quoniam extra corpora non est vacuum congregatum & imbibitum quemadmodum aliquid putabant aerem non esset aliquod corpus, sed vacuum, vel vt pithagorei extra coelum ipsum posuerunt, sed neq; sunt in corporibus aliqua vacua magnis partibus constantia, in quas partes corporis rari residentes ac constrictæ totum efficiat densius. Illud autem neq; potentia, pro hoc ponitur neq; vt iniectum & cõmixtum, vel q; neq; implens loci opportunitatem qui quidem vacuum est, licet nunquã sit sine corpore. Nam de hoc postremo disputatum est vbi dixit q; demonstrabitur vacuum esse vt vere vacuum.

NISI quispiam uoluerit prorsus id appellare uacuum q; est causa lationis. Hoc autem pacto ipsius grauis leuisque materies ut est talis erit uacuum. Nam rarum & densum secundũ hanc contrarietatem effectiua sunt lationis, secundũ autẽ rarum & densum passionis & non passionis, neque lationis, sed alterationis magis.

Si quis vellet (inquit) diuidere nomina vacui, & vacuum dicere causam motus, talis autem dicat materiam grauitatis & leuitatis vacuum. Nam hæ sunt causæ motus, quippe sm durum & molle non sit materia causa motus, sed potius vt res facile ac dificulter patiantur.

ET de uacuo quomodo est, & quomodo non est sit hoc modo determinatum.

Quod nõ sit velut spatium separatum a corpore, neq; extrinsecus a corporibus, neq; interipersum corporibus diximus.

DE TEMPORE.

POST hæc consequens de tempore tractare.

Non minus quam de prædictis attinet ad physicum & naturalem differere de tempore. Etenim hoc vnum est de his quæ consequuntur omnia corpora naturalia. Et eadem rursus via incedit de hoc tractando prius querens si est vel non est, & arguens ad vtrãq; partẽ. Deinde ea quæ sequuntur tradit, dico.i. quid sit tempus, & quale quod sit, Imprimis arguit q; non sit tempus, & quãquã pateat tempus esse, tamen rationes non negligendas despiciendasq; ponit, quibus periclitatur & enititur probare tempus non esse. Nam (inquit) temporis aliud præteritum & elapsum quod non est, aliud futurum q; nondum est, quæ cum sint duæ temporis partes præteritum. s. & futurum, & horum vtrũq; non est, igitur tempus cõponitur ex his quæ non sunt, quod autẽ cõponitur ex his quæ non sunt & ipsum non est. Nam partes illius quod est ipse etiam esse debent, ergo tempus non est. Item (inquit) omne diuisibile & partibile, vel secundũ omnes eius partes simul existit, vel secundũ aliquas partés, secundũ vniuersas partes sunt ceu animalia & plantæ, secundũ vero partes sunt ceu ludus, nam eo q; palæ ludus vel pugna luctaue existit ludus esse dicitur, tempus autẽ cum sit diuisibile, neq; simul secundũ vniuersas eius partes existit, quippe tempus non sit totum simul, neq; secundũ partem tempus est, quoniã tempus præteritum non est, neq; futurum. Nam illud non est, hoc autẽ nondum est, si ergo tempus neq; secundũ totum, neq; secundum partes est, igitur videtur tẽpus penitus nõ esse. Nunc autem inquit neq; tẽpus est neq; pars tẽporis est, quod quidem solum esse videtur. Nam pars totum mensurat, quippe sit vel tertia pars eius vel decima, vel millesima, vel aliqua altera qua totum metitur. At nunc non mensurat tempus quippe quod indiuisibile sit, neq; tempus cõponitur ex ipsis momentis, quoniã omne partibile cõponitur ex partibilibus, igitur nunc non est pars temporis, igitur multomagis neq; tẽpus, igitur tẽpus neq; secundũ ipsum momentũ & nunc subsistit. Hæc vero dicens ostendit neq; momentũ, vel nunc penitus non esse inter ea quæ sunt. Nũquã enim nomen solum est nunc & substantiã subsistentiamue non habet, probat autẽ hoc accipiens

Hic ordo quõnũ quáuis ab Arist. secũdo posteri. tradatur tñ pri? Plato illum tradidit. Vide in dialogo de philosophia a pricipio fere, vide ipm in mẽnone, & aliis in locis imo

cipiens duas quasdam dignitates. Vna quidẽ est, vt nequeant duo tẽpora simul esse nisi vnũ contineat, & aliud contineatur. Nam dicimus ad esse nunc, annum, mẽsem, & diem annum Diocleuani annũ. 333. mensem, diem decimũ, simul igitur hæc tria tempora sunt, sed annus continet mensem, & mensis diem, verũtamen duo tẽpora simul esse ceu duo dies, duo menses, duo anni nequeũt. Secũda dignitas est quod omne quod prius erat, & modo non est necesse est corruptum esse. Cum ergo vtitur in probatione his dignitatibus probat q momentum nunc ve non sit, & ratio sit procedit q; ex diuisione. Nam (inquit) si nunc est, vel vnum & idem est prius cũ posteriore ceu vnum momentũ & nunc ex æuo & ab æterno fluens semp omnibus præsens vel aliud & aliud est, et si alterum vel permanet prius cum aduenerit posterius, vel non permanet, sed corrũpitur, et si corrumpitur interit desinitq; in quodam corrumpitur prorsus, vel igitur in seipso, vel in alio, et si in alio, vel in eo quod sibi proximum & deinceps est, vel in eo quod longe ab ipso est. Cum ergo quinq; sint sectiones ex diuisione atq; membra, si demonstrabitur nihil horum subsistere posse perspicuum erit nunc nullo pacto esse, quod igitur non sit prius nunc diuersum a posteriore. Nam hoc membrum diuisionis prius exercet demonstrat hunc in modũ. Nam si alterum esset prius a posteriore, vel prius permanet adueniente posteriore, vel non permanet, si ergo permanet, accidet duo equalia tempora interse simul esse. At hoc fieri non potest, quoniã iam postulauimus duo equalia tẽpora simul esse non posse nisi vnũ contineat &, aliud contineatur, igitur prius nõ permanet cum eo q posterius aduenit, si autẽ non permanet, & omne q prius erat & modo non est, id necesse est corruptum esse, igitur momentum prius corrumpitur, sed si corrumpitur, vel ergo in seipso corrumpitur, vel in alio, sed in seipso corrumpi non potest, alioquin idem simul erit & non erit quod impossibile est, igitur in alio corrumpitur, vel igitur in eo q deinceps est, vel in eo quod longe abest, in eo q deinceps corrumpi non potest, quippe neq; penitus punctum sit contiguũ & deinceps puncto. Hoc enim inquit sit profecto nobis concessum, quoniã idem demonstrabit in extremis huiusce operis voluminibus, quod punctũ puncto neq; potest esse deinceps, neq; momentũ momento, neq; lineam lineæ, neq; superficiem superficiei. Et non nocebit neq; malum erit si modo hoc etiam nos demonstrabimus q sit impossibile. Nam si forent duo momenta deinceps se habentia interse, vel duo puncta, vel interse adequarẽtur vnum alteri ac tangerent se, vel distarent a sese mutuo, vel secundũ aliquid sese tangent, & secundũ aliquid distabunt, sed si equantur interse ac sese tãgunt, nõ erunt duo, sed vnum, si autẽ distabunt non erunt deinceps inter se. Nam ea sunt deinceps vt ipse in quinto libro determinauit inter quæ nihil eiusdem generis cadit. At inter duo nũc & momenta distantia tẽpus intercipitur, & in omni tẽpore sunt infinita momenta, igitur inter duo nunc distantia erunt infinita nunc & momenta eiusdem generis cum illis, igitur nõ sunt ipsa quæ nunc & momenta vocantur deinceps cum distantia inter se sint, quare neq; poterunt distare ea quæ sunt deinceps se habentia, si autem secundũ aliquid sese tangent, & secundũ aliquid distabunt, igitur non erunt impartilia ac indiuisibilia, igitur duo nunc nequeunt se habere deinceps inter se, igitur si corrumpitur nunc nõ interibit in eo q deinceps est, siquidẽ nullum nunc & momẽta sit deinceps, si autem corrumpitur in eo q longe abest & separato, & necesse esse est inter hæc duo nunc intercipi esseq; tẽpus, ac in omni tempore sunt infinita nunc, primum est ad placitum & pro arbitrio dictum. s. vt ipsum nunc in hoc corrumpatur & non in ipsis intermediis infinitis, deinde si corrũperetur in momento separato accideret illud esse in ipsis intermediis infinitis momentis sed supposuimus prius nũc non posse permanere adueniente posteriore, alioquin absurdum sequetur, vt duo equalia tempora simul essent, igitur non potest nunc alterum & alterum esse. Omnes enim positiones dictæ sunt. Atq; neq; vnum & idem nunc semper est, immo impossibile est. Nihil enim inquit diuisibile vno clauditur terminaturq; termino, sed ad minus duobus, ceu linea duobus punctis terminatur. Nunc autẽ & ipsum momentum est temporis finis ac terminus, & tẽpus diuisibile est, & est accipere tẽpus finitum ceu diem vel mensem, quare si tẽpus est aliquod diuisibile finitum est & nullius finiti vnus est terminus, & nunc est terminus, igitur non potest esse vnum momentum & nunc. Item si in ipso tempore hæc fieri dicimus quæ in ipso nunc facta sunt, & vnum est nunc ab æterno & ab æuo accidet res troianas fieri vna simul in tempore cum his quæ modo facimus, igitur nihil alio esset magis antiquum seu nemo alio senior esset, neq; iunior, q est absurdum, igitur neq; vnum & idem momentum esse potest, quare ipsum neq; penitus esset potest. Nam si erat vel vnũ & idem erat, vel aliud

tritũ in scolis Protagoræ & borgiæ leontini erat hoc, quo fit vt nimirum nõ sit si Aristo. vbique sequatur ordinẽ harum qõnũ.

& aliud, sed non potest aliud & aliud esse, neq; vnum & idem, ergo videtur penitus non esse. Si ergo tempus neq; secundum præteritum, neq; secundum futurum, neq; secundum nunc est tempus, igitur uidetur nullo pacto esse.

PRIMVM autem recte si habet dubitare de ipso, & per rationes exteras, si de numero eorum quæ sunt nec ne. Deinde quæ sit eius natura contemplandum est. Quod quidem igitur tempus penitus non sit ex his quispiam aut uix uel obscure suspicabitur. Nam aliud ipsius fuit & non est, aliud futurum & nondum est ex hisce autem constat & infinitum, & q; semper accipitur tempus.

Inquit exteras rationes ad distinctionem contra rationes quæ dicuntur auscultatorie & demonstratiue, ipse nanq; extere rationes proficiscuntur & constant ex opinabilibus & verisimilibus. Diximus autem in prædicamentis rationes exteras, nō esse demōstratiuas neq; adducendas esse & narrandas his qui sunt legitimi & veri auditores, sed ob multos dicende sunt ex verisimilibus proficiscentes.

ATQVI id q; de numero entium non est impossibile uidetur participare aliquando substantia.

Substantia inquit idest existentia & esse. Nam quomodo illud esse potest quod ex his quæ non sunt componitur.

PRETEREA omnis rei partibus si fuerit, necesse est cum est, uel omnes partes, aut nonnullas esse. At temporis quod sane partibile est alie partes transacte, alie future sunt, nihil est.

Aliud argumentum adducitur q; non sit tempus, omne partibile cum est, uel omnes partes simul subsistens habet vt animalia & Plantæ, vel aliquas, ceu ludus. At temporis cum sit diuisibile neq; vniuerse partes subsistunt, neq; alique, quippe præteritum non sit, & futurum nondum est, igitur non est tempus.

IPSVM autem nunc non est pars. Nam pars metitur, at ipsum nunc nō metitur. Item totum constat ex partibus. At tempus ex ipsis nunc constare non uidetur. Amplius ipsum nunc q; præteritum distinguere & futurum uidetur, utrum unū & idem semper permaneat, uel aliud & aliud non facile dicernu potest.

Quoniam dixit tempus nō subsistere secundum partes, & solum subsistit nunc de tempore, ut nequis dicat tempus esse subsistereq; per ipsum nunc, ideo eo prius ostendit nunc & momentum non esse temporis partem. Nam (inquit) temporis pars, totum metitur & partes totum componunt. Nunc autem neq; metitur tempus, neq; ex ipso nunc componitur. Deinde demostrabit neq; partitum esse momentum viens ea diuisione quam diximus.

NAM si aliud semper atq; aliud sit, & nō est alia & alia pars tēporis simul, nisi una contineat, & altera contineatur, quēadmodum minus tempus a maiore continetur.

Vna dignitas hec est, quoniā simul esse, duo tempora, vel due partes temporis nequeunt nisi alia contineat, & alia contineatur.

AT nunc non est & prius fuit, necesse est aliquando esse corruptum.

Altera dignitas hec est, oportet inquā aliquid temporis esse in quo nunc desinat siue per corruptionem, siue non, quippe apud me nihil intersit. Nam dixit nunc corruptum esse pro non esse.

IPS[A] nanq; momenta: & nunc simul non erunt inter se, prius autem corruptū esse necesse est. In seipso igitur corruptum esse non potest propterea quod tunc est.

Cum dixerit hec reliquum adducit probationem. Est autem continuatio verborum talis.

Nam

Nam si semper nunc aliud & aliud est,& concessum sit non posse duas partes temporis esse simul,nisi altera contineat,& altera contineatur, & illud quoq; concessum sit q illud q erat ante ens modo nõ ens necesse sit corruptum esse aliquando. Profecto perspicuum est ipsa nunc simul interse esse nõ posse propter primam dignitatem,& necesse ex prius corrumpi per secundam dignitatem. Cum igitur corrumpitur aliquando corrumpitur & in aliquo nunc, vel enim in seipso,vel in alio,& si in alio,vel in eo q deinceps est,vel in alio separato. At vnumquodq; horum est impossibile.

IN alio uero nuuc prius nunc corruptum esse non potest. Sit enim impossibile ipsa nunc sibi herere ut puncto punctum.

In alio inquit in eo q deinceps est & heret. Nam de hoc cum loquatur intulit subiũxitq; Sit impossibile ipsa nunc sibi herere. Potest quoq; & illa particula. In alio vero nunc prius nunc corruptum esse, intelligi & dici de communiore nunc, q neq; possit corrumpi in eo q deinceps est, neq; in separato, deinde reliqua seorsum legere ac tractare. Et primum de ipso nunc q est deinceps eo q dicit. Sit impossibile ipsa nũc sibi herere. verum propter hoc non dixit esse impossibile illa sibimet herere mutuo, sed sint ipse dixit, quoniam nõdum hoc demonstrauit, sed velut demonstraturus modo petit hoc.

SI ergo non est corruptum in eo q deinceps, sed in alio, in ipsis mediis nunc infinitis profecto simul erit. At hoc fieri nequit.

Quod non solum in eo q deinceps non possit nunc corruptum esse quoniam nihil est deinceps sed neq; in nullo alio q non est deinceps ostendit. Nam (inquit) necesse est inter duo nunc intercipi tempus, sed in omni tempore sunt infinita, nunc & puncta, si ergo in nullo istorum corrumperetur, hisce omnibus coexisteret, hoc autem fieri nequit, quoniam dicere non possumus duas temporis partes simul esse, nisi contineat vna & altera contineatur. At nullum momentum est contentiuum alterius.

AT VERO neq; idem semper permanere potest, quippe nullius diuisibilis finiti unus est terminus.

Cum confutauerit per priora alterum diuisionis membrum q nequeat aliud atq; aliud nunc esse, reliquum vult etiam confutare q non possit vnum atq; idem esse nunc, quippe nullius finiti diuisibilis vnus sit terminus, si ergo nunc est terminus & finis temporis, & ipsum tempus est diuisibile, quoniam & continuum est, igitur non erit idem nunc.

SIVE ad unum, siue ad plura sit continuum. At ipsum nunc finis est tempusq; finitum summi potest.

Continuum dixit cum paulo superius dixerit diuisibile, quoniam continuum est diuisibile, & diuisibile omnino continuum est, & quia tempus continuum omnino est & diuisibile. Ad vnum autem continuum est linea in longitudine, hac ratione solum est & diuisibilis, ad plura autem superficies & corpus, superficies inquã ad duo corpus autem ad tria. Vt autem se habet vnumquodq; ad continuum hac ratione se habet ad diuisibile. Idem fere prio cæli Aristo.

PRETEREA si simul esse secundum tempus, & neq; prius, neq; posterius nihil aliud sit quã in eodem nunc esse si priora posterioraue in hoc nunc & momento sunt, ea profecto quæ ante centies cẽtenos annos sunt facta, simul cum his erunt quæ hodierno die fiunt, & neq; quicquã prius alio neq; posterius erit. De his igitur quæ insunt tempori tot sint dubitata.

Alterum argumentum q si erit vnum nunc, in eodem tempore essent res gestæ troianorum cum his que modo fiunt & sunt, quippe vtreq; in eodem sint nunc & momento: Hec autem sunt contemporanea, igitur tolletur antiquis & id quod magis nouum est.

QVOD autem sit tempus, & que sit ipsius natura similiter ex his que tradita

Qui orbiculationē tempus dixisse i tres sectas diuiditur. Epicurei motū orbicularē diurnū tempus dixerunt, Stoici aūt motū Solis. Erasthotenem uiā mundi tēpus appellās cōiecit oēs motus Planetarū et orbiū in unū redactos eē tēpus quibus aliquā plato uisus est assentire i timeo, licet aliter ut Placet Plotino. Pitagoras spherā motā eē tēpus dixit cuius opinionē cucullatus qdā Greg. Arimineus uir igeniosus defendit secūdo sentētiarū q uult mobile esse tempus. Anaximanes et Anaximander sentiūt tēpus esse quemcūq; motū quorū motiua & aliorū opiones in quadā n°a qōnes posuim u. Se tu lege plotinū de eternitate.

sunt immanifestum est,& ex his quæ paulo prius a nobis dicta sunt. Quidam enim aiunt uniuersi motum esse, quidam autem spheram ipsam.

Cum dixerit ab exordio quod oportet nos de tempore querere si sit, nec ne. Deinde qd est, & primum probauerit nullo pacto tempus esse, & ingeniosissime ex opinabilibus argumēta adduxerit & probauerit non esse, non amplius arguit in contrarium dico scilicet q non sit tempus, quippe euidentia sit omni demonstratione fide præstantior scilicet magis fidem faciat. Nam dubitationes de ipso deineeps persoluet, proficiscitur ergo ad querendum quid sit tempus. Et more suo prius opiniones veterum falsas de tempore repurgabit. Tres autem in vniuersum opiniones de tempore ponit. Inquit quidam enim tempus existimarunt esse vniuersi orbiculationem, quidam autē spheram ipsam, dico scilicet corporeitatem cæli, quidam autem motum simpliciter. Primum autem ostendit tempus non esse orbiculationem hoc modo. Nam si tempus foret orbiculatio, quoniam pars temporis tempus est accidet autem partem orbiculationis orbiculationem esse, hoc autē fieri non potest. Nam orbiculatio est ab eodem in idem regressus, igitur tempus non erit orbiculatio. Nam si orbiculationem dicebant esse aliquod tempus determinatū ceu diem, vel mensem, poterit ergo pars orbiculationis esse pars temporis. Quoniā autē dicunt tempus similiter qua tempus esse orbiculationē, accidet partem circūlationis non esse tempus quippe circulatio non sit pars circulationis, quare neq; circulatio erit tempus. Item inquit si posuerimus pluret esse cælos, equidē & plures orbiculationes erunt, tempora autē non plura, sed vnum & idem nihil minus, quippe non essent plures dies, vel plures anni, quādo quidē etiam nūc sint plures spheræ, & tempus sit vnū, sic ergo & si plures essent cæli alii atq; alii mundi, plures profecto essent orbiculationes, sed tempus vnū. Nam si omnes cæli essent equæ cæleritatis, mensura eorū similiter vna & eadem esset, quippe dies, mensis, & annus vnus & idem esset apud omnes si autē inequalis cæleritatis essent, reliquorū cælorū motus mensurarentur a velociore, quemadmodum impræsentia aliarū spherarū motus metiūtur a motu spheræ innerrabilis. Nam semper maius metitur a minore, quippe lignū decem cubitorū metitur a ligno vnius cubiti, & vlna cubitusue a digito, sic igitur celerior motus aliorū est mensura; quare tempus cū dimetiatur hunc motū, & reliquorū omniū erit mensura. Quod quidem igitur non sit tempus circulatio sic ostendit. Quod autem neq; ipsa sphera sit tempus dedignatur probare. Nam patet hoc esse stolidū, & syllogismus quo videntur probare tempus esse spherā, plane nihil concludit & vitiosam formā habet. Nam ex duabus affirmatiuis in secūda figura conficitur. Inquit in tempore omnia sunt, in sphera aūt omnia sunt sphera igitur tempus est. Primū quidem vt dicebā inutilis cōbinatio collectioq; fit, deinde prorsus non q est in aliquo, in tempore est, igitur aliter in sphera cuncta sunt, & aliter in tempore. Nam in sphera cuncta sunt velut in loco, in tempore autē nō vt in loco omnia sunt, sed aliter, quare potius concluderetur prōprie non esse tempus spheram contrarium scilicet q illi volebant. In sphera omnia sunt velut in loco, in tempore autē non omnia sunt velut in loco, igitur sphera nō est tempus, vt autē illi probabant medius terminus non similiter se habet ad extrema, quemadmodū dictū est, propter igitur stoliditaté & dementiā ipsius dogmatis sententiæue & argumēti Aristo. ipsis non contra dicit. Verū contra ipsos hæc dicere possumus, quia tempus habet præteritū & futurū, sphera autem non habet præteritum nec futurū, igitur sphera non est tempus. Item pars tēporis est tēpus, spheræ pars non est sphera igitur sphera non est tempus Item tēpus nunc & momento diuiditur & distinguitur, sphera autem nunc & momento nō diuiditur. Item per partē tempus subsistit, sphera autem per partē nō subsistit. Item sphera corpus est, tempus non est corpus, sic igitur neq; sphera tempus erit. Quod autē tempus neq; motus simpliciter sit hunc in modū ostendit. Motus inquit in solo mobili est & in eo in quo mouetur mobile, tempus autē non in mobile est, neq; in loco in quo fit motus, sed vbiq; & omnia similiter vnum & idē existens sequitur, igitur motus non est tempus quippe motus meus non sit in omnibus, immo neq; simpliciter motus esse conspicitur, quippe non nulla quiescant. Secundū argumentū, motus & simpliciter mutatio celeritatē & tarditatē habet. Nam dicimus aliū alio esse cæleriorē & segniorem, quippe dicamus motū spheræ inerrabilis cælerimum, tardū autē motū Saturni. At tempus non habet cæleritatē neq; tarditatē, igitur tēpus non est motus. Quod vero motus habeat cæleritatem & velocitatē neq; putat dignum esse probatione, quippe hoc sit clarū vt dicebā. Quis enim ignorat motū spheræ inerrabilis esse

aliis

aliis celeriorem,& poſt hunc motus lunæ & ita alius ab alio differt velocitate & ſegnitie,ſimiliter motus aquilæ eſt cælerior motu picæ. Quod aũt tẽpus non habeat velocitatẽ & tarditatẽ probat per quẽdam tertiũ ſyllogiſmũ ſic,celeritas & tarditas tẽpore finiũtur,ſed tẽpus tẽpore non diffinitur nec determinatur,quippe ridiculum ſit dicere tempus tẽpore definiri, igitur tẽpus nõ habet velocitatem nec tarditatẽ.Non enim eſt dicere annum eſſe ſeipſo celeriorem vel ſegniorẽ,vel diem die ſi acceperis diem cum noctæ.At tarditas & velocitas tẽpore definiũtur.Nam dicimus motũ eſſe celeriorẽ qui exiguo tẽpore multus conficitur,tardũ aũt qui exigus eſt in magno tẽpore,igitur velox & tardũ tẽpore definiuntur.Cũ igitur hiſce demonſtrauerit tẽpus neq; circulationẽ,neq; ſpherã,neq; motum eſſe deinceps inquit,quod quãquã motus nõ ſit tẽpus,attamen ſine motu non eſt.Nam vna cũ cognitione tẽporis ſtatim cõcipitur tẽpus.Nam ſi intellexerimus tantũ horæ,mox & tantũ vniuerſi motus intelligemus,& econtra ſi intellexerimus tantũdẽ motus vniuerſi,ſtatim & tantũdem tẽporis vna cõcipiemus.Signũ aũt apertiſſimũ eſt in vnoquoq; ꝙ nobis occurrit facere.Nam ſepe multum legentes promptitudine multitudinis conſenſum & propoſitũ legendi præterimus,& ſtatim tẽpus præterimus.Nam ſepe multũ diei cõſumantes arbitramur nondũ aliquã eius partẽ præteriiſſe,poſtea vero cũ adnimauertimus ac ſcimus multitudinẽ lectionis,mox & tẽporis longitudinẽ adnimauertimus,& econtra,ſi primũ tẽporis longitudinẽ ſciuerimus ſtatim & tarditatẽ motus percipimus.Nam dicimus multa legiſſe,qm̃ multũ diei præterit & cõſumptũ fuit,item & econtra dicimus multũ tẽporis præteriiſſe qa multũ lectionis fecimus,quare ſi vna ſimul q; tẽpus & motus inter ſe cõcipiunt,& intelligunt,atq; vno ſublato reliquũ tollitur vt(inquit)tẽpus videlicet motũ eſſe,vel aliquid motus eſſe,cũ igit oſtenſum ſit tẽpus nõ eſſe motũ,neceſſe igitur eſt tẽpus aliquid motus eſſe.Querendũ igitur eſt quid ſit ipſius motus quo cũ dixerit deinceps.Procedit querẽs quid ſit tẽpus. Dixit aũt ſuperiore textu.De his igitur quæ inſunt tẽpori tot ſint dubitata,qm̃ ex his quæ tẽpori inſunt prius mouentur dubitationes.Ex eo.ſ.ꝙ habet præteritũ & futurũ,ac quia per ipſum nunc ſubſiſtit & adeſt atq; ex reliquis.Quid aũt ſit tẽpus.Quod ipſe in quid tale eſt,qm̃ ad cognoſcendã,ſubſtantiã tẽporis opiniones veterũ de ipſo prius ſubiecte ac habite nihil nobis conferunt,immo cõtrariũ ingerunt nobis nõ minus ſcrupulũ & occultationem nõ paruam de ipſo quã faciãt dubitationes a nobis paulo prius de ipſo ſubiecte atq; adducte.Nam vt ipſe nobis afferũt immitunt reduntq; ipſius naturã imanifeſtã,ſic & dicta veterũ.Nam alius ipſum aliquid aliud eſſe aſſerit,& alius aliud quorũ nihil videtur eſſe tempus ex cõmunibus de ipſo opinionibus,igitur natura tẽporis nobis ſimiliter imanifeſta ex dictis veterum & ex his de quibus pauloante & nũc dubitauimus.Dixit aũt tẽporis nõ ſubſiſtere aliquã partem quod ſecũdũ mentẽ ſolum ſubſiſtit,ex quibus deduceretur nullo pacto eſſe tẽpus.Si ergo quæ tempori inſunt nos ducunt in conceptionẽ & cognitionẽ ꝙ nullo pacto ſit,multo equidem magis nos inducunt ad ignorationem & occultationem quæ ſit natura temporis.

Aduerte húc loq̃ d motu proprio lunæ d quo aſs notaui eẽ quoque dubiũ ſi cõſiderẽt magnitudines orbiũ.

Aduerte duplicẽ diẽ naturalem & artificialẽ eẽ,naturalis.24.horis cõſtat' artificialis ãt quãdiu durat',Sol ſupra orizõtẽ nrm,pe te hæc ab aſtronomis,loquit' Ioãnes de die naturali

ATQVI conuerſionis pars tempus eſt quodam,conuerſio uero non eſt.Nã pars conuerſionis eſt id ꝙ aſſumptum eſt,non conuerſio. Textus

Nam ſi temporis pars eſt tempus,& circulatio cõuerſione tẽpus eſt,igitur & pars circulationis tẽpus erit.Sed pars circulationis nõ eſt circulatio,igitur tempus non eſt circulatio.

PRAETEREA ſi plures cœli eſſent,motus uniuſcuiuſque ſimiliter tempus eſſet,quare plura tempora ſimul eſſent. Textus.

Alterum argumentũ.Inquit ſi plures eſſent cœli,plures profecto eſſent & conuerſiones orbiculationeſue,quare & multa tẽpora,ſed hoc fieri non poteſt,quoniã vnũ & idem tempus omnia cõmuniter comitatur,quemadmodum modo vnum multas ſpherarũ conuerſiones comitatur,tempus igitur non eſt orbiculatio neq; conuerſio.

SPHERAM uniuerſi ob id uiſum eſt dicentibus ipſam eſſe tempus,quoniã in tempore & uniuerſi ſphera omnia ſunt,ſed hoc adeo ſtultum eſt ut ſuperuacaneum ſit conſiderare ea quæ ſequuntur impoſſibilia.

Quod quibuſdã viſum ſit ipſam ſpherã & cœli corporeitatẽ tẽpus eſſe,& cauſam vnde vitioſa forma ratiocinate ſunt,adduxit,quoniã(iquit)in ſphera ſimiliter omnia eſſe dicũtur Qũo in ſcda ſi·

gūra ex duabus affirmatiuis dēt conclusio seq vide Alexādrū ioā.grā. & Aueroē prio priorū.

quippe contentiua fit omniū,& in ipso tempore. Hinc enim ex duabus affirmatiuis in secūda figura vitiose cōcludebant tēpus sphærā esse. At(inquit)cōsiderare ea impossibilia quæ ex has positiōe sequūtur stultum est. Nos autē diximus iā ea quæ sequuntur ex ipsa positiōe.

CVM uero motus atque mutatio quædam tempus maximæ esse uideatur, hoc si sit considerandum est.

Cum dixerit orbiculationem neq; tempus esse, neq; spheram. Nunc inquit, quoniam videtur multis tempus esse motum, hoc inquirendum est si sit, motus necne.

MVTATIO igitur uniuscuiusq; & motus in ipso dūtaxat est q mutatur.

Primum argumentum q non sit motus tempus, quoniam motus solum est in eo q mouetur, & in loco in quo motus fieret, tempus autē non est solum in eo q mouetur, sed cuncta similiter comitatur, quare motus non est tempus.

AVT ubi forte est id q mouetur & mutatur. At tempus ubique est, & similiter apud omnia.

Idest & in loco in quo moueretur. Nam illa disiunctionis particula.(Aut) pro coniunctione hac.(Et) posuit.

ITEM mutatio quidem omnis celerior est atque tardior. At tempus non est.

Alterum argumentum motus habet velocitatem & tarditatem, sed tempus nō habet velocitatem, neq; tarditatem igitur motus non est tempus.

NAM tardum & uelox tempore definiuntur, quippe id uelox sit q in tempore breui magnum spatium transit. Tardum autem q in longo paruum conficit.

Quod non sit velox & tardum in tempore probat. Nam velox & tardum tēpore definiūtur, quippe motum celerem dicamus qui sit multus in paruo tēpore. f. qui absoluit spatium magnum breui tempore, & tardum qui minus spatium longa mora conficit. At tempus nō definitur tempore, igitur celeritas & tarditas non sunt in tempore.

AT tempus nec ut quātum quidem est, nec ut quale tempore diffinitur. Quod quidem igitur tempus non sit motus patet.

Nam motus secundū quantū & quale tēpore definitur. Secundū quantitatē inquā quoniā longum motum dicimus qui multo tēpore fit. Breuem aūt qui exigua mora absoluit. Item secūdū quale dicimus celerem motum esse qui multus fit in breui tēpore, tardū vero qui exiguus fit in multo tēpore. Atqui tēpus neq; secundū quātum tēpore definitur, quippe non dicamus annum anno defin ri. Item neq; fm qualitatē tēpus tpe definitur, qm tēpus non omnino est celerius, vel segnius tardiusue. Nam dies die celerior non est vel segnior.

AT nihil impresentia interfit si dixerimus motum uel mutationem.

Quoniā velut de mutatione rationē exercuit, & non omnis mutatio est motus. Ipsi nā qui non dicebant mutationē esse tēpus, sed motum propter hac inquit nihil interest siue idem sit motus & mutatio, siue non, quoniā velut sint idem motus & mutatio, sic vtimur nominibus. Nam ostensurus est in sequētibus libris q in plus se habeat mutatio quā motus. Nam generatio & corruptio mutationes quidem sunt, motus autem minime.

AT uero non sine mutatione tempus esse uidetur.

Quoniā etsi tēpus non est motus neq; mutatio, attamen sine motu & mutatione nō est.

NAM cum ipsi nihil mente mutamur, aut latet nos esse mutatos, non uidetur nobis tempus fuisse.

Id est quando mouemur quidem, & mente non concipimus adnimauertimusq; q ipsi mouemur,

mouemur, non videtur nobis fuisse tépus. Quum autem sciuerimus adnimauerterimusq; motum, statim & intelligentiam temporis accipimus.

QVEMADMODVM neq; hisce acciderat, quos fabule tradunt dormisse apud heroas quam primum fuerunt experecti. Nam coniungũt ipsa momenta prius inquã ac posterius unumq; faciunt excipientes medium tempus ob sensus occupationẽ. Perinde non aliud atq; aliud, sed unum idemq; nunc esset, tempus sane non esset. Sic & cum lateat aliud atq; aliud esse, mediũ ipsum non esse tépus uidet. Quod si tunc fit, ut tempus non esse arbitremur, cum nullam diffinimus mutationem, sed in uno & indiuisibili anima manere uidetur, cum uero senserimus & diffiniemus mutationẽ tunc tépus fuisse dicimus, patet tempus sine motu mutationeue non esse. Quod quidem igitur neq; motus, neq; sine motu tempus est, patet.

Quandã fabulã accipit in exẽplũ, fertur quosdã egrotãtes secessisse in sardis ad Heroas & curatos esse, & cũ iuissent duobus diebus deinceps sopitis sensibus accubarũt, deinde a somno experrecti putauerũt illud tps fuisse vnã horã qua apud heroas steterunt. Quẽadmodũ igr illi (inqt) quos fabulas inqt nõ adnimauertentes periados vniuersi & circulationes qbus dormierũt neq; tps q simul elapsum erat tenebãt, & ecõtra nõ pcipiẽtes tps, neq; motũ pcipiebãt, sed existimabãt vnũ & idẽ momẽtũ esse qñ dormierũt, & qñ surrexerũt. Perinde atq; nõ essent differẽtia nunc, sed vnũ & idem ac tps, nõ esset. Nã quẽadmodũ cũ vr vnum nunc esse nec tẽpus esse, nec motus vr. Ita in vno sm veritatem cum fuerit neq; tẽpus, neq; motus erit, si autem hoc ita se habet, vel prorsus inter se eadẽ sunt motus & tps est aliquid motus. Si ergo demonstratum est tps non esse motũ, igitur necesse est ipsum aliquid esse motus.

QVONIAM quid sit tempus querimus, hinc ordiẽtes summamus quid nã sit ipsius motus. Nam simul motum & tempus sentimus.

Qm (inquit) ppositũ nobis est inuenire quid sit tps, & sermo ratioq; hactenus declarauit tps necessario esse aliqd motus, hinc ergo exordiẽtes & hoc accipientes idipsum queremus quid nã sit ipsius motus tps, nũquid aliqua affectio, vel accñs, vel aliqd aliud. Nã simul pcipimus motũ & tps. Nã repetit rursus eandẽ rõnẽ, qm tps simul cũ motu vicissim intelligit.

ET enim si tenebre sint, & nihil per corpus afficiamur, & motus aliquis sit in anima, mox sane tempus quoddam simul fuisse uidetur. Atqui cum tẽpus aliquod fieri uidetur, simul & motus fuisse uidetur, uel motus, uel aliquod motus tempus est, quoniam igitur motus non est, necesse est aliquid motus ipsum esse.

Qđ nõ solũ pcipientes corpalẽ motũ mox in notitiã tẽporis veniamus, sed etiã si nullius motus corpalis cõciperemus cõsentiremusq;, & oẽs sensus quiescerent, & anima solũ suam vim maginãdi moueret, statim rursus cũ tali motu tps simul intelligeretur. Hoc aũt est argumentũ ad magis. Nam ita tps simul cũ motu intelligitur, quod quãquã extrinsecus nullum motũ sentimus cui tẽpus prorsus simul adest, & animi mutatione cum sentimus hac rõne statim tps vna pcipimus. Sic tps aliquo mõ simul motui naturalis innatũq; est. Quẽadmodũ ergo cũ motu simul intelligit tps, ita econtra intelligentia notitiaq; tẽporis introducitur notitia motus. Nam vt dicebam si tẽpus adnimauertimus pteritũ, statim pcipimus magnã lectionẽ nos fecisse ac diu nos dormisse, vel quodam alio motu nos motos fuisse.

CVM autem id quod mouetur ex quodam in quiddam moueatur, & omnis magnitudo sit continua, motus profecto magnitudinem sequitur. Quia nãq; magnitudo continua est, ideo & motus continuus est.

Cum confutauerit veterum rationes, hic vult suam opinionem afferre de ipso sed prius accipit quoddã assumptũ, quod motus sit continuus. Probat aũt hoc in hunc modũ. inquit omne q mouetur ex quodã in quiddam mouetur. Hoc enim verum est in omni motu, sed etsi de omni motu hoc sit verũ, ipse tamen exercet rationemq; in motu ad locum. Si ergo mo-

tus ad locum eſt ex quodã in quiddã, igitur in magnitudine motus eſt, quippe ſi motus eſt ex aliquo in aliquid neceſſe eſt aliquã magnitudinẽ intercipi, quare motus ſecundum locũ in magnitudine eſt, ſed omnis magnitudo eſt continua, igr̃ in continuo motus eſt, qđ aũt in continuo mouetur, id motu cõtinuo moueť, igr̃ motus ſm locũ eſt continuus. Eſt igiť cõtinuũ primo in magnitudine, & per magnitudinẽ in motu. Rurſus quoniã in continuo eſt prius & poſterius, & propter id prius & poſterius in motu ſunt. Nam vt ſe hẽt magnitudo ita ſe habere motũ neceſſe eſt, cum igr̃ in magnitudine fuerit prius & poſterius, & in motu hæc eſſe neceſſe eſt, igiť in motu ſunt prius & poſterius, qm̃ igiť non aliter venimus in cognitionẽ tẽporis, q̃ veniẽtes in cognitionẽ motus, & in motu eſt quædã pars prior, quædã poſterior cõſtat ergo nos ex poſteriore et priore motus venire in cognitionẽ prioris & poſterioris tẽporis. Nã ſi cõceptione notitiaq; motus deduciť tẽpus, cõſtat ſane vt in priore & poſteriore motu tẽpus ſimul capieť & intelligetur, igiť & tẽporis erit aliquod prius & aliud poſterius. Nã vt ſe habet motus, ita ſe habere tẽpus neceſſe eſt, quippe vnũ alterũ viciſſim comiteť. Verũ prius & poſterius nõ ſunt idẽ cũ motu. Nã ſubiecto prius & poſterius in motu nihil aliud eſt quã motus, ſed rõne & reſpectu alia eſt rõ motus & alia prioris & poſterioris. Porro nõ ſolũ in motu prius & poſterius inuenitur, ſed & in quibuſdã aliis, ceu in numero. Nã vnitas prior eſt dualitate, & proœmia p̃cedũt narrationẽ, & elementa ſyllabis ſunt priora, igr̃ non ſunt dictu idẽ motus & prius ac poſterius. Vnde in notitiã tẽporis ſimpliciter nõ venimus qñ motũ ſimpliciter intelligemus. Neq; enĩ ſi alterationẽ ſimpl̃r intellexero, vel lationẽ mox ſimul intelligã tẽpus, ſed quãdo & prius & poſterius in motu intellexero tunc tali notitia, mox vna tẽporis intelligentia deducitur. Nam qñ (inquit) prius & poſterius in motu intellexero, tunc intermediũ tempus dico eſſe, quippe intelligens principiũ & finem motus tẽpus intercipi dicã, quare inquit ſi quãdo numerabimus motũ, & dicemus aliud eſſe prius eius, & aliud ſm, tunc & tẽpus eſſe dicimus, vr igr̃ tẽpus eſſe numerũ motus ſecundũ prius & poſterius. Verum tempus non omnis motus eſt numerus, qm̃ neq; alterationis, neq; auctionis, ſed motus ſecũdũ locum, & eiuſdem non omnis ſed ordinati & regularis. Nam licet tempus metiatur omnẽ motum, tñ primo menſurat motũ ordinatũ, & certũ & per illum reliquos. Dies enim hora menſis, & annus metiunť periodũ & conuerſionem ſpheræ inerrabilis, per hũc autẽ tẽpus & omnẽ alium motũ metitur, quare eiuſdẽ motus tẽpus eſt numerus, igitur inquit motus nõ eſt tempus, ſed numerus motus. Quod autẽ hoc ſit tẽpus oſtendit ex ſyllogiſmo hunc in modum omne plus & minus numero diſcernitur, ſed plus & minus tẽpore diſcernitur, & hoc eſt motus, igitur tempus eſt aliquis numerus. Numerus autẽ cum duplex ſit, alter numerans, alter vero vt numeratus, cum etiã vrceus ligneus duplex & modius qui velut metiens eſt, alter aũt velut menſuratus, quo pacto dicimus ergo tẽpus eſſe numerũ, aut numerantem, aut numeratũ: inquit igitur tẽpus nõ eſſe numerũ numerantẽ, ſed numerũ numeratũ. Nam ſi numerus numerans eſt in anima noſtra, & tempus eſt extra nos, igitur tempus non eſt numerans, ſed numeratus.

NAM quantus eſt motus, tantum & tempus ſemper fuiſſe uidetur.

Si ergo tẽpus motu concipitur & intelligitur, merito vt ſe habet motus, ita ſe habet & tẽpus, quare etſi multus motus erit, & multũ tẽpus eſſe neceſſe eſt, etſi paucus, exiguũ quoq; erit tp̃s. Si aũt pauloante dixit qđ velocẽ dicimus motũ qui multus fit in paruo tp̃e, perinde ac ſit multus motus, & exiguũ tp̃s quomõ nõ dicit cõtraria & ſibi nõ cõſtat. Soluitur qa

Obiectio. in illis verbis nõ dixit de motu faciẽte tẽpus, ſed de quouis motu. Hic autem dicit de motu

Solutio. faciente tẽpus, quod quãtus extiterit motus, tantum neceſſe ſit tempus eſſe.

ATQVI prius & poſterius in loco primo eſt quæ poſitione determinantur.

Inquit prius & poſterius primo eſt in loco, per locũ autẽ in motu. Vocat aũt & dicit locum magnitudinẽ in quã fit motus. Nam quæ mouẽtur ſm locũ, in magnitudine mouentur. Verũ inquit prius & poſterius loci ſunt ſecundũ poſitionẽ partium. Nam magnitudines ſunt da numero habentiũ poſitionem, dicens autẽ quæ poſitione determinantur, non aſſignauit oppoſitam partem, ſed quia dixit prius & poſterius in motu habere proportionem ad magnitudinem, quomodo non dixit prius & poſterius in motu. At ſub ſilentio illud pertranſiens, intelligere permiſit quod non poſitione ſe habet motus, quoniam motus

non est partium habentium positionem, quippe prius nõ permaneat adueniente posteriore, sed in fluxu sunt prius & posterius quæ habent propositionẽ priori & posteriori magnitudinis, & hæc inqt esse in motu, qm̃ in priore parte magnitudinis motus factus illa prior ẽ & in scd̃a.n. Qđ vero locũ p magnitudine dixerit significauit ex his quæ subiũxit & inqt,

CVM uero in magnitudie sit prius & posterius, necesse est & in motu eẽ prius & posterius iuxta proportionem eorum quæ ibi sunt.

Quod quidẽ supra dixit in loco, hic dicit in magnitudine, forte dicens huic prius & posterius in loco primo cõpetere, idest magnitudini. verum qua de causa dicimus ex magnitudine motum habere prius & posterius, & non econtrario ex motu prius & posterius in esse magnitudini. Nam quod per motũ magnitudo habeat prius & posterius hinc patebit. Nam si in eadem magnitudine recta aliqua duo mouerentur. Vnum ex altero extremo incipiẽs, aliud ex econtrario, profecto non eandẽ primã magnitudinis partem vnũquodq; habebit, sed vnicuiq; eorũ quæ mouentur hæc est prima magnitudinis pars vnde cœpit motũ facere, quod quidẽ & in his quæ mouẽtur. Secũdũ naturam videre licet. Nam si lapis feratur deorsum, & ignis sursum per eundẽ aerem, aeris pars alteri est prima, quæ reliquo est extrema, quare ex ipso motu vnicuiq; definitur prius & posterius, quomodo igitur inquit Aristo. in magnitudine primũ esse prius & posterius. Dico igitur qđ penitus prius & posterius sunt in motu ꝓpter magnitudinẽ, quare sublata magnitudine necessario tollitur motus, nõ tamen si tolleretur motus, magnitudo sublata foret, vt igitur motus est propter magnitudinem, ita etiam quæ sunt in motu habebunt esse per magnitudinem, sed huic insunt prius & posterius, igitur & hæc habebunt esse per magnitudinem, quocirca igitur forsitan dixit prius & posterius primo esse in magnitudine. Dubiũ. Solutio

AT uero & in tempore prius & posterius est, quoniam alterum ipsorum semper sequitur alterum.

Quoniam & tẽpus sequitur motum (inquit) & motus est in tempore, merito cum prius & posterius sint in motu, & in tempore erunt prius, & posterius.

EST autem prius & posterius in motu, quod quidem cum est, motus est, ratione tamen & ipso esse diuersum est, & non est motus. Atqui tempus quoq; cognoscimus cum motum priore posterioreue definientes. Et tunc dicimus fuisse tempus, cum prius posteriusq; in motu senserimus.

Hoc idẽ inqt prius & posterius, qđ qdẽ in motu accipe cõspicitur, subiecto sunt. Nã inqt qđ qdẽ cũ est, nihil aliud est q̃ motus est, tamẽ definitiõe differũt ac habitu & respectu sunt diuersa. Quẽadmodũ ascẽsus & descẽsus sunt idẽ subiecto qa eadẽ scala est, sed rõne sunt diuersi & nõ sunt ipsa scala, ita prius qua prius nõ est motus, cũ et in aliis sit quæ nõ sunt motus, ceu in numeris. Nã si absq; motu nõ speculamur prius & posterius. Nã animo & rõne mutatis ab hoc in hoc ita dicimus eẽ prius & posterius. Nã si nõ mutaremur ab hoc in hoc, neq; notitiã & intelligẽtiã prioris & posterioris haberemus, attamẽ alterũ est prius & posterius a motu. Nã prius & posterius quatenus vtrũq; motus est nõ differũt, differunt aũt eo quod vnũ præcedit, & alterum aduenit. Verum hæc aliquid aliud sunt & nõ motus, sed velut aliqua passio motus, si aũt prius & posterius nõ in partibus ipsius motus acceperimus, sed in ipsis terminis & mutatis rõ apertior erit, quoniã ambo sunt in subiecto motu quãquã ab eodem sint diuersa, quemadmodum puncta lineæ, & superficies corporis.

DEFINIMVS autem ipsum eo quod aliud & aliud ipsius accipimus, & aliquod alterum intermedium ipsorum esse putamus. Nam quando extrema alia a medio intelligimus esse, & animus ipsa duo nunc dicit aliud prius, & aliud posterius, tunc & hoc ipsum tempus dicimus esse.

Prius (inquit) & posterius definientes in motu, ita in cognitionẽ tẽporis venimus. Nã cũ fuerit in ipso prius & posterius (vt diximus) qñ hoc definiuerimus & dixerimus aliud qdẽ esse nũc in quo cœpit motus, & aliud in quo cessit, intermediũ sane hoc diuersum ab extre-

inis hoc dicimus esse ips, queadmodũ itermediũ mutatorũ prioris & posterioris dicimus eẽ motũ. Nã vt pũctis definitũ linea est & mutatis motus, ita & momẽtis & nũc definitũ est ips.

NAM quod definitur nunc momentisue, id tempus esse uidetur & supponitur.

Cum tẽpus non constet momentis, quippe nõ sit duo nunc quæ se habeãt deinceps, sed definitur & terminatur ab ipsis cum nõ sit intermediũ nunc sed tẽpus, propter hoc inquit ꝙ hoc modo supponatur. s. ꝙ omne intermediũ duorũ momentoꝝ sit tẽpus. Nã hoc demonstrabit in sequẽtibus libris ꝙ nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus, neq; linea ex punctis, neq; motus ex mutabis, neq; tempus ex nunc. Item neq; latitudine ex non latitudinibus dico. s. ex lineis superficies, neq; altitudo & profunditas ex non profunditatibus, dico inq̃ ex superficiebus corpus.

CVM igitur ipsum nunc & unũ sentimus & nõ aut prius in motu posteriusue, aut ut idẽ quidẽ & prioris uero cuiusdã posteriorisue, tẽpus nũc nullũ fuisse uidetur, quod neq; motus, sed cum prius & posterius sentimus, tunc & tempus dicimus esse.

Siue inquit nõ duo nunc sentiamus, siue vnũ quidẽ ꝙ nõ fiat, in priore & posteriore quodam, nõ vr̃ nobis tẽpus fieri. Nam etsi fuerit vnum nunc & intellexerimus esse ipsum mobile, quod interdũ in alio quodã, atq; interdũ in alio fit, & ita tempus intelligimus, vel igitur hoc inquit. Prioris vero & posterioris cuiusdã idest in quodã priore & posteriore factu. Nã hoc est spatium cuius in alia parte nũc fit, tẽpus est, vel vt accipiamus idem nunc subsistens ac manens, duas tamẽ rationes recipiat, aliam principii, aliã vero termini & finis, quare prioris finis & terminus posterioris aũt principiũ. Hæc enim quorum idem nunc finis & terminus est, tẽpora sunt. Nam ꝙ simpliciter ab ipso nunc definitur tempus est, inquit igitur siue duo nunc, siue vnũ senserimus ꝙ aliam & aliam rationẽ suscipiat quippe nihil inter fit, siue aliud & aliud fit numero prius & posterius nunc, siue idẽ fit numero, & fluat tñ vt aliquando in alio quodã fit, & interdũ in alio, certe secũdũ diuersitatem horum fit nobis tẽporis intelligentia. Si autẽ vnum nunc penitus subiecto & ratione intellexerimus, tunc intelligentiam temporis non obtinemus, quemadmodũ neq; ii qui dormierunt in sardis, propter hoc inquit tempus fuisse non videtur, quoniam neq; motus est. Nulla enim prorogatio extensioq; est, at omnis motus in prorogatione fit.

HOC enim est tempus numerus motus per prius & posterius.

Cum dicat quid sit motus, definit ipsum, est autem numerus motus, verum non ipsum numerans, sed prius & posterius motus numerata hoc tempus est.

NON ergo tempus est motus sed quo nnmerum motus ipse habet.

Illud sed quo numerũ ipse motus habet idest, sed quo numeratur motus. Nam id ꝙ est numeratũ motus hoc est tẽpus, nõ qua motus est, sed qua numerat̃ per prius & posterius.

HVIVS quoq; inditium est. Nam plus & minus numero discernimus. Plurem minoremue motum tempore, tempus igitur est quidam numerus.

Quod sit tempus numerus motus. s. numeratus & non numerans. Nam hoc deinceps demonstrabit, probat hoc modo in tertia figura, omne plus & minus discernitur numero, aliquod plus & minus discernitur tempore. Nam plurem minoremue tempore motum discernimus igitur tempus est aliquis numerus.

CVM uero duplex sit numerus. Nam & id ꝙ numeratur ac numerabile, & id quo numeramus numerum dicimus, id quod numeratur nõ id quo numeramus est tempus. Sunt autem id quo numeramus, & id quo numeratur diuersa.

Qm̃ dixit tempus esse numerũ motus, & numerus multifariam dicitur, numerat quot modis, & quo significatu tẽpus sit numerus motus. Verũ dicens dupliciter dici numerum tres significatus dicere videtur, numeratũ, numerabile, & id quo numeramus, sed dicimus qđ duo priores significatus ꝑ vno posuit, vnum inq̃ illius quod actu numeratur, & alterius

Põderatio verborum.

quod

quod potentia numerabile est. Vel vt apertius ostenderet quid dicat numeratum, subiunxit
numerabile, ipsum autē est res mensurata, ceu decem equos, decem canes. Cum igitur nu-
merus dicatur dupliciter, dicimus tēpus esse numerū vt numeratū. Dignum autē dubita- Dubiō.
tione est quonam pacto dicentes tēpus esse continuū dicamus ipsum etiam esse numerū.
Nam numerus est quantitas discreta at impossibile est idem esse cōtinuū & discretum. Dici- Solutio
mus igitur qđ si tēpus foret numerus numerans ipsum esse continuū non posset, cum autē
non sit numerus numerans sed numeratus nihil prohibet secundū aliud esse continuū, &
secundū aliud numerū. Nam quo est mensura motus continui hac ratione continuus est,
quo vero habet prius & posterius hac ratione numerus est. Equidē nō est impossibile, neq;
inconsuetum etiam de continuis numerū dicere. Nam dicimus lignū habere decem vlnas,
& iter habere decem stadia, & tamen hæc continua sunt quæ quatenus possunt a nobis sm
partes diuidi, hac ratione de ipsis numerū prædicamus, quare natura de his continuū præ-
dicatur, positione autē ex nostra intelligentia numerus. Rursus dubitatione dignum est,
quomodo inquiat tēpus esse numerū non velut mensurantē, sed velut mēsuratum. Atqui Alia du
motum nihil aliud mensurat q̃ tēpus, mensurā igitur motus dicit tēpus esse. Dico igitur bitatio.
etiam ad hoc qm̃ etsi dicitur motum tempus mensurare, attamen & ipsum metitur ab ipsa Solutio
anima, & primo mensuratur tēpus, & mensuratur deinde mēsurat, quod autē dūtaxat men-
surat, & nequaquā mēsuratur id necesse est solum esse discretum & nullo pacto continuū,
quare etsi tempus diceretur mensurare motum nihil ex hoc absurdi accidet rationi. Item
hoc modo dicitur tempus mensurare, quemadmodum si duo ligna equalia inter se appo-
sita vno mensurante diceret quispiam qđ mensuratum & ipsum mensurauit appositum.
Nam quantū hoc tantū & illud, hac ratione igit̃ & tēpus dicimus mēsurare motū, qm̃ simul
sunt, & simul extendūtur & prorogātur, quantū igitur erit alterū, tantum & reliquum erit.

ATQVE ut motus alius est atq; alius est, sic et tempus.

Quod solius motus tempus sit numerus, & nullius alterius ōndit etiam per hoc. Nam (inquit) vt alius atq; alius est motus semper, ita & tēpus quod est eiusdē numerus semper aliud atq; aliud est. Atqui omnia alia cum semper eadem sint, & numerus semper idem est, quare si tempus aliud & aliud semper est, & est alicuius prorogationis productionisq; tempus numerus, igitur solius motus tempus erit numerus.

TEMPVS autem omne q; est simul idem est. Nam ipsum nunc idem subiecto: Esse autem ipsius diuersum est.

Simul vbiq; acceptū vniuersum tēpus hoc vnū & idē est. Nā omnis motus prius & posterius mēsurat, nō tñ vt alterationis, vel auctionis, sed prius & posterius eorū qui siūt motus idē sunt, ergo & tēpus idē erit. Hoc tñ nō amplius de motu conuenit dicere, quippe non sint simul motus, sed alii sunt nō modo numero diuersi sed etiā spetie, quidā nāq; etsi spetie idē ceu ii quibus sphere circūagūtur, attñ numero nō sunt idē, tñ tēpus vbiq; vnū & idē numero, quare & hac rōne profecto tēpus nō est motus sed numerus motus. Quod aūt idem sit & vnū vbiq; tēpus probat ex ipso nunc & momēto. Nam nunc sm sui naturā vnū est vbiq;, licet ratione differat. Nam aliter accipitur vt prius, & aliter vt posterius, vtrūtamen vt prius vnum & idem vbiq; est, similiter etiam vt posterius, si ergo nunc est geniniuum tēporis, & hoc est idem vbiq; patet etiam tempus vbiq; vnum & idem esse & natura & numero.

IPSVM autem nunc tempus metitur, ut prius atq; posterius est. Et nūc tum est idem, tum non idem. Nam ut est quidem in alio, atq; alio differt. Atq; hoc pacto est ipsum nunc. Subiecto uero est idem quatenus ubiq; est idem. Nam ut motus sequi magnitudinem dicitur, hac ratione & tempus ut diximus. Et similiter punctū id quod fertur quo motum cognoscimus sequitur, & prius & posterius. Hoc nanq; cum est idem est. Est enim aut punctum, aut lapis, aut aliquid aliud tale. Ratione uero diuersum, perinde atq; sophiste corylcum in lycio, & coryscum in foro esse sumunt esse diuersa. Et hoc igitur ut alibi atq; alibi est diuersum.

Qm̃ superioribus dubitauit circa nunc nū quid vnum & idem sit prius cū posteriore, vel

A pricipio fuit hæc dubitatio cũ desse rebat an tps eẽt.

diuersum. Deinde demonstrauit vtrũq; absurdũ. Nam siue idẽ foret, omnia cõtemporanea & in eodẽ tẽpore esse necesse est, siue non idem, qm̃ nõ aptũ est suapte natura prius manere adueniente posteriore, profecto necesse est corruptum esse, & siue in seipso siue in alio nunc vtrũq; est impossibile. Quoniã ergo hoc erat maxime causa paralogismi ipsa diuisionis imperfectio, propter hoc reliquũ diuisionis hic adfert. Nam prius nunc neq; simpliciter idẽ est cum posteriore, neq; simpliciter diuersum, sed partim idẽ, partimq; non idem, hoc aũt prætermissum fuit ob occultationem Paralogismi. Hic autem ipsum ponit, vt soluat illam dubitationẽ, qm̃ substãtia idem est prius cũ posteriore, respectu autẽ nõ idem neq; ratione. Nã aliud est eidẽ esse prius, & aliud est esse posterius. Et quẽadmodũ inquit & sophistæ aiunt alium esse coryscũ in lyceo & aliũ in foro hac ratione vere dicentes, qm̃ non est idem, vt idẽ hic sit & ibi, igitur & nũc momentũue siquis vnũ & idem esse numero cuius fluxu tempus fiat, nõ accidet ea quæ prius iacta sunt eadẽ esse cũ his quæ modo geruntur. Nã licet sint in eodẽ, nõ tamẽ eodẽ modo se habente, qm̃ nõ eadẽ sunt vel simul ea quæ fiunt tractanturq; a coryico in lyceo existente, & in foro, ceu si hic ipse calesceret, ibi vero frigesceret, vel aliquid tale pateretur. Siue ergo vnũ & idem numero poneretur nunc esse nihil dictorũ absurdorũ accideret, qm̃ idem habitu & ratione esse nõ ponitur, siue substãtia eadẽ esset, & prius & posterius nõ essent numero idẽ, quod quidẽ est magis verũ multo magis nullũ absurdũ eorũ accideret, quomodo aũt se habeat nũc ad fieri & corrũpi in sequẽtibus libris demonstrabit, qm̃ idẽ & pleraq; alia momẽto & sine tẽpore sunt, vel nõ sunt neq; per generationẽ ad esse deducta neq; per corruptionẽ in ipsum nõ esse. Cæterũ veniamus ad textũ. Et nunc tum est velut idẽ. Nam dicens idẽ nũc partim idem esse. s. subiecto, sed esse eidẽ diuersum, ex quo (vt dicebã) dictã dubitationẽ soluit, quomodo idẽ atq; nõ idem sit nunc ostendit. Nã quatenus (inquit) in alio & alio esse accipitur, hac rõne alterũ atq; alterũ est prius & posterius. At accipitur in alia atq; alia parte motus. Secũdũ aũt hoc inquit erat eidem & nunc esse. Nam momentũ indiuisibile est. id autẽ q indiuisibile est simul esse in pluribus nõ potest, sed partim in eodẽ est, & partim in eodẽ non est, quare pulchre dictũ est q ea ratione esse habet, qa aliud & aliud accipitur. Non enim est dicere eo quod simul est in eodẽ & in eodẽ hac ratione & diuersa sunt prius & posterius, quippe eidem aliud sit in hoc esse, & aliud in hoc, hac igitur ratiõe diuersum est prius nunc a posteriore. Cũ aũt dicit quatenus vbiq; est idẽ, idest subiecto, deinde hoc probare volens subiũxit. Nã vt motus sequi magnitudinẽ dicitur, hac ratione & tẽpus vt diximus. Et similiter punctũ id q fertur quo motũ cognoscimus, & prius & posterius in ipso. Nam dixit superioribus motũ sequi magnitudinẽ, & hac ratione tẽpus sequi. Nam eo quod in magnitudine prius & posterius sunt, & adhuc continuũ, etiã in motu sunt prius & posterius & continuatio, & per motum in tẽpore, nisi quia prius & posterius positione in magnitudine sunt propter ea quia a quauis parte poterat sumi principiũ, in motu autẽ & tempore nõ amplius hoc modo, quippe in his possit prius fieri posterius, sed non ecõtra posterius potest fieri prius, quẽadmodũ igitur hæc (inquit) sese comitantur, ita & ea quæ sunt productiua horũ & efficientia, hoc autẽ significauit dicens. Et similiter punctũ id q fertur quo motũ cognoscimus. Nam punctũ est magnitudinis effectiuũ, quippe punctũ fluens efficiat lineam, prima autem magnitudo est linea, & motus effectiuum dicitur esse id q fertur, qm̃ vt fiat motus ex Athenis ad Thebas causa est id q fertur, siue homo fuerit siue qduis aliud. Itẽ vt fiat motus ex ariete in taurũ causa forte est sol cũ hoc motu moueatur vel aliquod alterũ astrum, hoc quoq; mobile cognoscitur motus, quippe motus per se ignotus eo quod mouetur certe cognoscatur. Nam cæli motũ & orbiculationẽ quæ fit ab eadẽ in idẽ nõ alio quodã cognoscimus quã ipso cælo. Nam eo quod videmus eandẽ ipsius partem bis fieri in ipsa orizontis parte tantũ motus elapsum fuisse cognoscimus. Sic etiã nunc effectiuũ tẽporis est. Nam fluxus eius efficit generatq; motũ, si ergo vt punctũ se habet ad magnitudinẽ, & q mouetur ad motũ, ita & nunc ad tẽpus, & punctũ vnũ & idem generat magnitudinẽ. Nam productione extẽsioneq; plurium punctorũ nõ fit linea sed vno fluxu. Item & id q mouetur cum vnum & idẽ sit generat motũ, certe consequens est vt etiam nunc cum vnũ & idẽ fuerit generet tempus, quippe tempus nõ fiat ex multis appositis coniunctisq; momentis interse, qm̃ non cõponitur ex nunc & momentis tẽpus sed vnius fluxu fit. Nam cũ accipitur idem nunc prius & posterius tunc tempus est. Quẽadmodũ igitur id q mouetur quodquidẽ aliquãdo vnum & idem existens est, qm̃ vel lapis, vel homo, vel sydus, vel quippiam aliud est cum in alio atq; alio sit atq; accipitur hac ratione diuersum est. Nã vt dicebã aliud

Aduertẽ is itelligit per aliqd alterũ astrũ planetã. s. astrum errans qm̃ planete singuli sub zo-

est

est socrati domi esse & aliud versari in foro, sic plane & ipsum nunc subiecto & substātia idē est priora posterius, sed quia alterū est esse prius, & alterū est posterius esse hac ratiōe diuersum est. Exempli & declarationis causa vt demonstraret quomodo idem dicimus subiecto & ratione differens cōmemorauit dictum Sophistarum. Nam illi accipiētes alterū esse coryscо in foro esse, & alterū esse in lyceo transferebant hanc differentiā per accidens, & secundum rationem ad subiectum. Nam inquiunt si aliud est corysco in lyceo esse, & aliud in foro, igitur coryscus ipse, a seipso alter est. At nō necesse est si secundū rationē esset quippā alterum & secundū accidens, iam idem esse subiecto alterum qm & scala vna & eadem est cum fit ratione diuersa atq; altera. Ná aliud eidē cū fit ascensus, & aliud cū fit descensus, sic igitur & nunc est alterum ratione atq; diuersum cum prius esse & posterius, sed subiecto idem.

AT ipsum nunc sequitur id q; fertur, perinde atq; tempus sequitur motū. Nam ipso quod fertur cognoscimus prius posteriusue in motu.

Cum dixerit motū sequi magnitudinē, & hac ratione tēpus motū, & similiter punctū id quod fertur, ac deinde interferuit rationē sophistarū, in his modo reliquū adiungit, quod nunc sequitur id q; fertur. Ná in eo quod id q; fertur in priore & posteriore quodā accipit, & eius mutationes numerātur hac ratione nunc substātiā subsistentiāq; habet. Quod aūt nunc sequatur id q; fertur significauit dicēs. Ná ipso quod fertur cognoscimus prius & posterius in motu. Nam vt omne tēpus sequitur comitaturq; omnē motū & simul extenditur & prorogatur cum illo, ita & nunc cum ipso quod fertur. Ná proportionē habēt vt se habet id q; fertur ad motū ita se habet & nunc ad tēpus, quare & alternatim & mutata proportiōe, vt se habet motus ad tēpus ita & id q; fertur ad nunc & momentū ipsum, si ergo id q; fertur vnum & idem est quum est, siue punctum, siue lapis, siue quoduis aliud. Nam differt ratione in alio atq; alio fieri, tale etiam nunc prorsus erit.

PRIVS uero & posterius ut numerabile est ipsum nunc profecto est. Quare & in his quum est nunc, idem est. Nam prius aut posterius quod est in motu ipso autem esse diuersum est, prius nāq; posteriusue ut numerabile est ipsum nunc.

Cum dixerit q; prius & posterius cognoscimus in motu per id q; fertur, adiecit, prius vero & posterius vt numerabile est ipsum nūc est, concludens etiā his nunc sequi comitariq; id q; fertur. Nam si prius & posterius sequūtur id q; fertur in motu, & prius & posterius in motu ipsum nunc est. Ná quatenus prius & posterius numerabile nunc sequeretur id qd fertur, & ita reliquū propositum introducit, dico. q; nunc idem subiecto sit, & ratione aliud atq; aliud. Ná dixit quare & in his pro & in ipsis nunc & momentis. Nam vt punctū est generatiuū lineæ vnum & idē subiecto, & id q; fertur generatiuū est motus, ita & nunc tēporis generatiuū est, id est quū nunc fuerit & subiecto vnum existit & est, tunc vnum idemq; est, & deinde quid est subiungit. Ná (inquit) prius vel posterius in motu, quoniā idē prius & posterius sunt subiecto in motu, cum & in motu id q; fertur sit idem licet esse sit diuersum, id est secundū rationē. Nam in motu prius & posterius nō vt numerata sunt, neq; vt prius & posterius subiectum est ipsis nunc hoc autem idem est cum velut prius & posterius acciperetur, & cum velut differentia motus, tunc aliud & aliud secundū rationē, quippe eidem aliud sit prius esse & aliud posterius esse.

ET hoc maxime notum est. Nam & motus ob id q; mouetur, & latio ob id quod fertur nota est. Nam id q; fertur hoc aliquid est. Motus uero non est.

Cum velit quo ad oia ostendere similitudinē nunc ipsiusq; momenti ad id quod fertur, & hoc adiecit, item & per se vtile est cōsiderationi de tēpore. Ná ab re non est inquit, & temporis nunc maxime notum est. Ná de tēpore solum nunc & momentū est & existit. Etenī motus cum suaptæ natura ignotus sit, ipso quod fertur sane cognoscitur. Et nūc sequitur id q; fertur, & quā ratione habet id q; fertur ad motū, eandē etiā habet nunc ad tēpus, igitur cōsentaneū est vt per ipsum nunc tēpus cognoscamus qm & per ipsum q; mouetur cognoscimus motum. Quod vero latio cognoscatur per id q; fertur demōstrauit dicens. Ná id quod fertur hoc aliquid est, motus aūt non. Ná id q; mouetur substantia est & subsistens, motus

Draco in signis duodecim mouetur quorū signorū quodlibet in lōgitudine triginta gradus hēt, in latitudine duodecim vtrinq; a linea ecliptica sex gradus. Et hoc fit qa iste solū octo sphęras dat vñ non erit aliꝰ motus 12 diaco quā pla neta rum.

Argumētū a cōmutata ppor tione.

Aduerte du

plex genus rerũ quędã successiue quę habẽt esse dũ fiũt & quędã pmanẽtes motus ergo ẽ res successiua.

autẽ nõ subsistit sed habet esse dũ fit. Nã mutatione eius ꝙ mouet̃ est essentia esseꝗ motus. Item si quod mouetur est substãtia, & motus est actio, & substãtiæ in multis sunt clariores suis actionibus, merito igr̃ nascitur motus per ipsum ꝙ mouet̃. Dicẽs aũt. Nã & motus ob id ꝙ mouet̃, subiũxit & latio ob id ꝙ fertur, vel idẽ geminatione vocabulorũ dicens, vel potius ex generaliore & occultiore in magis speciale & propriũ atꝗ apertius proficiscens. Nam & in alteratione nota est alteratio per id quod alteratur, similiter autem & in auctione & diminutione. verum apertissime in latione ipso ꝙ fertur latio cognoscitur.

EST igitur tum idem id ꝙ nunc dicitur semper tum non idem. Nam & id ꝙ fertur sic se habet.

velut cõclusio pdictorũ hoc ẽ. Nã qđ demſauit superius hoc velut in cõclusiõe nũc dicit, qppe vt id ꝙ fert̃ subiecto est idẽ, habitu vero & rõne diuersum, ita & nunc ipsum se habet.

PATET etiam nunc ipsum non esse si tempus nõ fuerit, & tempus non esse si non sit ipsum nunc. Nam quemadmodum id ꝙ fertur & latio simul sunt, sic & numerus eius ꝙ fertur, & numerus ipsius etiã lationis simul sunt. Est enim tẽpus quidem lationis numerus. Ipsum aũt nunc ut id ꝙ fertur perinde atꝗ unitas numeri.

Cum ostẽderit tẽpus esse numerũ prioris & posterioris in motu, & hoc est ipsum nunc momẽtumue, Nã in motu prius & posterius est ipsum nũc, nõ ab re concludit fieri nõ posse vt ipsorũ alterũ sit sine altero. Nã si vt se habet id qđ fertur ad lationẽ, ita & nunc se hẽt ad tempus, neꝗ enim id qđ fertur aliqđ esse ac tale põt si nõ sit ipsa latio, & econtra neꝗ latio erit si nõ fuerit id qđ fertur, sic pfecto & tẽpus se habere ad nũc necesse est, etsi alterũ introducetur & reliquũ introduci ac esse oportet, similiter si vnũ tolleretur, & reliquũ vna tolleretur. Nam eodẽ modo se habet punctũ & linea, quippe sese mutuo introducũt, ac vnũ cũ destruitur simul & aliud destruatur. Nã quẽadmodũ id qđ fertur & latio, ita numerus eius qđ fertur & numerus lationis se habẽt. Nã tẽpus est numerus lationis. Nũc autem momẽtumꝗ vt id qđ fertur se hẽt ceu vnitas numeri, igr̃ inquit nũc numerũ esse eius qđ fertur, & tẽpus numerũ lationis, quẽadmodũ igr̃ simul vel sunt, vel nõ sunt id qđ fertur & latio, ita etiã se hẽt numerus eius qđ fertur & lationis id est nũc tẽpus, quæ vel simul sunt vel nõ sunt. Verũ cũ dixit. Est enim tẽpus quidẽ lationis numerus decebat eum inducere atꝗ subiungere. Ipsum aũt nũc numerus eius qđ fertur, sed dixit nũc aũt vt id qđ fertur. Quocirca verba occultiora fecit. Quomodo vero nũc sit numerus eius qđ fertur subiunxit dicens ceu vnitas numeri. Vt enim in numero vnitas rursus ac rursus accepta numerũ numerãtem efficit cũ sit ipsa indiuisibilis, ita & nũc cũ sit indiuisibile velut vnitas rursus ac rursus acceptũ tẽpus facit, quẽadmodũ igit̃ tẽpus ex ipsis nunc factũ mẽsurat motũ, ita & nũc mẽsurat id qđ mouetur, & est tẽpus numerus motus, & nũc numerus eius qđ fertur. Quomõ aũt tẽpus sit numerus lationis iã dixit. Nõ enim vt numerãs ipsam, sed esse habẽs numerãdo ipsam, numerat aũt nõ quatenus latio est sed quatenus in ipsa prius & posterius sunt. Nõ enim ipsius motus tempus est numerus, sed est prioris & posterioris in ipso interuallũ, & numerus eius qđ fertur nunc est nõ quatenus est id qđ fertur sed quatenus in priore quodã & posteriore accipitur. Nã prius & posterius sumpta per quæ mouetur ipsa sunt momẽta & nunc. Nã nũc quo sol fit in ariete, & rursus nunc quo fit in tauro erit numerus eiusdẽ solis, tãquã in priore quodam & posteriore fiat ibi. Similiter & in ipsis vnitatibus numeri. Nam quẽadmodũ numeramus numerũ vnitate, vel simpliciter numerabile qđ esset aliquid. Nam decem equos & decẽ lapides vnitate numeramus. Nam per vnitates accumulantes ipsa numerabilia sic numeramus vnumquodꝗ. Ita & id qđ fertur ipso nunc numeramus, & prius posteriusꝗ ipsius in quibus semper fit aliud in alio numerantes, ceu sol prius fit in ariete & postea in tauro, & prius in tauro q̃ in geminis, & posterius in geminis & ita deinceps.

Aduerte ꝙ hic nõ dicit tps constare momẽtis sed ẽẽ factũ ex eo momẽto ꝙ fluit.

Aduerte motũ fieri planetarũ in duodecim signis sm ordinẽ illorũ.

ET præterea tẽpus ipso nunc continuum, atꝗ diuisum secundum ipsum nunc.

Continuationis & diuisionis in tẽpore nũc inquit esse causam, quẽadmodũ est id qđ mouetur in motu, & punctũ in linea. Etenim hic rursus vr̃ eãdem proportio, sed punctũ potentia acceptũ est causa cõtinuationis lineæ. Cõtinuũ nãꝗ est id cuius partes copulantur ad vnũ

terminum

terminũ cõmunẽ copulãtur. At potẽtia vnus est terminus, in si actu acciperetur causa diuisionis lineæ foret, sed amplius vnũ non esset, sed duo cũ vnũ quodq; terminaret vnã aliquã partẽ earũ quæ diuisæ sunt. Nã vnũ suapte natura est secundũ quod in ipsa diuisio. Nã oportet diuidens per quod diuidit illud vnũ esse & indiuisibile, propter quod trifariã diuisibile superficie diuiditur quæ indiuisibilis est secũdũ profunditatẽ, & secũdũ q; fit diuisio. Item superficies linea diuiditur quæ secũdũ latitudinẽ est indiuisibilis. Nam diuisio est latitudinis, linea deniq; puncto diuiditur q̃ est prorsus indiuisibile. Sed quũ actu acciperetur in linea pũctum, & diuideret ipsam, tunc duo puncta fierent duarũ partiũ indiuisione termini. Similiter aũt & id q̃d mouetur est cõtinuationis & diuisionis in motu causa. Nã q̃a id q; mouetur continuo & sine interpollatione mouetur, cõtinuus est motus, verũtamẽ si id q; mouetur quiete media interciperetur, tunc foret diuisionis causa in motu. At in his quæ sunt subdita ortui interituiq; id q; mouetur actu potest stare ac interpollatione intercipi eius motũ, ceu is qui ex Athenis ad Thebas proficisceretur, alicubi potest quiescere ac stare intereũdũ, & reliquũ absoluere spatii ac pficere, & ita id q; mouetur ex Athenis ad Thebas interpollatione, quiete & mora intercidit ac diuisisse motũ vr. Sed in cælestibus causa continuationis dũtaxat est id q̃d mouetur, & diuisionis actu nũquã, nisi sola animi cogitatiõe. Similiter & nũc in tẽpore est causa cõtinuationis & diuisionis, sed solũ cõtinuationis semp actu, diuisionis aũt solũ secundũ cogitationẽ & intelligentiã. Si enim primus motus cuius primo mẽsura est tẽpus nõ põt stare, neq; quiete intercipi, sane constat neq; tẽpus actu vnquã diuidi posse, sed sola cõceptione & cogitatione dicimus nunc esse causam diuisionis in tpe. Nam hoc dies diuidimus in horas, & menses in dies, & annos in mẽses. Quod aũt in nequeat tẽpus actu diuidi hinc quoq; cõstabit, qm̃ necesse foret multoprius stare motũ demõstratur nãq; q; oẽs duo motus deinceps statione prorsus & quiete intercipiunť, & q; nequeãt duo motus diuisi deinceps continui esse, si hoc aũt admittitur, & inter duo tẽpora quæ mẽsurant duos motus erit aliquod intermediũ, quod nõ est tẽpus. Sed inter oĩa duo nũc cadit tps mediũ, igiť tps est qñ non esset tẽpus, quod quidẽ absurdũ est, igť actu nõ põt aliquãdo diuidi tẽpus sed sola cogitatione & intelligentia, quemadmodum diximus ab ipso nunc diuiditur.

HOC enim comitatur lationem & id q; fertur.

Quemadmodum tẽpus & nunc sequitur continuũ esse tẽpus per ipsum nũc ac diuidi, ita hoc idem sequitur lationẽ & id q; fertur continuũ esse motũ propter id q; fertur & diuidi ob ipsum. Similiter punctum & lineam hoc sequitur vt prius diximus.

ETENIM motus & latio una est ipso q; fertur, quoniam unum est & non cũ est. Sic enim interciperetur sed ratione.

Cum dixerit motũ & lationẽ vnã esse eo quod fertur, quomõ fit vna ppter id quod ferť subiunxit, qm̃ inquit vnũ id q; fertur & nõ quũ est. Etenim interciperetur sed ratione, id est si id quod mouetur vnũ sit, si aũt nõ solũ subiecto. Nã ea particula textus (cum est) hoc indicat, sed etiã ratione, tunc & motus vnus, cum idem per se sit id q; mouetur vnum quidẽ existens id q; mouetur põt intercipi, sic aũt vnũ erit id q; fertur sed motus vnus & cõtinuus amplius nõ erit, sed duo motus diuisi, si aũt ratione sumereť idest vt id q; moueť. Nam si interciperetur non amplius erit vnũ ratione sed duo. Nã aliud est ipsi cũ velut id est q; mouetur, & cũ est velut id q; quiescit. Si ergo & rõne vnum acciperet tunc vnus motus & cõtinuus erit, quod quidẽ eidẽ inest ppter id q̃d fertur. Sic aũt & punctũ se habẽs vnã efficit lineã & nunc vnũ tẽpus, si vnũ fuerit punctũ, & vnũ nunc subiecto & rõne. Nam si duas rões punctum susceperit, & alterius fuerit terminus, & alterius principiũ, tunc etiam erunt duæ lineæ & punctũ non erit causa continuationis sed diuisionis. Si aũt & ratione vnũ fuerit idest vt terminus solus cõmunis vtrisq; acciperetur etsi infiniti essent, tũc etiam linea vna erit & continua. Et huius causa est punctum. idem quoq; dicendum est de tempore & ipso nunc.

DISTINGVIT etiã hoc priorẽ & posteriorẽ motũ. Atq; hoc accõmodať quodãmodo pũcto. Etenim punctũ & cõtinuat longitudinẽ & distinguit. Nã huius principiũ est illius finis. Verũ cum hoc modo quispiã ipsum sumpserit, ut uno ipso tãquã duobus utatur, tunc stare necesse est, si erit principiũ & terminus idem pun-

ctum fuerit. Ipsum aũt nunc quia id quod fertur semper aliud atq; aliud est.

Cum dixerit quod motus & latio ipso ꝙ fertur vna est, & ostẽderit quomodo vna, qm̃ q̃n subiecto & rõne id ꝙ fertur vnũ esse acciperetur. Nunc aũt dicit quomodo est causa diuisionis motus. Nã q̃n staret id ꝙ fertur, deinde rursus inciperet moueri, prior quidẽ motus accepit finem, & secũdus principiũ & duo essent motus & nõ vnus, hac igĩ rõne id ꝙ fertur est causa diuisionis. Atq; hoc accõmodatur quodãmodo puncto. Diximus iã quomõ etiã pun
Textus, ctum in linea est causa continuationis & diuisionis. Adiecit aũt quodãmodo ꝓpter ea quod in magnitudinibus actu punctũ diuidit lineã, nũc tñ nũquã actu diuidit tẽpus quẽadmodũ diximus, neq; in cælestibus id ꝙ fertur actu diuidit motũ, sed solũ ſm cõsideratione, vt iam diximus, & hac igĩ rõne differrent adinuicẽ. Et posset etiã ꝓpter hoc esse additũ illud (quodammodo.) Verũ ipse Aristo. exponẽs cur adiecerit quodãmodo, subiungit. Etenim punctũ continuat longitudinẽ & distinguit & cetera. Nã in magnitudine & puncto idem punctũ cũ his accipietur & numerabitur, velut principiũ & finis & manens. Nã cum sic bis accipitur vt
Textus, alterius sit finis, & alterius principiũ, sic numerat magnitudinẽ & distinguit, at ipsum nunc non ita se habet. Neq; enim permanet prius nũc neq; posterius, sed sequitur id ꝙ fertur. Ipsum nãq; ꝙ fertur in eo ꝙ aliud & aliud sit nõ potest permanere, quare ipsum bis accipi nõ potest, igĩ neq; nũc manet neq; bis accipitur simul vt punctũ, attamen duas recipere rationes cũ vnũ & idẽ sit nihil vetat. Nã ipsum nunc ꝙ diuidit diẽ a nocte, diei finis est, & noctis principium, quãdo igĩ (vt dicebã) diuidẽs hæc tẽpora acciperet cogitatione & non actu diuidens.

QVARE tempus est numerus non uelut est punctum idem principium & finis. Sed uelut potius extrema lineę.

Ex dictis inquit cõcludamus ꝙ cũ dicimus tẽpus esse numerũ, & dicitur numerus numerare prius ipsius & posterius. Hæc aũt sunt ipsa nunc, nõ ita ipsum numerũ dicimus videlicet ipsa nunc quæ in ipso sunt, quẽadmodũ punctũ numerũ dicimus q̃n eundẽ bis accipimus, hoc aũt est q̃a partim hẽt rõnẽ finis, partim principij. Nã pũctũ habẽs aliquã põnem & manens, & in re põnẽ habẽte & pmanẽte subsistẽs põt bis accipi. Nã nõ vetat vt accipi possit. At ipsum nũc nõ põt bis accipi vt principiũ, atq; vt finis. Nã tẽpus in quo subsistit cũ habeat esse dũ fit & fluit nõ põt bis accipi idẽ nũc, & velut principiũ atq; velut finis. Nam hoc modo tẽpus rem stabilẽ esse faceremus. Nã si huius est principiũ & alterius finis diuideretur ipsũ, & duo tẽpora & totidẽ motus forent. At demõstrabiĩ duos motus esse cõtinuos nõ posse, sed prorsus quiete intercipiũtur, si ergo hoc in tẽpe fieri nõ põt, igitur idẽ nũc bis accipi nõ põt, sic ergo nõ põt nũc ipsa neque sunt numerus esse, vel tẽpus eisdẽ distingui, verũtamen vt extrema lineæ finitæ põt esse. Nã extrema lineæ sunt duo puncta vtriq; posita quibus finitur in vtrãq; partẽ quæ sane numerũ habẽt. Nã duo sunt extrema lineæ finite, non ita aũt duo, vt idem punctũ bis acceptũ sit. s. principiũ, & velut, sed vnũquodq; habet rationem vnã termini & finis. Ita & nunc numerus est non vt idem bis acceptum sit, sed vt aliud, atq; aliud, & in alia atq; alia parte tẽporis. Etenim sic sunt duo lineæ vt in alia parte & alia lineæ. Verũ non alia & alia subiecto. Nam sic idem esse ostensum est, sed quia idẽ in alio & alio accipiĩ, & vt prius atq; posterius, ceu ẽt Coriscus alius est in foro, & alius in lyceo licet subiecto idem sit.

ET non ut partes ob id ꝙ diximus. Nã medio puncto ut duobus utetur. Quare quiescere accidet. Item patet neq; nunc esse temporis partẽ neq; diuisionem motus. Quemadmodum neq; puncta sunt lineæ, sed lineæ duæ partes unius.

Cum ostenderit nõ posse numerũ esse tẽpus idest ipsa nũc per quæ numeratur tempus, quẽadmodũ & ipsum punctũ q̃d bis accipitur. s. vt terminus atq; vt principiũ, sed velut extrema & terminis lineæ finitæ, demonstrat q̃d neq; hoc modo numerus est velut partes lineæ seu siquis diuidens lineã, vel actu, vel cogitatione diceret ipsam numerũ esse quatenus hẽt duas partes. Neq; igiĩ tps põt dici esse numerus eo q̃d nunc ipsa per quæ numeraĩ sunt partes eius. Nã nequeũt nunc ipsa esse partes tẽporis inquit. Primũ quidẽ ob ea quæ iã diximus, qm̃ si prius nũc & posterius essent tẽporis partes, qm̃ hac rõne diuiderentur inter se id q̃d forsitan nũc est in oriẽte, & id q̃d est in occidẽte, sane aliquid erit intermediũ diuidẽs quo igĩ rursus vt duobus vtetur quemadmodũ & puncto quo fit lineæ diuisio vtimur vt duobus, vno velut terminante lineã, altero velut principio, vel simpliciter vt duas lineas terminante,

nante,& vniuscuiusq; terminus est propria rōne,quo igr̃ rursus accidet tēpus actu diuidi, ob id igr̃ inquit ĩpossibile est ipsa nūc partes tēporis esse,atq; nūc esse partes ipsius ĩpossibile velut punctū lineæ. Nā nequeūt ea quæ sunt īpartilia esse partes alicuius partibilis atq; diuisibilis. Nā lineæ partes sunt ipsæ lineæ,sic igit̃ & partes tēporis sunt tēpora. Decebat aūt dicere. Itē pa' et neq; ipsa nunc esse tēporis partes,& dicit neq; tps esse partē motus tēpus appellans ipsum nūc. Nunc ipsa igr̃ neq; motus cuius tēpus est numerus,neq; ipsius tēporis partes esse queūt pp ea quæ diximus.sed neq; ipm tps pōt esse pars motus,cum neq; numerus denarius q numerat decē equos sit pars decē equoꝝ,neq; modius dico.(ille qui metitur et est mensura pars illius tritici qui mensuratur est,potest quoq; & per motū intelligi nō motus cæli,vel simpliciter motus magnitudinis,cuius pars dicitur esse tempus,sed ipsum nunc fluens ex quo tempus emergit,& cum tempus numerus esse dicitur & numerus temporis secundum ipsa nunc pro nunc quidem tempus dixit,& pro tempore motum ipsius nunc.

Habebat textum falsum.

IPSVM igitur ut est quidem finis tempus non est,sed accidit. Vt autem numerat numerus est. Nā fines illius sunt solum cuius sunt fines. Numerus autē equorum denarius inquā & alibi etiā est. Quod quidem igitur tēpus sit numerus motus per prius & posterius & continuum,cum sit continui numerus patet.

Diximus prius fuisse ꝓpositũ Aristo. demõstrare, vt tps nõ solũ sit mẽsura motus, sed etiã quietis, & hoc merito, cũ & omnis cognitio non solũ formarũ sit susceptrix & capax sed etiã priuationũ. Et enim oculus nõ solũ cognoscit lumen sed etiã tenebras, verũ lumen cognoscit per se, priuationẽ aũt negatione luminis, similiter & in aliis, & regula discernit rectum & tortũ curuũq;, sed rectũ per se iudicat qđ ipsi vndiq; simile est equale. Curuũ aũt negatione recti. Vt enim discernit nõ coherens nõ vndiq; sibi equale simileue nõ affirmãdo, sed negãdo, sic igit & tps nõ solum motus est numerus, sed etiã quietis, verũ motus per se quatenus mẽsurat extensionẽ prorogationẽq; ipsius & veluti id q cũ ipso simul extenditur & producitur, sed quietis inquit per accidẽs. Magis aũt propriũ erat dicere per aliud. Nam mẽsurãdo motũ, qm̃ quãto aliquid mouetur tanto aliquid aliud quiescere cõtingit, proinde tps mẽsurans motũ dũ ipsum mẽsurat hac rõne mensurat & quietẽ. Nã dicimus hodiernã quietẽ vel vt ita dixerim annualẽ, qm̃ in tanto tpe quieuit quãto aliquid aliud mouebat extensione in quiete nõ per se cõsiderata sed p aliud. Nã qa aliud fit in extẽsione & ꝓductione hac ratione quies dicitur habere extensionẽ, pulchre aũt a nobis dictum est tps nõ mẽsurare quietẽ per accidẽs, sed per aliud qa mẽsurãdo motũ mẽsurat quietẽ. Nã si per accidẽs mẽsuraret quietẽ & per se motũ oporteret motui accidere quietẽ. Talia enim ostẽdebant esse p accñs quibus inerat aliquid p accidẽs, nũc aũt nõ accidit motui quies, igit tps nõ mensurat p accñs quietẽ, sed neq; per se, igit per aliud, qm̃ mensurãdo motũ mensurat quietẽ. Itẽ inquit nõ solũ tps mẽsurat motũ & quietẽ, sed etiã ea quæ mouent, & ea quæ quiescũt per accidens mẽsurat, dico. s. ipsas substãtias. Nã tps mẽsurãdo motũ ipsoꝝ & quietẽ hac rõne diceret tps mensurare ipsa per accidẽs, qm̃ accidit ei q mouetur homo, vel cælũ, vel aliud quoduis esse, etsi tẽpus motus & quietis mẽsura est, igit quæcũq; sunt & nõ mouent, neq; quiescũt, hæc neq; a tpe mẽsurant, ceu centra & poli, p̃terea & animæ, & angeli & talia. Nã hæc separant a motu & quiete, quare neq; tpe ea mensurant, igit neq; in tpe hæc sint, siquidẽ ea dicant esse in tpe, quæ ab ipso mensurãtur quatenus mouent & quiescũt. At hæc nõ mẽsurantur a tẽpore, qm̃ neq; mouent neq; quiescũt, igr̃ neq; in tpe sint, igit eorũ quæ sunt aliqua in tẽpore sunt in aliqua vero nõ sunt in tẽpore, quæ cũ dicat deinceps oñdit eoꝝ quæ nõ sunt aliqua esse in tpe, aliqua vero nõ esse, inquit igit quecũq; eoꝝ quæ nõ sunt ipossibilia esse videtur, hæc & opposita his nõ dicunt esse in tpe, sed sempiterna sunt vel nõ sunt, ceu quadrati diametrũ cõmensurabilẽ lateri vel equalẽ esse vnũ est eoꝝ quæ nequeũt esse, idcirco hoc non dicit esse in tpe, qm̃ nõ possumus accipere aliquid tẽporis illius q nõ habet existentiã, cum igit huius esse nõ sit in tpe necessario neq; oppositũ eius q est in tpe erit, dico exẽpli gratia diametrũ esse incõmensurabilẽ lateri, quippe existentia eius nõ sit accipere aliqđ tps maius. Nã semp hoc ita & eodẽ mõ se habet, igit ee res de numero quæ sunt ipossibile, non sunt in tpe, qm̃ neq; oppositũ ipsis est in tpe dico. s. id q est necessario, sed huius existẽtia sempiterna est, illius aũt inexistentia. Sed eoꝝ quæ sunt quæcũq; aliqñ esse pñt, & aliqñ nõ esse hæc sunt in tpe. Hoꝝ aũt triplex est discrimen. Nã eoꝝ quæ cõtingẽter nõ sunt quædã iam fuerant, & nõ sunt, ceu Homerus, quædã erũt sed nõdũ sunt, ceu futurũ deliquiũ solis aut lunæ, vel aliquid aliud q futurũ est, quædã quoq; sunt quæ iã fuere, & rursus erũt ceu Solẽ occupare esseq; in orientẽ qui iã fuit in oriẽte, & in iterũ erit, oĩa igr̃ quæ hoc mõ nõ sunt, in tpe esse dñr, qm̃ est accipere tps maius inexistẽtiæ ipsoꝝ quæ tps quo fuerãt. Dico igit vniuersaliter de his quæ sunt & nõ sunt, qm̃ quæcũq; necessaria sunt, vel ipossibilia hæc non sunt in tpe. Nã illa semp sunt, illa vero nõ semp sunt, quæcũq; aũt queũt esse & nõ esse, hæc in tpe sunt vel nõ sunt, equidem hæc sunt, in tẽpore qm̃ est accipere tẽpus maius esse ipsoꝝ q̃ id quo non sunt, & illa non sunt in tempore, quoniam est accipere tempus maius nõ esse

Ex dictis igit his seq-

tur ut Socr. q mō eēt magis nō eſſet qā ē acci pere tps maius ſui non eſſe.

ipſorum quo non ſunt. Sciendum autem ꝙ multi codices & libri non habent in hoc textu illam partic ulam per accidens, neq; Alexander commemorauit ipſam.

NON enim uelut id ꝙ eſt in motu, ſic & id ꝙ eſt in tempore moueri neceſſe eſt. Non enim tempus motus eſt, ſed numerus motus. At in numero motus. At in numero motus, & id eſſe poteſt ꝙ quieſcit.

Qm̄ dubitaret quiſpiā quomō tp̄s ſi mēſura quietis. Nā ſi etiā tp̄s ſit numerus motus, & nō ſolū motus in tēpore eſt, ſed etiā quies, videbit̄ & quies in motu eſſe, ſiquidē quies in tēpore, & tp̄s in motu eſt. Inquit ergo nō quēadmodū id ꝙ eſt in motu neceſſe eſt moueri, ita & ꝙ eſt in tēpore neceſſe eſt moueri. Nā ſi penitus idē eſſent motus & tp̄s, neceſſe foret vt id ꝙ eſſet in tēpore mox moueret̄. At modo nō neceſſe eſt vt id ꝙ eſt in aliquo, iā & illud ſit cui illud accidit. Nō enim ꝙ in eſt dulci neceſſe eſt & melli ineſſe, qm̄ accidit melli dulcedo, neq; enim ꝙ ineſt albo, palio ineſſe vel fuco oportet, ſic neq; ꝙ ineſt tempori neceſſe eſt in motu eſſe, qm̄ accidit motui tēpus. Nā ꝙ eſt in die non neceſſe, ei eſt in orbiculatione cæli eſſe, qm̄ tempus eſt menſura orbiculationis cæli. Eſt enī in die ipſum quieſcere, & certe ipſum quieſcens non eſt in motu. Sic igitur neq; abſurdū vel īpoſſibile ē in tēpore motū eſſe & quietē.

NON enim omne quod immobile eſt quieſcit, ſed ꝙ caret motu, atq; moueri eſt aptum, ut etiam antea diximus.

Qm̄ dixit quieſcēs poſſe in numero motus eſſe, vt ne quis dicat, itaq; centrum & poli vniuerſi qm̄ quieſcūt, & hæc erūt in tempore, propter hoc inquit nō hoc dicebā, ꝙ ſi aliquid eſt īmobile hoc poteſt eſſe in tēpore. Nam quieſcens eſt in tēpore & non īmobile, ſed id ꝙ aptū eſt moueri licet non moueat̄. At cardines & centrū immobilia ſunt, non tn̄ quieſcunt. Nam apta moueri nō ſunt, quare neq; in tēpore ſunt. At quieſcens in tēpore, & non ipſum īmobile, quippe quieſcens aptum ſit moueri, licet non moueatur.

ESSE autē quippiā in numero, ideſt eſſe numerū ipſius rei quendā, & mēſurari ipſius eſſe, eo ſane numero in quo eſt, quare ſi erit in tempore menſurabitur ab ipſo.

Qm̄ dixit quieſcens in numero motus eſſe, quomō quædā dicerent̄ in numero eſſe motus iterū dicit ꝙ eſt velut quidā numerus ipſorum dico. ſ. ipſa numerari vel ſm̄ multitudinem ſubiectorum vt diximus in numero eſſe decē equos, vel ipſum habere numeratū eſſe, vt dicimus bellū Troianū in numero quoddā tēporis fuiſſe. Nā decem annis confectū fuit, cū igit̄ id ſit in numero eſſe, & numerus quiddā eſt tp̄s, hoc erit in tp̄e eſſe. ſ. habere aliquod tp̄s ꝙ numeret rei eſſe, quēadmodū dicimus res Troianas in quoddā tēpore fuiſſe, & Homerum, eo quod fuit aliqua tēporis pars in qua erant. Sic igitur & quies in tēpore dicitur eſſe, quoniam eſt quoddam tempus in quo quies eſt.

METIETVR aūt tēpus, & id ꝙ mouet̄ & id ꝙ quieſcit, qua illud mouetur, & qua quieſcit. Nā alterius ipſorū motū, alterius quietē quāta quædā ſit metietur. Quare id ꝙ mouet̄ nō a tp̄e mēſurabile ſimpliciter erit ut quātū eſt quoddā, ſed ut motus eius eſt quātus, quare quæcūq; nō mouent̄ neq; quieſcūt, nō ſunt in tēpore.

Quod etiam tēpus res menſuret, ceu homines, vel equos, & omnia ſimpliciter non per ſe oſtendit. Nam homo qua homo non menſuratur a tēpore, ſed quatenus habet quandā extenſionem ſm̄ ſuum eſſe, quare per ſe motum rerum metitur, vel quietem, & per accidens ipſas ſubſtantias rerū, ſiue ipſe ſint ea quæ mouent̄, vel quieſcunt, vel homo, vel quoduis aliud, quare quæcunq; non mouentur neq; quieſcunt non ſunt in tempore.

ESSE enim in tempore eſt tempore menſurari. Tempus autem motus eſt & quietis menſura.

Quod neq; ea quæ nō mouent̄, neq; ea quæ nō quieſcūt nō ſint in tp̄e probat vtens tali ſyllogiſmo in ſecūda figura. Item in tp̄e eſt menſurari, ſed ea quæ nō quieſcunt, neq; mouent̄ nō menſurant̄ a tp̄e, igit̄ neq; ea quæ nō mouent̄ neq; ea quæ nō quieſcūt non ſunt in tp̄e quod quidē demonſtrauit, huius aūt ſyllogiſmi Ariſto. prius ponens concluſionē cū

dixeris

dixerit superiore textu, quare quæcũque nõ mouent, neque quiescũt nõ sunt in tẽpore, posuit hoc in textu duarũ propositionũ maiorẽ affirmatiuã dicentẽ ea esse in tẽpore quæ mensurant a tpe, minorẽ aũt ꝓpositionẽ negatiuã dicentẽ quæ nõ mouent, neque quiescũt nõ mensurant a tpe nõ posuit. Verũ eã ꝓpositionẽ posuit eã per quã ipsa est vera & ex qua concluditur & deducitur, hãc. s. Tempus aũt est motus & quietis cã in qua ꝓpositione oportet subaudire hãc particulã (solum.) Quod aũt tps sit mensura motus & quietis supioribus demõstrauit. Si aũt motus & quietis solũ tps est mensura, verũ erit vt neque ea quæ non mouent, neque ea quæ nõ quiescunt mensurent a tpe. Nã hoc cõcludit per cõuersionẽ ex cõtrapõne in scdo mõ syllogismoꝝ hippoteticoꝝ, si ea quæ mẽsurant a tpe, hæc mouent, vel qescũt, ergo quæ nõ mouent neque quiescũt, hæc nõ mẽsurant a tpe, quæ minor & negatiua est syllogismi ꝓpõ ex qua cõcludebat neque ea quæ nõ mouent, neque ea quæ nõ qescũt eẽ in tpe.

PATET igitur neque omnia quæ non sunt in tempore esse, ceu quæcunque non possunt aliter se habere. Vt Diametrum esse commensurabilem lateri.

Cum dixerit eorum quæ sunt aliqua esse in tempore, quoniam quæcunque mouentur & quiescunt in tempore sunt, & quædam non sunt, qm̃ opposita his nõ sunt in tempore, vult modo idipsum ostẽdere in his quæ nõ sunt, qm̃ quæcunque sunt impossibilia eorum quæ nõ sunt, hæc nõ sunt in tempore, quæcunque autem possunt non esse hæc sunt in tempore.

PRORSVS enim si tempus mensura est motus per se, cæterorum uero per accidens, patet quorum esse metitur, eorum omnium esse in quiete uel in motu consistere. Quæ igitur sub corruptionem generationemque cadunt, atque omnino ea quæ tunc sunt tunc uero non sunt ea in tempore esse necesse est. Nam est tẽpus aliquod maius quod esse ipsorum excedit, & illud quod mensurat substantiam.

Quod ĩpossibilia nõ sint in tempore etiã per hæc probat. Si tps per se motus est numerus, & cæteroꝝ per accidens idest earum rerũ quæ motui & quieti subiiciunt, & esse in tpe est mensurari a tpe, quæcũque igit neque mouent, neque quiescunt nõ mensurant a tẽpore hmõi autem sunt & ipsa impossibilia. Nam immobiliter non sunt, igitur a tẽpore non mensurantur, quare neque per accidens sunt in tempore. Nam per accidens metiuntur substãtiæ ab ipso tempore quæcunque vel mouentur vel quiescunt, quare quorũ non est motus, neque quies, hæc neque per accidens mensurarent a tempore, quare neque per accidens essent in tẽpore.

CVM autem eorum quæ non sunt quæcunque continet tempus alia quidẽ erant ut Homerus aliquando erat, alia uero erunt ut aliquid futurorũ, & tempus in utrãque partem continet. Et si in utramque erant & erunt.

Cum eorũ quæ nõ sunt quæcũque sunt in tẽpore, quæ etiã cõtinent a tempore, Hæc autẽ sunt quoꝝ esse maius erit tempus, alia quidem erãt & nõ amplius erunt, alia vero erunt & nõdũ sunt, alia denique erãt & iterũ, igr̃ tps continet p̃terita ſm nõ esse ipsoꝝ per tps p̃teritũ, quo extiterant, & futura cõtinet tps futurũ quo erit, quare maius tps est esse ac substãtia ipsoꝝ. Equidẽ his quæ facta sunt p̃teritũ tps quo extiterãt maius semper est eo quod factum est ſm quod ipsum nõ est in futuris aũt plus tpis est quo nõ sunt, quã tps quo erunt. Itẽ in his quæ facta sunt & rursus futura plus tẽporis est cũ nõ sunt quod quã tps quod ipsa cõtinet ad vtrãque partẽ. Equidẽ plus tpis est eoꝝ quæ facta sunt quã tps p̃teritũ quo erãt, & plus tẽporis eoꝝ quæ sunt futura q̃ tps futurũ quo erunt. Et si in vtrãque inquit & ambo idest si in vtrãque cõtinet tps nõ esse ipsoꝝ & ſm p̃teritũ & futurũ, vtraque & erant prius & rursus erunt.

QVECVNQVE aũt nulla ex parte cõtinet neque erũt, neque sunt, neque erant. Sũt aũt talia eorũ quæ nõ sunt, quorũcunque opposita semper sunt, ceu diametrũ esse incõmẽsurabilẽ costę semp est, & nõ erit hoc in tpe ergo neque cõmẽsurabilẽ eẽ lateri erit in tpe. Vnde semp nõ est quia cõtrariũ ei est id quod semp est. Quorũ uero cõtrarium non semp est ea esse ac nõ esse possunt & est generatio & corruptio ipsorum.

idest in quibus eoꝝ quæ nõ sunt ſm nihil tps cõtinet nõ esse ipsorũ, neque ſm tps p̃teritũ

atq; ſm futurũ. Hæc nãq; prius nõ erãt, neq; modo ſunt, neq; poſt hæc erunt. Quæ autẽ hæc ſini ſignificauit dicens. Quorũcũq; oppoſita ſemp ſunt, ceu diametrũ eſſe incõmenſurabilẽ coſtæ. Nã cũ hoc ſemper ſit atq; neceſſario oppoſitũ huic, hoc aũt eſt diametrum eſſe cõmenſurabilem lateri, nunquã eſt & nequit eſſe. Vt igiẽ eſſe diametrũ incõmenſurabilem coſtæ ꝑpterea quod nõ cõtineẽ a tẽpore ſed eſt ſupra omne tẽps nõ eſt in tẽpore, ſic & huic oppoſitũ nũquã exñs nõ cẽ eius nõ hẽbit in tpe, qm̃ vniuerſo tpi coextẽdiẽ in exiſtẽtia eius.

IPSVM autem nunc continuatio temporis eſt, ut antea diximus. Nam continuat tempus præteritum: Et futurum, atq; omnino eſt temporis ultimum. Eſt enim huius quidem principium, illius autem finis.

Propoſitũ Ariſto. modo eſt de aduerbiis tẽporũ diſſerere quid vnũquodq; ſignificet, ceu quid eſt nũc quid nũc, quid iã, quid nuper, quid olim, & quid repente. Primũ diſſerit de ipſo nũc & inquit duplex eſſe nũc momentumq; alterũ minimũ, alterũ aũt ꝓximũ. Primũ ergo de ipſo nũc minimo diſputat. Et hæc inquit quæ quidẽ & prius dixit q̃ nũc & momẽtũ cum vnũ & idẽ ſit, etiã eſt cõtinuationis & diuiſionis tẽporis cauſa. Nã quũ velut cõmunis terminus vtriuſq; tpis acciperẽ. ſ. pteriti, & futuri, tũc differẽtes partes tẽporis per ipſum cõtinuarenẽ. Nã ipſe in qnto libro definiens cõtinuũ ſic inqt continuũ eſt cuius partes copulanẽ ad terminũ cõmunẽ. Si ergo nũc eſt cõmunis terminus partium tẽporis eſt, cõtinuatio ꝑfecto tẽporis erit, qñ igr̃ vt vnũ ſubiecto & rõne acciperẽ dico. ſ. vt vnus aliqs terminus cõmunis tũc cõtinuatio ſit in tẽpore, qñ aũt vnũ qdẽ ſubiecto fuerit & rõne nõ vnũ acciperẽ, ſed huius quidem velut finis & alterius principiũ tũc diuiſio ſit tẽporis, quẽadmodũ etiã ſe habent puncta in lineis. Nã qñ accepero in linea punctũ aliquod ſm cõſiderationẽ & intelligentiã, ſi quidẽ ſimpliciter vt terminus vtriuſq; lineæ idẽ accepero, ceu eſt & circuli centrũ cõmunis quidã terminus oĩum rectarũ linearũ quæ ab ipſo ad circũferentiã ducunẽ, tũc punctũ eſt cõtinuatio lineæ, qñ aũt acceptũ pũctũ duas rõnes ſuſcipiet ceu ſi nos lineã diuiſam cogitauerimus & huius finis ſit pũctũ, & huius principiũ, tũc pũctũ eſt diuiſio lineæ, ſic igiẽ & de ipſo nũc dicendũ eſt, ſiquidẽ nũc vt vnã rõnẽ cõmunis termini hñs acciperẽ cõtinuatio erit tẽporis, qñ aũt acciperẽ velut hñs duas rõnes, ſit diuiſio tẽporis. Verũ differt nũc a pũcto, eo quod pũctũ põt accipi actu & potẽtia, ſed nũc ſic accipi nõ põt, quippe nõ maneat ipm̃ nunc, ſed ſemper in fluxu eſt. Nunc aũt q̃ appellaẽ plaṫichũ eſt id q̃ ꝓpe nũc minimũ eſt, ceu qñ venit, nos dicimus nũc, qm̃ tẽps eſt ꝓpe nũc minimũ, ſimiliter etiã de futuro dicimus venire nũc qm̃ hodie veniet, ſed de his quæ ante multũ tẽps facta fuerũt vel quæ poſt multũ futura erũt nõ dicimus nũc fuiſſe vel nũc fore. Nã quæ facta ſunt in troianis bellis nunc fieri nõ dicimus qm̃ multũ tẽporis intermedii interceſſit, neq; ea quæ poſt multum tẽporis futura ſunt dicimus nunc fore. Ipſum aũt tũc inquit tẽps definitũ ſignificat copulatũ cõnexumq; ad minimũ nũc pñs dr̃ aũt de pterito & futuro & vtroq; mõ vnũ aliqd hẽt pñs nũc ceu tunc fuere troiana bella dicimus ſi contigerint ad mille annos fuiſſe, & tunc eclipſis fiet dicimus poſt tot mẽſes. Eſt igr̃ ipſum tũc tẽps quoddã definitũ coiũctũ ad pñs nũc & cũ res ipſa ſuit, ſi autẽ hoc eſt ipſum tũ tẽps quoddã definitũ ſiue pteritũ, ſiue futurũ, herens coniunctũq; ad ipſum nũc pñs, minimũ & nullũ eſt tẽps actu acceptũ q̃ nõ ſit tunc ſiue acceperimus ipſum de pterito, ſiue de futuro, vr̃ omne tẽps eſſe, finitũ igr̃ tẽps inqt definet, vel nõ, & inqt q̃ nõ deficiet. Nã ſi ipſum nũc terminaẽ duobus nũc, omnẽ aũt nũc & pricipiũ eſt & finis nũquã deficiet tẽps ſed ſemp erit accipere tũc, quare nunquã deficiet ipſum tũc. Sed hoc quiſpiã nõ cõcederet nolens tẽpus ſempiternũ eſſe quod omne nũc accipiat duas rõnes rõnẽ. ſ. principii, & eã quæ finis eſt, ſed erit aliquod nunc quod quidẽ finis erit, & nõ amplius principiũ. Probat igiẽ nõ deficere tẽps ex motu, ſi ſemp motũ eſſe neceſſe eſt (inqt) & tẽpus ſemp eſſe neceſſe eſt, quod aũt motus ſemp ſit in octauo huius facultatis volumine nititur oñdere. Verũ vniuerſum tẽps magis oſtẽdit q̃ hoc vt in cõmentariis illius libri demõſtrauimus. Ipſum aũt iã eſt (inqt) ꝓximũ nũc pñti minimo q̃ ſane vel pteriti tẽporis pars eſt, vel futuri, dr̃ aũt de vtroſq;. Nã dicentibus qñ ambulas vadiſq; dicerẽ iã, ꝓpterea quod nõ multum abfuit a pñte nũc. Itẽ dicimus de pterito q̃ iã iuit, nemo tñ ipſum iã dicit de tẽporibus quæ longe multũq; abfuerunt. Nã quiſpiã nõ diceret iã illiũ captũ fuiſſe, neq; ea quæ poſt multũ tẽpus futura iã fore dicimus, quo igiẽ diſtinguẽ ipſum iam ab ipſo nũc amplo. Dico itaq; q̃ ſiue idẽ per vtrũq; nomen ſignificaẽ, vel ſi nõ idẽ ſignificaẽ ſed hñt quãdã differentiã difficilẽ, & ſm quantitatẽ differunt,

Et iz. mera, b. Ecce q̃ Ioannes Grãmaticus fecit cõmẽtaria in q̃tuor volumi nibus ſubſequentibus.

differunt, quod forte ipsum nūc amplum magis ꝓpe minimo nūc est q̄ ipm iā. ipsum aūt nuper & ipm est ꝓpe nunc sed solius p̄teriti est pars nō autē est amplius ipsius futuri, qn̄ venit dicimus quod nuper ꝓpterea quod ꝓpe ipsi p̄ntis nūc est, attn̄ de futuro græcoꝝ nullus vsus est ipso nuper, nullus enī (inquit) nuper lauabo, nuper ambulabo, sed in solo p̄terito fuenit. ipsum aūt olim est (inquit) qd a p̄nte lōge abest, olim extitere gestaq; fuere troiana bella, qm̄ a p̄nte p multū tp̄s distiterunt. ipm repente (inquit) dr̄ id quo, aliqd mutat̄ insensibili tpe ꝓpter breuitatē ceu dicimus repēte fieri ꝓcellā qn̄ breui mutaret̄ cōtinens & ꝓpter breuitatem mutationē simul nō sentiremus, repēte obiit excessitq; ex hac vita quod ꝓpter breuitatē tpis nō p̄cipimus mutationē ex ente in nō ens, sed velut imediate ex ipso esse nō eē scimus.

SED hoc non quemadmodum de puncto manente constat.

Non ita patet ipsum nunc diuidens, & continuans tempus quemadmodum punctum manifestum est continuans & diuidens lineam, causa autem quoniā punctum potest manere idest actu sumi, atqui ipsum nunc non stetit sed in fluxu est.

DIFFERT autem & potentia.

Potentia inquit pro hoc secundum considerationem & conceptionem mentis, ob id & tēporis diuisio est s̄m considerationem, Nam potentia nunc non diuidit tempus cum & actu diuisum sit. Nunc autem vnum & continuū est tempus & intelligentia solum diuisibile est.

ET qua sane tale semper alterum est nunc, qua uero connectit semper idem.

Qua tale idest qua diuidit. Nā qua diuidit duas rōnes recipit, & rōnem finis & rōnē principii, aliud enim est ipsi esse fine p̄teriti tēporis, & aliud est esse principium futuri, quatenus autē copulat p̄teritum & futurum, hac ratione vnum est & idem nō solum subiecto, sed etiā ratione. Nā vt cōmunis terminus vtrisq; accipitur, quēadmodum si intellexeris duas formicas a duobus extremis lineæ motas & in vnum aliquod & idem punctum ambas finientes absoluentesq; motum, punctum igitur in quod motus terminati sunt cōmunis quidā terminus est, & finis amboꝝ motuū, sic igitur & nunc nisi acceperimus simpliciter velut duas rationes habens, sed velut vnam quandam eam. s. finis tunc est continuatio temporis.

VT in mathematicis lineis. Non enim semper unum est punctum intelligentia nam diuidentibus aliud.

idest vt in mathematicis accipimus quoddā punctum s̄m intelligentiā in linea, & idem semper vnum existens, vnum aūt est cum accipit̄ s̄m intelligentiam, & nō s̄m actum, cum vero acceperimus ipsum punctum vt diuidens lineā tunc aliā & aliā ratiōe accipimus, cum vero ipsum acceperimus nō vt diuidens, sed velut hn̄s vnā & eandem rōnē ad vtrasq; lineæ partes, tunc non solum subiecto vnum fit sed etiā rōne, sic ergo & nunc s̄m intelligentiā acceptum, siquidem ipsum velut habens duas rōnes accipimus diuisio in tēpore fit, si aūt velut vnam rationem habens continuatio oritur, verba in quibusdam exemplaribus sic se habent qua quidem vnum, hac ratione semper vnum punctū idest quatenus vnum est punctum nō modo subiecto sed etiā rōne, hac rōne vnum existens punctum continuatio lineæ fit, intelligentia autē diuidentibus semper aliud & aliud nascitur punctū, idest hac ratione vnum punctum aliud & aliud facimus rōne intelligentia cōsiderationeq; diuidentes lineā.

VNVM autem & idem prorsus, sic & nunc, hoc quidem temporis diuisio secundum potentiam, illud autem terminus ambobus est unitas. Est autem idem & secundum idem diuisio & unitas, esse non autem non idem.

Hoc est repetitio prioris, quod quū velut vnum prorsus acceperimus candē hēt rōnē & cōtinuat lineā. Est aūt (inquit) idem & secundū idē diuisio & cōpositio. Nā in puncto accepto secundū cōsideratione idē sunt subiecto diuisio & cōpositio. Nā idē secundū aliā & aliā considerationē vel diuisum intelligitur vel copulatum. Et secundū idē idest secūdū vnum & idē pūctū. Nā hoc est quod p seipsum vel coniungit vel diuidit lineā aliter & aliter acceptū.

IPSVM igitur nunc hoc uno dicitur modo, alio uero modo cum tēpus huius

propinquũ fuerit. Dicimus enim nunc uenit quia hodie ueniet, & nunc uenit quia hodie uenit. At res quæ in ilio gestæ sunt non nunc fuisse dicuntur, neq; eluuio nũc fit, quãquã tempus continuum est usq; ad illa, sed quia non sunt prope.

Quoniam est & nunc amplum quoddã tẽpus proximũ minimo nunc & secundũ pteritum & futurum. Neq; olim facta ceu illa quæ in ilio gesta fuere, neq; ea quæ post multum tẽporis futura sunt, vt si fuerit eluuio, nunc fieri dicuntur vel facta fuisse etsi continuum sit tempus vsq; ad illa, quoniam non est propinquum minimo nunc.

IPSVM autem tunc tempus est ad prius atq; posterius nunc definitũ ut tũc capta est troia, & tunc eluuio erat, oportet enim finitum ad ipsum nunc esse.

Ipsum tunc (inquit) est tẽpus definitũ a duobus nũc pñte. s. & illo in quo vel fuit, vel erit res ceu tũc troia capta est ante mille annos circũscribẽtes tps hoc tũc q in quo capta est troia & pñte similiter dicimus q erit deliquiũ lunæ post tm̃ tpis circũscribẽtes rursus tps ipso nunc pñte & futuro in quo erit eclipsis. Dicens autẽ definitũ ad prius nunc visus est subintelligere & ad posterius. Nã prius posteriore est prius. Prius aũt & posterius non idem accipit, sed in pterito tunc prius quidẽ est nunc in quo extitit res, posterius autẽ est pñs. De futuro aũt econtrario prius quidem est præsens nunc, posterius autem futurum in quo erit res.

ERIT ergo tẽpus quantũ quoddã ab hoc & in illud: & erat in præteritũ, si aũt nullũ est tẽpus q nõ sit tunc oẽ sane tẽpus erit finitũ. Deficiet ne igit siquidẽ semper est motus. Aliud igit, uel idẽ sepe redibit, patet ut motus se hẽt ita sese tempus habet. Nam si unus idemq; sit & tempus idem ac unum erit. Sin uero non sit non erit.

Si enim oportet finitũ esse ad nunc pñs. s. dico, est igit aliqua tẽporis quãtitas definita ab ipso pñte mẽsurata vsq; ad illud. Pulchræ igr dictũ est, quod ipsum tũc est tẽpus definitũ, si aũt nullũ tẽpus est q nõ sit tũc omne tps erit finitũ. Nã si ipsum tũc de omni tẽpore dicitur. Nã in pterito & futuro omne tẽpus est, in his aũt est ipsum tũc, & tũc definit terminaturq; igit & omne tẽpus finitũ est. Vnde & ambigit si omne tps finitũ sit, num igr deficiet tempus vel ne. Nã videbit per vniuersum finitũ esse & deficere, sed & si omne acceptũ finitũ sit, attñ si motus sempiternus est cuius tẽpus est numerus necesse est & ipsum sempiternũ esse. Q d igr inqt vnũ & idem tẽpus numero erit, vel specie vnũ solũ, & inqt q vt se hẽt motus, ita sese hẽt & tẽpus. Nã si vnus & idẽ motus numero est & tẽpus similiter erit, si autẽ specie dũtaxat vnus & tps specie dũtaxat vnũ vt in suppositione rõnẽ deduxit. Verũ aũt pspicuũ est quod specie solum vnum sit tempus non tamen numero propter ea quod & motus sic se habet.

CVM autem ipsum nunc finis sit atq; principium temporis, non tamen eiusdẽ, sed transacti quidem finis, principiũ aũt cõsequentis. Vt circulus in codẽ quodãmodo curuũ & cõcauũ hẽt, sic & tẽpus in principio est semp ac fine. Et propterea semp aliud aliudq; uidet non eni ipsum pricipiũ ut esse eiusdẽ & finis. Simul eni & per idẽ opposita numero essent. Non ergo tempus deficiet. Nam semper in principio est.

Si nunc inquit finis quidẽ est pteriti temporis, principiũ aũt futuri eandẽ rõnem haberet quã habet circulus ad conuexũ & cõcauũ. Nã secũdũ idem subiectũ linea alio & alio respectu cõuexa & concaua est, si ergo tale est ipsum, nunc, & vnũ & idem est principiũ & finis, alterius quidẽ finis alterius autem principiũ nunquã deficiet tempus. Nã semp illud nũc q sumptũ est temporis terminus est & alterius temporis initium. Impossibile enim vnum & idem nũc eiusdẽ tẽporis principiũ esse & finẽ, sic enim simul & secũdũ idẽ cõtraria inessent. Si ergo tale est ipsum nunc semper in principio erit tempus, quare aliquando non deficiet.

IPSVM autem iam prope est præsenti nunc indiuiduo pars futuri temporis. Quando ambulabis, iam, quoniam prope est tempus in quo ambulabit. Et præteriti temporis q non procul est ab ipso nunc, quando ambulasti, iam ambulaui, illium nõ dicimus iam captum fuisse, quia longe ab instanti nunc distat.

Quod iam pars quædam est vel præteriti temporis, vel futuri prope existens ipsi nunc minimo,

minimo, si autem procul fuerit ab ipso non iam dicitur.

ET ipsum nuper ea pars est preteriti temporis que instanti nunc propinqua est, qũ uenisti, nuper, si fuerit tẽpus proximũ presenti nunc. Olim aũt quod longe abest.

Que sit differentia eorum ad inuicem scilicet ipsius nunc ampli & ficti & ipsius iam & ipsius nuper diximus. Olim autem & ipsum quidem est pars preteriti temporis, attamen non est prope nunc minimum, sed eminus.

IPSVM repente dicimus quod in tempore insensibili dimotum est.

Nam quum aliqua mutatio ex aliquo in aliquod fieret, deinde propter breuitatem temporis non sentimus pariter ipsum repente dicimus tale mutari, quemadmodum si scintilla comburens insensibiliter in aridis lignis stipulisq; collectam materiam accendat. Nam quia non sentimus in profunditate mutationem repente dicimus materiam ignitam esse.

MVTATIO autem omnis natura dimotiua est.

Quoniam dixit dimotum est, decebat dicere mutatum propter hoc adiecit, hoc quoniam propter hoc dicebam dimotum, est quoniam omnis mutatio dimotiua est.

IN tempore cuncta fiunt & corrumpuntur. Vnde & alii quidem sapientissimũ dicebant. Pitaghoricus autẽ Paron penitus indisciplinabile: quia obliuiscitur in hoc rectius dicens. Patet igitur corruptionis magis esse per se causam tempus q̃ generationis ut & antea diximus. Mutatio nanq; per se quidem est dimotiua: generationis autem: e ut quippiam fit causa per accidens est.

Quod quidẽ iam dixit in superioribus, idem nũc magis dearticulate dicit quomodo omnia dicuntur a tempore corrumpi, & narrat q; veterum alii tempus sapientissimum appellabant. Paron autem Pitaghoreus dixit rectius enuncians affirmansq; de ipso, dixit indisciplinabile esse tempus, quoniam gnignitiuũ est obliuionis, si enim tempus uel mutatio quedam est, vel prorsus mutationis aliqua affectio & omnis mutatio natura dimotiua est, merito dimotionis magis causa erit tempus q̃ generationis, si autem omnino dimotionem priuationemq; alicuius formæ consequitur generatio alterius hoc est per accidens, cum mutatio vt mutatio simpliciter dimouet tollitq; aliquod, accidit autem dimotione alicuius forme alteram formam sequi propter causam effectricem que mutatione velut organo instrumentoue vteretur, nisi ipsa mutatio p seipsam considerata nihil aliud quam priuationem forme subiecte operatur, p se igitur est causa corruptionis mutatio, p accidẽs autem generationis.

SIGNVM autem ex eo satis, quia nihil quidem fit nisi ipsum moueatur aliquo modo: atq; quippiam agat. Corrumpitur autem aliquid etiam si non moueatur: atq; hanc corruptionem a tempore fieri maxime dicere consueuimus. Verum neque hanc tempus facit, sed hanc quoque mutationem accidit in tempore fieri. Esse igitur tempus, & quidnam sit quotque modis nunc ipsum dicatur, & sit ipsum tunc, quid iam, quid nuper, quid olim, quid repente, diximus.

Signũ aũt inqt sufficiẽs est tps magis esse cã p se corruptionis gñationis aũt p accidẽs, qm̃ oĩs gñationis cã efficiẽs definita est, ceu viri vir, & domus edificator, & aliorũ similiter. Nam impossibile est fieri aliquid & ipsum non moueatur & mutetur, omne autẽ motum ab aliqua causa motrice mouetur, quare omne q; fit ab aliqua causa fit ab ipso mouente dico & mutante, quo igitur q; fit mouetur, & omnis motus tempore mensuratur per accidens tempus causa generationis dicitur. Sic quidẽ igitur est videre causam omnis generationis, quoniam & moueri omnino necesse est id quod fit, corruptionis autẽ non omnis est videre causam effectricem, sed vel tempus solum. Nam rueret domus a solo tempore labefactata vetustate, vt etiam tunica corrumperetur, & similia & nullius motus perspicui facti circa ipsa sed stantibus & quiescentibus, adeo vt nihil aliud habeat corruptionis efficere causam manife-

ſtam q̃ tẽpus. Et hec quidẽ tanq̃ ad cõmunẽ vſum, & ꝙ non ſit aliquã cãm perſpicuã corruptionis facere Ariſto. ĩquit, q̃m in nullo eſt tẽpus primo corruptionis cã & ipſe ſtatim induxit dicẽs ſed neq; hãc tẽpus facit, ſed accidit in tẽpore fieri et hãc mutationẽ fieri. Que igiť eſt causa effectrix corruptionis? Dicimus ꝙ eſt materia non apta p vniuerſum ſub formis ſtare, non eſt autẽ apta per vniuerſum durare ſub q; formis manere q̃m omniũ habet potẽtias, & oportet ſecundũ omnem potentiam quã in ſeipſa habet ad actũ redigi, niſi habitura ſit fruſtra inutileſq; potẽtias, ob igitur talis eſt, vt nequeat p vniuerſum ſubiici vni & eidẽ forme, quare & ſecũdũ alias potẽtias actũ reducẽda eſt. Prima quidẽ igitur cauſa corruptionis hec eſt. Alia autẽ eſſe vim eorũ que fiunt finitã. Nã vt auctionis metrũ eſt ad quod cũ peruenit natura ceſſa & ſtat, ita & inexiſtentiæ vniuſcuiuſq; metrũ definitũ eſt ad ꝙ res cũ puenerint corrumpuntur, quare corruptionis effectrix cauſa eſt nullam rem infinitæ potentiæ eſſe.

Quæ cã corruptionis.

HIS autem hoc pacto determinatis a nobis patet omnem mutationem, & omne ꝙ mouetur in tempore eſſe moueri.

Cũ diſſeruerit aduerbiis tẽporalibus nunc dubitationes quaſdã exponit cõuenientes ſermoni de tẽpore, prius aut quod iã dixit, nunc oſtendit, quod omnis motus in tẽpore eſt, probat autẽ tali ſyllogiſmo, omnis motus habet prius & poſterius, prius autẽ & poſterius in tẽpore ſunt, igiť omnis motus in tẽpore eſt, vel etiã ſic in tertia figura, prius & poſterius in motu ſunt, prius & poſterius in tẽpore ſunt, igiť mot⁹ in tẽpore eſt, pbat aũt vtrã q; propoſitionẽ & minorẽ propoſitionẽ hũc in modũ, omnis motus celeritatẽ & tarditatẽ habet celeritas & tarditas prius & poſterius habent. Nã velocius cũ puenerit in finẽ prius dicimus eẽ & tardius poſterius, igiť oĩs motus prius hẽt & poſterius qñ aũt dicimus oẽm motũ hẽre velocius & tardius nõ dicimus de ſingulari motu, ſed de ipſa ſpẽ motus ceu in toto motu ſcdm locũ vt totus eſt, celerius & tardius & in circulatione quedam eſt quidem velocioris motus quedã vero tardioris motus, & in aliis ſimiliter, ſic igitur minorẽ propoſitionẽ probat, & maiorẽ autẽ ſic prius & poſterius diſcernuntur per diſtantiã elongationẽue ad ipſum nunc. Nã ipſum proximus eſſe nũc, vel abeſſe diſcare q; prius dicitur & poſterius diſtãtia aũt ad ipſum nũc (inquit) in tẽpore eſt. Nã ſi nũc ipſum in tẽpore eſt & elõgatio diſtãtiaue ipſius nũc in tẽpore erit. Nã diſtare ab ipſo nũc qd aliud eſt q̃ tẽpore ab ipſo diſtare, quare ſi prius & poſterius p diſtantiã ad ipſo nũc diſcerniť, & diſtãtia ipſius nũc in tpe eſt, igiť prius & poſterius in tpe ſũt, prius aũt (inqt) & poſterius cõtrario mõ dñr ſecũdũ tps ptm̃ & futurũ. Nã in tpe pñ dicimus prius ꝙ magis abeſt ab ipſo nũc, poſterius aũt ꝙ proximus eſt ipſi nũc, priora .n. dicimus Troiana bella iis que in peloponẽſes geſta ſunt, de ſuturo aũt ecõtrario modo, prius dicimus ꝙ ex proximus ipſi nũc, poſterius autẽ ꝙ lõgius abeſt. Nã priorẽ dicimus in ventre ſtomachoq; digeſtionẽ eſſe ea que fit in epate. Hec dicens deinceps duas ponit dubitationes cõuenientes & opportunas ſermoni de tẽpore, vnã qũo ſe habet tẽpus ad animã, nũquid ſublata anima poſſit eſſe tẽpus. Secũdã ponit quõ vbiq; eſt tẽpus & in terra, & in mari, & in cælo & ſoluit prius ſecũdã dubitationẽ dicẽs propter quid tẽpus eſt mẽſura motus omnia autẽ hæc mobilia ſunt, celũ, terra, mare, cũ igiť mobilia ſint, & motus tẽpus eſt numerus, mẽſurãtur pfecto & hæc ab ipſo tẽpore, merito igitur in omnibus his dicitur eſſe tẽpus. Nã ſiue mouẽtur, ſiue quieſcãt mẽſurãtur a tẽpore omnino, & motus ipſorũ & quies, quẽadmodũ igitur dico diẽ vbiq; eſſe nõ eo quod dies cõſequatť horũ motũ, vel quietẽ, ſed eo ꝙ prorſus eſt metrũ motus & quietis, ita & tẽpus vbiq; dicimus eſſe. Nã dies quedã tẽpus eſt, definitur autẽ & eſſe habet tẽpus ex primo motuũ vt ſæpe diximus. Ad priorẽ dubitationẽ que q̃rit quõ ſe habet anima ad tẽpus, nũqd & nõ exiſtẽte anima numerante ſit tẽpus vel nõ, occurrit igiť obuiatq; tali modo, q̃m ſi numerus motus eſt tẽpus, numerus aũt nõ numerãs, ſed numeratus, & neceſſe eſt omnino nõ exiſtẽte numerante, neq; numeratũ eſſe. Nã talia ſunt de numero eorũ que ſunt ad aliqd dico .ſ. numerãs & numeratũ, cũ nõ fuerit ergo numerato, neq; numerus erit, igiť prius neceſſe eſt nõ exiſtẽte aĩa neq; numerũ eẽ, nihil .n. aliud eſt numerans quã aĩa, & aĩa nõ oĩs, ſed rõnalis, quare ſublata aĩa tolliť & numerãs, deſtructo aũt numerãte tollereť ẽt numerabile, & deſtructo ſublatoq; nũerabile demeť ẽt nũerus deſtructo aũt nũero tollereť & tẽpus, igiť deſtructa aĩa aboleret & tps. Sed ad hæc qſpiã diceret qd ſi quidem idẽ erit dicere numerabile & nũerũ, reuera oĩno neceſſe erit ſublata aĩa tolli nũerabile & hoc ſublato tolli ẽt nũerũ, & pp hoc tps, at mõ nõ ẽ idẽ dicere numerũ & numerabile eſſe, qđ

igitur prohibet tēpus vt quidē numeratile tolli sublata anima verūtamē numerū nō tolli cū & denarius lapidū numerus anima sublata vt numeratilis tolleretur, verūtamen numerus nō amplius tolleretur. Nam est lapidū denarius numerus & nō existente anima. Sed si prorsus inquit sublata omni anima tollere & omnis motus, & omni motu sublato tolleretur & tempus, siquidem tēpus est aliqua affectio motus igitur prorsus necesse est sublata anima vniuersaliter tolli etiam & tēpus. Nā anima sublata non solum motus qui proficiscūtur ab anima vna tolluntur, sed etiam naturales ceu motus grauiū & leuium, neq; enim mundus amplius est mūdus sublato circulari motu, tollitur aūt & ipse sublata anima, pulchre igitur diximus quod anima sublata tollitur & tēpus & nō solum omni anima simpliciter sublata sedent rationali, quippe si ea nō extiterit neq; irrationalis erit, siquidē natura prius sit rationale ipso irrationali. Præterea si demonstratū est q; preit diuersis mobilibus, hæc autē sunt corpora necesse omnino est per se mobilia esse, & eorum quæ mouentur in tempore aliqua semper mobilia, & omnium simpliciter quæ mouentur causæ semper mobiles, hec autem sunt animæ, necesse omnino profecto his sublatis omnem motum tolli.

CELERIVS enim & tardius in omni sane mutatione est. Nam in cunctis ita uidetur. Dico autem id celerius moueri q; prius ad subiectum pergit modo sit secundum ipsum spacium & uniformem motum uelut in latione si ambo super circunferentia, aut super linea recta moueantur, & in cæteris simili modo. At ipsum prius in tempore est prius enim atq; posterius ratione distantiæ ad ipsum nunc dicimus, ipsum uero nunc terminus est transacti atq; futuri. Quare cum ipsum nunc in tempore sit & prius ipsum posteriusue in tempore erit.

Dicēs qūo dicit ſm omnē mutationē celerius & tardius esse quod non ſm vnāquāque & vnā numero, sed secūdū omnē mutationē genere, ceu in mutatione secūdū locū & circulatione, atñ in generabilibus & corruptibilibus celerius & tardius & in singularibus videre ē, illud (inqt) dico celerius moueri q; prius ad subiectū puenit subiectū dicens finē in quē motus deducit, q; prius igr puenit in finē & vniformi motu mouet, hoc est celerius motū eodē existēte interuallo. Pulchræ aūt adiecit & vniformē motū. Nā si nō vniformi motu mouetur nūc aūt, sed mō celerius actiusq; motū, mō aūt segnius neq; discerni hi pñt ceu in latione, si ambo sup circūferentia moue, vel ambo sup recto spacio. Nā oportet idē esse spaciū nō solū secūdū quātitatē, sed etiā secūdū qualitatē. Nā si aliud moue in rectū, & aliud in circūferentia equalis magnitudine pōt in circūferentia motū cū moueatur ocius puenire posterius in fine. Nā q; moue ipedit pp curuitatē in circūferētia, & planū est hoc & ex equis certantib9, vñr enim in curuitate segnius moti, silr & in aliis ceu de elice nō eni simili velocitate qppiam moue in elicē & in rectū. Sciendū aūt q; ponēs cōclusionē quā sane vult pbare ppōnes per quas hoc cōcludit nō prius ponit, sed prius vnāquāq; pbat, deinde has pbans ita cōcludit totū syllogismū, prius aūt minorē ppositionē probat, ipsa aūt est dicēs in omni motu prius est & posterius, probat aūt tali syllogismo, in omni motu celerius est & segnius, sed celerius & segnius prius est & posterius, igit in omni motu prius est & posterius cum dicit celerius enim & segnius hæc est minor ppositio, cū aūt dicit dico aūt id celerius moueri, ipsa est maior ppositio, si autē celerius est q; prius mutatur, segnius autē profecto erit q; posterius mutatum est. At ipsum prius. Quod aūt prius & posterius sint in tēpore per hæc probat. Nam prius & posterius dicimus (inquit) ratione distantiæ ad ipsum nunc si nūc est terminus partium tēporis, igit in tēpore est nunc. Nā (inquit) nunc terminus transacti est atq; futuri, deinde adiicit, quare cum ipsum nunc in tēpore, & prius & posterius in tempore erunt, q; autem prius & posterius in tempore nunc ipso existente in tempore deinceps probat.

IN quo nanq; nunc est & in hoc distantia ipsius nunc esse oportet.

Quomodo autem nunc existente in tempore & prius & posterius in tēpore sint per hæc probat, quoniā inquit in quo est nunc, & distantia quæ est ab ipso nunc erit. Nam q; distat ab ipso nunc tempore ab ipso distat, quare siquidem prius & posterius ſm ipsam distātiam ad ipsum nunc discernuntur, & distantia est ipsius nunc in tempore propterea q; & ipsum nunc, & prius & posterius igitur erunt in tempore.

CONTRARIO autem modo dicitur prius ipsum in tempore præterito & futuro. Nam in præterito prius dicimus id ꝙ longius distat ab ipso nunc, posterius autem ꝙ eidem propinquius. In futuro autem prius quidem ꝙ proximius adiacet, posterius autem ꝙ longius.

Quoniã dixit ꝙ prius & posterius ſm distantiam ab ipso nunc discernitur, indefinitum autem hoc erat, neq; enim simpliciter est distans ab ipso nunc dicere, vel proximius vel longius. Nam aliter hoc est de pterito & de futuro tempore, propter hoc ipsum determinatur.

QVARE cum ipsum quidem prius in tempore sit, omnem autem motum comitetur ipsum prius patet omnem mutationem omnemq; motum in tempore esse. Dignum autem est consideratione & quonam modo sese habet ad animam tempus, & cur in omnibus tempus esse uidetur & in terra & in mari, & in celo. An ꝙ motus cum sit mẽsura tempus aliqua affectio uel habitus sit, hæc autẽ mobilia cuncta sunt. In loco enim omnia sunt tempus uero & motus simul sunt potentia & actu. Dubitauerit autem quispiam num sublata anima tempus sit uel nõn. Nam si numeraturũ esse non potest, neq; põt numeratile aliquid esse, quare constatut neq; numerus sit.

Concludit nunc propriissimas syllogismi ꝓpositiones sumatim & collectim breuiter inquit in omni motu prius est & posterius prius & posterius in tẽpore sunt, igitur omnis motus in tempore est. Dignum autem consideratione est & quonam modo sese habet tẽpus ad animam. Hic dictas dubitationes aggreditur. Hæc secunda est dubitatio. An ꝙ motus cũ sit mensura tẽpus aliqua affectio sit. Solutio secũdæ dubitationis, si enim motus inquit habitus quidam vel affectio est tẽpus cum sit numerus eius, & omnia hæc mobilia sunt, dico scilicet cælum, terra, mare, & reliqua, merito & tempus in his omnibus est. Quod autẽ hæc omnia mobilia sint, cælum dico terra, mare, & reliqua patet (inquit) quoniã in loco sunt tanquã ea quæ prorsus in loco sunt mox & mobilia esse oporteat, tandem inquit vt se habet vnumquodq; horum vt in loco sit ita se habet & mobile esse. Nam si potentia in loco fuerit, & potentia mobile erit, ꝙ si autẽ actu in loco est & actu est mobile. Similiter ꝙ ſm totum in loco est, & ſm totũ idem mobile est, & ꝙ ſm partes in loco, & ſm partes est mobile. Hoc autem est omnino falsum & ex his quæ videntur Aristo. hoc patet, quoniam spheræ quæ intra spheram inerrabilem continentur ſm seipsas vniuersas existentes in loco tamen nõ mouentur ſm seipsas vniuersas. Et terra ſm seipsam totam existens in loco, tamen non mouetᷣ secundũ seipsam totam. Nam per partes alteratur, & si accidit aliquando vniuersam alterari. Nam quemadmodum & si cunctis eius partibus genitis & corruptis non dicitur ipsa per seipsam totam cõrrũpi, sed secundũ partes, sic & cũctis alteratis nõ diceretur secundũ totam alterari, sed secundũ partes, Aristo. igiᷣ dicens ꝙ locus & motus simul sunt potentia & actu simul esse dixit. i. si potentia locus est & potẽtia motus erit, & si actu locus, & actu motus, & nõ amplius adiecit & si secũdũ totum locus, vel secundũ partes, ita & motus, sed interpretes hoc aiunt, cum & id ꝙ est in loco sit, vel secundũ totũ, vel secundũ partes, quare vt se habent vt sint in loco ita se habẽt vt mobilia sint. Hoc quidem igitur in his illud aũt vniuersaliter in loco esse statim & mobile esse dicere nõ intelligendũ est tãquã sit locus oĩno causa motus, sed velut sequẽs oĩno id ꝙ est in loco & mobile. Deinceps aũt priorẽ dubõnẽ ponens soluit.

Textus.

EST enim numerus aut id ꝙ numeratur, uel numerabile. Si autem nihil aliud est aptum numerare q̃ anima & animæ mens impossibile est si anima non sit tempus esse, nisi ꝙ utrunq; est ens tempus sit ceu si fieri potest ut sit sine anima motus.

Numerus (inquit) nihil aliud est q̃ numeratile quã vel actu, etenim diximus ꝙ numerus est duplex, alius quidem vt numerans alius autem vt numeratus, & vterq; profecto vel potentia vel actu hoc igitur in loco inquit de numero numerato ꝙ vel est potentia, vel actu, quare sublato numeratili tolleretur & numerus, tollitur autem numeratile sublato numerante ꝙ quidem est anima. Nam inquit sublata vna tollitur tempus. Non enim potest esse tempus sine anima nisi igitur subiecti tempori hoc autem est motus eum autem dicit hoc si fieri non potest vt sit sine anima motus ostenditur ꝙ & motus destruitur sublata anima.

Ipsum

IPSVM enim prius, atq; posterius est in motu, tempus autem est hæc, ut numerabilia sunt.

Quoniam dixit q; impossibile est tempus esse anima non existente, sed vel hoc q; vtrũq; ens est, tempus .i. subiectum tempori. Nam hoc apud Aristo. significat vt cunq; ens, subiicitur autem tempori motus, hoc ipsum volebat hic rursus ostendere. s. q; subiectum tempori est motus. Nam (inquit) ipsum prius & posterius est in motu quatenus numerabilia sunt, quare si tempus est id quod prius & posterius sunt id q; est in motu, priore & posteriore existente in motu velut in subiecto, & tempus ita erit in motu.

DVBITAVERIT autem quispiam qualisnam motus tẽpus est numerus.

Dubitationes de tempore diuersas a primis annectit. Et primum quod si tempus motus est numerus, multæ autem sunt species motus auctio, diminutio, alteratio, generatio, & corruptio, qualis ergo motus tẽpus est motus & inquit q; omnis motus est numerus qua motus sunt, non enim quatenus auctio est auctio tempus est mensuratiuũ eius, neq; alteratio qua alteratio, sed qua vnaqueq; harum est motus, hac ratione mensuratur a tẽpore, quare tempus est omnis motus mensuratiuũ. Nam tãquã distantiã prorogationemq; simpliciter vniuscuiusq; ipsorũ metitur, quare s̃m id cõmune q; est in ipsis mensurantur a tẽpore, non s̃m ea propria quæ competunt eis, huic aut deinceps annectunt talem alteram dubitationẽ, quoniã aliquã possunt simul duobus motibus moueri. Nam in eodem hoc aliquid s̃m locum mouetur potest aliud alterari, vel aliud quidẽ circulo moueri, & aliud motu recto, nũquid igitur duo tẽpora vniuscuiusq; motus mensurati a suo proprio tempore sunt, vel vnũ & idem tẽpus plurium n o uũ est mensuratiuũ, inquit igitur q; vnum & idem tẽpus pluriũ motuũ qui fiunt est mensuratiuũ, & quidẽ nihil absurdi accidit. Nam vt numerus in anima vnus existens & idem ceu decem metitur extra denas denariosq; numeros equorũ hominum, & lapidũ, & aliorũ, & quemadmodũ vrceus vnus & idem existens metitur vinum & aquã & cuncta gumida propterea quod non qua tale vnumquodq; ipsorũ est hac ratione metitur, sed quatenus quantũ aliquid est, ita & tẽpus vnũ & idem existens pluriũ motuum equalium & simul substantialibus mensuratiuũ est. Nam & si non equales sint motus, sed alter maior, alter autẽ minor quatenus alterũ tempo℞ est maius, hac ratione non idem est minori, & si equalia autẽ fuerint non simul autẽ, neq; hoc modo sunt numero eadem, specie tamen sunt eadem ea tempora quæ & non simul sunt, ceu nunc, dies, specie cum die sequenti eadem est. Post hæc quærit quod si metrũ est tẽpus motus circularis & vnũquodq; eorũ quæ mensurantur quadã vnigenea mensura mẽsuratur. Nam decem equi vno equo mensurantur, & decem homines vno homine similiter & lignum decem cubitorũ cubitali eiusdem parte mensuratur, necesse igitur & tẽpus cum sit numerus quodam tempore mensurari, quod est igitur hoc tẽpus quod omne tẽpus metitur. Ad solutionẽ igitur hanc prius accipit illud quod quidẽ iam superioribus dixit, quoniã non solum tẽpus motum mensuratur, sed etiam motus mensurat tẽpus, & quod motuũ alii sunt irregulares ceu sunt ii qui in ortu interituq; consistunt alii autẽ vniformes ceu sunt motus spherarũ, & horũ alii celeriores motu, alii segniores. Nam quidã ipsorũ circunducitur ab eodem in idem per triginta annos, alter autẽ per duodecim annos, alter vero per annũ vnum, & ita alius aliter quidam autẽ est omnium aliorum ocior & notior qui est spheræ inerrabilis & viginta quatuor horis durat dico. s. eum motum qui die noctæq; circunductus est in idem. Cum igitur metrũ & minimum est & notum merito & ab eodem motu definitum est tempus, dico scilicet dies vna, hæc autem est dies cum noctæ quæ est vnigenea mensura temporis quo omne tempus mensuratur. Nam mensem dicimus triginta circulationes spheræ inerrabilis, annum autem circunlationes, trecentas sexagintaquinq;, & simpliciter omne tempus multiplicatione dierum obtinet generationem, quare primo quidem motus definit minimum metrum ipsius temporis quo omne tempus numeratur, deinde eodem omne tempus numeratur, & quemadmodum vlnam & cubitum mensurauimus in digitales magnitudines & alius alter, hic quidem in. 22. alter autem in. 24. & alter in 26. ita sane & dies naturalis in multas partes diuisus est, ceu nos illum diuidimus in. 24. quæ horas appellauimus si autem & has est diuidere in infinitum, sed ad has relatione, quemadmodum & semidigitale, vel tertia pars, vel decima digiti relatione ad digitum cognoscitur & discernitur, sic igitur & scrup

Saturnus Iuppiter.

hora & reliquæ partes relatione ad horam discernitur, tamen motus vniuersi minimus &
notus est sphæræ inerrabilis circulatio cuius mensura dies est quo aliquando aliud tem-
pus metitur & hebdomada, & mensis, & annus, & reliqua temporis partes, & propter hoc
dixit visum est quibusdam veteris circulationem cæli tempus esse propterea quod eadem
definitur determinaturq; tempore. Nam temporis mensura eadem discernitur & definitur,
& omnis alius motus ab eodem mensuratur, siquidem & ipsa mensuret & definiat tempus
mensuratiuum motus, definitiuum igitur temporis tempus existimarunt. Deinceps reli-
quum ponit ea quæ cõmuni consuetudine dicuntur de tempore sequentia dictam contem-
plationem suam de tẽpore. Nam viri aiunt circulum esse humanas res propterea q tempore
mensurantur & definiuntur principiũ & finem obtinentia ceu bone valetudines & morbi,
prosperitates & diuersa, diuitie, paupertates, bellum, pax. Nam quemadmodũ circulo quo-
dam hæc omnia in seipsa reflectuntur & succedunt ipsismet mutuo inuicemq;, cum igitur
tempore hæc discernantur tempus quidã esse videtur, propter hoc & ipsa circulũ aiunt esse,
ipsum autẽ tẽpus circulũ inquiunt esse quoniã metrum est circulationis, & ab ipsa mensu-
ratur, quare inquit dicere humanas res esse circulum nihil aliud est q̃ dicere q tẽpus est qui-
dam circulus. Dicere autem q tẽpus circulatione mensuratur. Deinde quoniã in superiori-
bus cum diceret q differentiũ motuum vnum & idem tẽpus est mensuratiuũ de hoc fidem
facit exemplo in numeris quoniã vnus & idem numerus ceu decem differentiũ numerorũ
est mensuratiuus ceu decem equorũ, & decem hominũ, nunc vult ostẽdere quomodo vnus
& idem numerus metitur ea quæ substãtia differunt, simul autẽ tradit nobis regulã discer-
nendi, per quã cognoscimus quandoquidẽ & cõmuniter habentia aliquod prædicatũ inter
se cõmunicant & conueniunt sm illud idem prædicatũ, & non differunt sm illud & quãdo
non sunt differẽtia sm prædicatũ cõmuniter ipsorũ & inquit, quod quãdoquidem fuerint
habentia vnum aliquid prædicatũ eadẽ differẽtia differunt inter se quã habet ad seipsum &
pdicatum, tunc prædicatũ cõmuniter ipsorũ nõ est vnum & idem, quãdo autẽ nõ differunt
inter se habẽtia cõmune aliquod pdicatũ differẽtia pdicati vnum aliquid & idem est cõmu-
niter ipsorũ pdicatũ, ceu inquit de triangulo & circulo pdicatur figura, sed quoniã differũt
inter se triangulus & circulus, hac differẽtia per quã diuiditur & prædicatũ. Nam differẽtiæ
figuræ sunt rectilinea & circularis, hac ratione autẽ & triangulus differt a circulo, pro hoc
cõmune ipsorũ prædicatũ non est idem, si enim dicitur & triangulus figura & circulus, sed
alia & altera est in ambobus figura. Nam si circulis prædicato. s. figuræ addatur circulare,
& prædicato trianguli rectilineum aliud faciet figuram rectilineam, & aliud circularẽ, hæc
autẽ inter se sunt diuerse, tamen si duos triangulos accepero, verbigratia isopleurum & sca-
lemnonem, de his figura cõmuniter pdicatur quæ vna & eadem est in ambobus propterea
quod non differunt prædicati differentia. Nam figuræ differentia vt figuræ sunt rectilineũ
& orbiculare, sed isopleurus. s. equis lateribus triangulus, & scalẽnon inequalibus omni-
bus lateribus triangulus eadem differentia nõ differunt inter se. Nam ambo sunt figura re-
ctilinea, figura igitur vt dicebam vna & eadem de vtrisq; prædicatur, tamen triangulus nõ
amplius vnus & idem de vtrisq; prædicatur. Nam differunt inuicem prædicati differentia,
trianguli autẽ differentia sunt, triangulus equis lateribus & scalẽnon, his autẽ & duo trian-
Dubõ guli differunt inter se, igitur non vnus & idem triangulus prædicatur de vtrisq; regula igitur
hæc est. Dubitaret autẽ quispiã contra hæc, dicta nãq; Aristo. vbiq; sunt, quoniã quomo-
do igitur genera de speciebus vniuoce prædicantur, & si species differunt inter se prædicati
differentia. Nam animalis aliud rationale, aliud autem irrationale, attamen de homine &
equo animal vniuoce prædicatur, quare vnum & idem animal de ambobus pdicatur, quã-
tum igitur ad nunc dicta si non idem animal de homine & equo pdicatur, propterea quod
Rñsio. differunt differentia prædicati inter se, neq; prædicaretur de ipsis vniuoce. Forte igitur hic
prædicata non vt genera accepit, neq; vt simpliciter vniuersaliora & ratiõe separata ab vno-
quoq; subiectorum qualia sunt cõmuniter dicta quæ omnibus insunt, & in multis sunt,
sed cõmunẽ substantiã habentia propria autem in vnoquoq; inexistentia & ea quæ subsi-
stunt in singularibus. s. de animali in me & in equo. Nam hæc reuera non eadem sunt, quæ
tamen vt genera dicta prædicari non habent quandam propriam existẽtiam, sed ratio con-
templans quippiam cõmune in cunctis vt vnum aliquid hoc considerat non existens re-
Primo uera vniuersaliter per se, vt & ipse dixit. Nã vniuersale inquit, vel nihil est, vel posterius est,
de aĩa. cum igitur conuenientiam hanc cõmunitatẽue ceu intellectus separans a reliquis quæ vna
existunt

existunt ceu animal ab ipso rationali & irrationali mortali & immortali, fm considerationē ipsam per se contemplatus est non existentem per seipsam vniuersale appellauit, & vt vnā quandam naturam contemplatus est, qua ratione & vniuoce prædicatur de reliquis, tamē si contemplatus fueris, existens in vnoquoq; animali & subsistens, quoniam hoc vel rationale est vel irrationale, non erit idem fm substantiam & vnum in me & in equo, species tamen hominis eadem est fm substantiā Socr. & Platoni. ꝓpterea quod neutram ipsoꝝ copulantur differentia quadā separans ipsam a reliqua. Hic igitur de cōmuni substantia inquit quæ substat & in vnoquoq; singulari tota subsistit, cum dicit quæcunq; differunt subiecta interse quadam differentia cōmunis prædicati ipsorum quæ differentia vt generi ipsi inest hæc non sunt eadem fm prædicatum. quæcunq; autem non differunt hac differentia inter se in his prædicatum vnum aliquid est & ipsum fm substantiā, sic igitur & in decem equis, & decem asinis, & lapidibus quoniam non differunt, inuicē prædicati differentia. Non enim est altera species denarii numeri in equis ab ea quæ est in hominibus propter hoc cōmuniter ipsis inest & mensurat ipsa vnus, & idem existens, & hæc non differunt inter se secundum speciem denarii numeri. Quare si mensurantur ab ipso denario qui vnus & idem est in omnibus, igitur ab vno & eodem quæcūq; differunt mensurantur. dico decem equi, & decem homines, & decem lapides, & reliqua. Nam ab eadem denarii specie, quæ primo habet esse in anima iccirco & velut numero vna accipitur subiecti dico scilicet animæ modo vna & eadem semper existat.

AVT qualisuis. Etenim fit in tempore & corrumpitur & augetur & alteratur in tempore & fertur. Quo igitur motus est, hac ratione est uniuscuiusq; numerus.

Solutio prioris dubitationis, quoniam motus simpliciter numerus est tempus non huius, vel huius, sed simpliciter omnis motus qua motus est.

QVAPROPTER motus continui simpliciter numerus est tempus, sed non alicuius.

Pulchræ adiecit (continui.) Nam continui motus mensura est tempus, tamen si forent diuisi motus & plures ceu alteratio & auctio & corruptio, vel lationes plures horum multitudinis tempus non est mensuratiuum, sed vnitas in numero. Nam decem equos & decem lapides tempus non metitur, sed vnitas, sic etiam plures motus vt plures non metitur tempus, sed numerus videlicet vnitas, tamen vnumquemq; per se velut vnum & continuum tempus metitur prius & posterius eiusdem mensurans.

SED potest nunc moueri, & aliud quorum utriusq; motus tempus erit numerus. Aliud ne igitur atq; aliud erit, & equalia duo tempora simul erunt, uel non. Omne nanque tempus unum similiter & simul, specie autem sunt eadem & quæ non sunt simul.

Hic igitur dubitatio est, quod in eodem tempore alterius cuiusdam moti potest quippiā aliud moueri, igitur vtriusq; motus tempus est numerus, igitur (inquit) vtriusq; motus alter tempus est, & duorum motuum duo & equalia simul tempora erunt vel non, & soluit, q vnum est tempus motuum eorum qui equales & simul fiunt mensuratiuum.

NAM ut si sint ii canes tres, illi autem equi, atq; utriq; sint septem idem est numerus utrorumq;. Sic & eorum motuum qui simul desinunt idem tempus est.

Hoc exemplum est quomodo idem metrum plurium est simul mensuratiuum equalium existentium, quemadmodum igitur septem equorum & septem canum vnus & idē numerus est mensuratiuus septem, ita & equalium motum vnum & idem tempus mensuratiuum est.

ET si celerior alter forsitan est, alter autem non, & alter latio, alter autem alteratio, tamen tempus idem est siquidem & numerus equalis & simul sit alterationis & corruptionis.

Quemadmodum & illa mensurata non eadem erunt, sed alii sunt equi, & alii canes vna & eadem mensura existente, ita & de tempore differentes motus ab eodem tempore mensurati & spē motus etsi alter sit celerior, alter vero segnior. Quemadmodum si intellexeris in eodem tempore equum ocissime motum & ouem in vno die, & propter hoc inequaliū motuum existentium ipsorum vnum & idem tempus est mensuratiuum vna.s.dies.

ET propterea motus quidem diuersi seorsumq; fiunt, tempus autem ubiq; idem est quoniam & numerus eorum quæ sunt equalia simulq; unus & idem ubiq; est.

Quoniam & numerus vnus & idem vbiq; est qui equalium & simul fiunt, quoniā eorum motuum qui simul & secundū idem tēpus fiunt tempus est mensuratiuū. potest autem in eodem, & in terra, & in cælo & vbi moueri aliquid, propter hoc accidit vbiq; quidem esse tempus vnum existens & idem, & si mensurata ab eadem separata inter se fuerint, quoniam & equalium vbiq; ſm numerum vnus est idem numerus mensuratiuus est.

CVM autem est latio & huius species sit orbicularis, unumquodq; autem quædam sibi propinquo numeratur unitates quidem unitate equa sic tempus quędam definito mensurabitur. Mensuratur autem sicut diximus tempus motu, & motus tempore.

Altera dubitatio quoniam si vnūquodq; a quædam sibi propinqua & vnigenea mensura mensuratur, tempus ergo quodam sibi propinquo tēpore mensurabitur. Est autē continuatio rationis sermonis talis, cum autem sit latio & huius species orbicularis, mensuratur autem vnūquodq; ab vno quodam sibi propinquo minimo, ceu decem equi vno equo, & centum cubitorum lignum vnius cubiti ligno, sic igitur necesse est tēpus cum sit mensura motus quodam sibi propinquo mensurari & minimo, cum igitur circulatio sit quoddā minimum metrum motus, mensuratur autem non solum motus a tempore, sed etiam tēpus a motu, constat q̄ a minimo motu mensuratū tempus is sit propinquū metrum totius temporis, est autem hoc dies ipsa cum noctæ. Nam hac mensuratur hebdomada, & mensis, & annus & omne tēpus, mensuratur autē vnūquodq; vno quodam propinquo & vnigeneo, si enim omnino & ab ipso diuerso genere primo vnumquodq; mensuratur, attamen & ab vnigeneo primo metitur q̄ primo a dissimulari genere mensuratur.

HOC autem est quia quantitas temporis & motus mensuratur ad eo motu qui definitus est tempore mensuratur.

Quomodo motus & tempus vnum mensuret alterum vicissim dicit, quocirca inquit a tempore primo definitus motus idem & omnis motus est metrum & temporis. Nam ab eodem definitum tempus mensura est omnis temporis, si igitur a tempore motus definitus est ipse & motus est mensura & temporis, patet vt motus & tempus vicissim sese metiantur.

SI ergo ipsum primum metrum propinquorum omnium uniformis sane conuersio mensura potissimum erit.

Si in vnoquoq; inquit primum hoc est metrum propinquorū, est autem vniformis circulatio maxime prima motus & ipsa erit potissimum metrum. Nam ab eodem definitur primum tempus q̄ metrum est omnis temporis.

QVONIAM huius numerus notissimus est, alteratio quidem igitur neq; auctio, neq; generatio sunt uniformes, latio autem est.

Duas causas inquit esse ex quibus ostenditur circulationem inerrabilis spheræ esse mensuram omnium aliorum. Nam oportet metrum & minimum esse & notissimum, vtraq; autem hæc orbiculationi spheræ inerrabilis competunt. Etenim minima omnium & notissima est. Nam eiusdem circulatio est dies ipsa cum noctæ, quæ sane omnibus notissima est, si autem & vniformis est, sed non sola. Nam hoc proprium est omni circulationi. At minimum & notissimum huic præsertim competunt.

ICCIRCO & uidetur tempus esse spheræ motus quoniam eodem alii mo-

tus

tus mensuratur & tempus.

Propter hoc inquit quia circulatione sphæræ inerrabilis omnes alii motus mensurantur secundũ dictum modum propter hoc & visum est veteribus vt orbiculatio sphæræ idipsum tempus sit. Nam cum hac mensuretur tempus suspicati sunt idipsum esse tempus.

PROPTER hoc & consuetũ est dici. Nam aiunt humanas res circulum esse.

Quoniam & cõmunis hominum consuetudo de hoc facit fidem ꝙ orbiculatio sit temporis & motus omnis mensura. Nam propter hoc aiunt humanas res circulum esse propterea quod mensurantur a tẽpore & tempus circulum esse, quoniã metrum est circularis motus.

ET cæterarum habentiũ motum naturalem & generationem, & corruptionem.

Idest & in aliis quæ fiunt & corrumpuntur circulum esse aiunt, plantarum animalium, metallorum & reliquorum.

IDQVE propterea quod vniuersæ hæ tempore diiudicantur, & finem accipiũt & principium perinde atq; si relatione quadam hoc fiat. Etenim tempus ipsum circulus quidam esse uidetur. Hoc autem ideo rursus uidetur quia talis lationis est ipsum mensura & a tali latione ipsum etiam mensuratur. Quare dicere rerum eas quæ fiunt circulum esse, est dicere temporis circulum esse quendam. Hoc autem ideo dicitur, quia tempus mensuratur ipsa conuersione.

Propter hoc humanas res aiunt circulum esse (inquit) quoniam cuncta tempore diiudicantur. i. in tempore sunt & mensurantur a tempore quæ ab eodem accipiunt principiũ & finem, tempus autem inquit circulus esse videtur, quare si res humanæ in tẽpore sunt, tempus autem circulus quidam est, & res humanæ igitur quidam circulus erunt, tẽpus autem quidam circulus esse videtur propterea quod mensura est alicui circuli & orbiculationis, & ipsum ab eodem mensuratur, cum mensurans tempus circulus sit, & tempus quidam circulus esse existimetur.

NAM præter mensurã nihil aliud esse uidetur ꝙ metiturq; totũ plures mẽsuræ.

Quod rationabiliter cum orbiculatio sit mensura temporis & tempus circulus quiddam esse videtur per hæc ostendit, nihil enim aliud (inquit) videtur esse id ꝙ metitur q̃ sæpe ipsa mensura. Nam lignum centum cubitorum nihil aliud est q̃ sæpe cubitus & decem nihil aliud est q̃ sæpe vnum, mensura autem numeri vnitas est, sic igitur & si orbiculatio metrum temporis est nihil aliud erit tempus q̃ multæ orbiculationis, si autem hoc, pulchræ igitur circulum esse tempus inquiunt.

DICITVR enim rectæ & ꝙ numerus quidem idem esse ouium & canum si est æqualis vterq;, denarius autem non idem neq; decem ipsa.

Quoniam cum demonstraret tempus vbiq; vnum esse & idem omnis motus mensurantiuum vtebatur eo exemplo de numeris, quoniã & numerus vnus & idem existens ceu septem metitur septem equas, & septem canes, & simpliciter omnia quæ sunt contenta equali numero, ꝙ id ita se habeat nunc vult ostendere, simul autem & q̃ prædixi tradit regulam. Quando cõmuniter prædicatum est de aliquibus vnum & idem in omnibus, quando autem non vnum. Est igitur inquit verum dicere ꝙ numerus ouium & equorum qui horum mensuratiuus est si equalia fuerint mensurata ceu asini equi & vnum est & idem, tamen denarius numerus non idem (inquit) denarium numerũ dicens iam numerũ cum subiecto ideo & apertius faciens subiunxit, neq; decem ipsa ceu animalia vel simpliciter corpora.

VT neq; trianguli sunt idem hii quorum alter equis lateribus alter in equalibus constat.

Non enim eandem definitionẽ trianguli suscipiunt, sic igitur neq; decem equi idem sunt cum decem ouibus.

ET si figura eadem sit, quoniam ambo trianguli.

Nam figuræ alia rectilinea, alia circularis, quare ambo rectilinea figura. Nam ambo trianguli suscipium ipsam definitionem figuræ rectilineæ.

EADEM enim dicuntur cuius non differunt differentia, sed non quo differunt, ceu triangulus trianguli differentia differt. Igitur diuersi sunt trianguli, figuræ autem non.

Ad vniuersalem sermonem ascendit regulam tradens quandam. Quæ sane eadem sunt prædicatum cōmuniter de ipsis habetur, quæ autē non eadem. Hæc igitur dicuntur quando non differrent differentia quadam prædicati inter se, quemadmodum differunt differentia trianguli, equis lateribus triangulus & triangulus in equalibus constans, idcirco non idem sunt trianguli, tamen figuræ non differunt differentia prædicati. Nam ambo sunt figura rectilinea, propter hoc igitur vt figuræ ambo idem sunt triangulus equalibus inequalibusq; triangulus constantes, tamen vt trianguli non idem, differunt enim trianguli differentia.

SED in eadem & una cadunt diuisione. Nam figura quidem talis circulus est, talis autem triangulus, & hisce talis quidem est equalium laterum, talis autem inequalium, figura igitur eadem. Nam vterq; trium angulorum, at triangulus non idem.

idest sub eadem particula diuisionis Nam figurarum aliæ quidem sunt rectilineæ, aliæ autem circulares, ambo igitur trianguli sub rectilinea continentur, & rursus rectilinearum figurarum alia triangularis, alia aliter aliud quid, vt quidem igitur figuræ inter se non differunt, trianguli inequalibus equalibusq; lateribus constantes nam sub eadem parte diuisionis scilicet rectilineæ triangulus venit, verūtamen vt trianguli non amplius idem non enim sub eadem parte diuisionis trianguli incidunt, sed alius sub alia, & alius sub alia.

ET numerus igitur dictus pari ratione idem est sane. Non enim numerus ipsorum differentia numeri differt denarius numerus autem non idem est. Ea nanque de quibus dicitur differunt, hæc enim canes sunt, illa oues. Sed de tempore quidem ipso, & de hisce quæ circa ipsum quidem sunt: ad hanc autem considerationem accommodantur satis iam diximus.

Facturus fidem de vniuersali regula in figuris, reliquum idem adaptat proposito, septē igitur canum, & septem equorum cōmuniter quidem id q̄ prædicatur est numerus vnus & idem. Non enim differunt inter se numeri differentia. Nam ambo impares, quare vnus & idem in ambobus numerus cōmuniter existens mensuratiuus ipsorum, vt tamen vterq; est numerus septenarius non est idem. Nam septenarius numerus iam cum subiectis. s. rebus intelligitur, si igitur differunt inuicem subiecta, differrent etiam inuicem septenarii numeri, sic igitur se habet & de tempore mensuratiuo motuum, nihil prohibet vnum & idem tempus quidem esse mensuratiuum motuum esse, licet mensurata differrent.

FINIS.

Impressum venetiis per Octauianum Scotum. M. D. XLVI.